4° Germ. sp. 344 $\frac{qx}{L}$ /3

Google

<36603551230010

<36603551230010

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

MEKLENBURGISCHES
URKUNDENBUCH

HERAUSGEGEBEN
VON
DEM VEREIN FÜR MEKLENBURGISCHE GESCHICHTE
UND ALTERTHUMSKUNDE.

III. BAND.
1281 — 1296.

SCHWERIN, 1865.
IN COMMISSION DER STILLER'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Gedruckt in der Hofbuchdruckerei von Dr. F. W. Bärensprung.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Verzeichniss der eingedruckten Siegelholzschnitte.

I. Geistliche Siegel.

a. Bischofssiegel.

Ratzeburgische.

1. Konrad (1284 — 1291) . . . . . Nr. 1746.
2. Hermann (1291 — 1309) . . . . . Nr. 2360.

b. Capitelsiegel.

Dom-Capitel zu Ratzeburg. Drittes Siegel . . . . . Nr. 1594.

Anm. Das erste Ratzeb. Capitelsiegel s. Bd. I, zu Nr. 200 und 379*, das zweite zu Nr. 471.

c. Klostersiegel.

Broda . . . . . Nr. 1931.

d. Pfarrersiegel.

Reinbern (Voss), Pfarrer zu Dukow . . . . . Nr. 1725 und Nr. 2232.

II. Weltliche Siegel.

a. Meklenburgische Fürstensiegel.

α. Fürsten von Werle.

1. Nicolaus, Sohn des Fürsten Heinrich I.
Erstes (kleines, schildförmiges) Siegel . . . . . Nr. 1936.
Zweites (grosses, rundes) Siegel . . . . . Nr. 2182.
2. Heinrich, Sohn des Fürsten Heinrich I. . . . . Nr. 1936.
3. Sophia, Gemahlin des Fürsten Johann I. . . . . Nr. 1758.
4. Nicolaus II., Sohn des Fürsten Johann I. . . . . Nr. 1729.
5. Bernhard I., Sohn des Fürsten Nicolaus I. . . . . Nr. 1571.

β. Fürsten von Rostock.

1. Agnes, Gemahlin des Fürsten Waldemar . . . . . Nr. 1676.
2. Johann, Sohn des Fürsten Waldemar . . . . . Nr. 1676.
3. Nicolaus, Sohn des Fürsten Waldemar. Erstes Siegel . . . . . Nr. 1868.
Zweites Siegel . . . . . Nr. 2277.

Digitized by Google

γ. Fürsten aus der Linie Parchim-Richenberg.

Pribislav, Herr von Belgard und Daber . . . . . Nr. 2019.

b. Schwerinsche Grafensiegel.

1. Nicolaus. Zweites (rundes) Siegel . . . . . Nr. 2013.

Anm. Das erste (schildförmige) Siegel des Grafen Nicolaus s. in Bd. II, zu Nr. 1492.

2. Gunzelin V. . . . . Nr. 2395.

c. Stadtsiegel.

1. Neu-Brandenburg . . . . . Nr. 1931.
2. Gnoien. Erstes und zweites Siegel . . . . . Nr. 1884.
3. Grevesmühlen. Zweites Siegel . . . . . Nr. 1692.

Anm. Das erste Siegel der Stadt Grevesmühlen s. in Bd. II, zu Nr. 1385.

4. Güstrow . . . . . Nr. 2238.
5. Neu-Kalen . . . . . Nr. 1680.
6. Parchim . . . . . Nr. 2203.
7. Stavenhagen . . . . . Nr. 1630.
8. Sülz . . . . . Nr. 2035.
9. Wittenburg . . . . . Nr. 2384.

d. Privatsiegel.

1. Johann von Appeldorn . . . . . Nr. 1624.
2. Friedrich Babbe . . . . . Nr. 2377.
3. Heinrich Behr . . . . . Nr. 1673.
   Lippold Behr . . . . . Nr. 1673.
   Harnest Behr . . . . . Nr. 1673.
   Ulrich Behr . . . . . Nr. 1673.
4. Ludolf von Everinge . . . . . Nr. 1969.
5. Johann Gans von Perleberg . . . . . Nr. 2049.
6. Friedrich Hasenkop . . . . . Nr. 2218.
7. Huno von Karowe . . . . . Nr. 2309.
8. Friedrich von Maltzan . . . . . Nr. 2218.
   Ludolf von Maltzan . . . . . Nr. 2218.
9. Johann Moltke . . . . . Nr. 2377.
   Georg Moltke . . . . . Nr. 2377.
10. Hermann Musteke . . . . . Nr. 2000.
11. Reddag . . . . . Nr. 2365.
12. Gerhard von Rostock . . . . . Nr. 1694.
13. Arnold von Schönfeld . . . . . Nr. 2158.
14. Johann Voss . . . . . Nr. 1725.
    Friedrich Voss . . . . . Nr. 1725 und Nr. 2232.
    Heinrich Voss (Friedrichs Sohn) . . . . . Nr. 2232.
    (Reinbern Voss, Pfarrer zu Dukow . . . . . Nr. 1725 und Nr. 2232.)
    Heinrich Voss, Burgmann zu Stavenhagen . . . . . Nr. 2232.

Digitized by Google

BIBLIOTECA REGIA MONACENSIS

1281. Lübek. 1558.

Helmold, Graf von Schwerin, verleihet dem Lübischen Bürger Gottfried von Cramon das Eigenthum von 7 Hufen zu Webelsfelde, und gestattet solche zu milden Stiftungen zu verwenden.

In nomine domini. Amen. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum Helmoldus dei gratia comes Zwerinensis salutem in omnium saluatore. Notum esse volumus uniuersis presentibus et futuris, quod exigentibus meritis et seruiciis Godefridi dicti de Cremun, ciuis Lubecensis, nostri specialis, eidem Godefrido et suis ueris heredibus de libera voluntate nostra dedimus proprietatem septem mansorum in uilla Weuelsuelde sitorum, quos Gherardus de Exen miles in feodo de nobis aliquando tenebat et quos ipse Godefridus de eodem Gherardo dinoscitur rationabiliter comparasse. Cuius proprietatis in hiis bonis et in usufructibus eorum idem Godefridus et eius heredes in pascuis, pratis, planis et inuiis, cultis et incultis, exitibus et regressibus, aquis aquarumque decursibus et omnibus attinenciis eorum sub ei[s]dem terminis, ut nunc iacent, sine qualibet diminutione tam libere perfruentur, sicut aliqua monasteria vel ecclesie nostrorum districtuum bonis suis liberius perfruuntur. Tollent etiam et recipient omnia, que de prenotatis septem mansis ratione minoris iudicii poterunt diriuari; sed ea, que de maiori iudicio diriuantur, videlicet manus et colli, nostre iuridicioni volumus reseruari. Si preterea dicto Godefrido vel suis ueris heredibus memoratos VII mansos in quodcumque claustrum, ecclesiam vel locum ecclesiasticum transferre placuerit, nos ad hoc presentibus obligamus, vt illam translationem illi claustro, ecclesie vel loco ecclesiastico confirmare nostris bonis priuilegiis sine difficultate qualibet teneamur. Testes sunt: dominus Conradus cappellanus noster, canonicus Zwerinensis; milites quoque: Gherardus de Exen, Anthonius de Tribbowe et Nicolaus Wlpes; burgenses eciam Lubecenses: Bertrammus Stalbuc, Bertrammus Mornewech et alii quam plures. Vt autem premissa donatio nostra perpetuam optineat firmitatem et nec a nobis, ne[c] ab heredibus nostris vmquam immutari ualeat, presentem paginam sigillo nostro duximus muniendam. Nos etiam Nicolaus dei gratia comes Zwerinensis ordinationi presenti interfuimus et ad eam in testimonium sempiternum sigillum nostrum decreuimus apponendum. Datum et actum Lubeke, [a]nno domini M° CC° LXXXI°.

Digitized by Google

Nach einem Transsumpt in einer Urkunde des Bischofs Gottfried von Schwerin d. d. Warin, 1311, Oct. 14, welche im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrt wird. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 2952; U.-B. der Stadt Lübek II, S. 41.

1281. Rostock. 1559.

Ludwig in der Mönchenstrasse zu Rostock verkauft an Hermann Westfal eine Baustelle beim Wendenvogt, dem kleinen Bruch gegenüber.

Lodhewicus in Monachorum strata vendidit Hermanno Westphalo aream vnam apud aduocatum Slauorum contra paruam paludem et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 41. — Der Wendenvogt wird auch noch 1295 — 1296, im Stadtbuch 1295 — 1304, fol. 14 b, erwähnt: „Johannes et Henricus filius suus dicti de Posewalch vendiderunt Tiderico Magno molendinario hereditatem vnam sitam ex opposito aduocati Slauorum, sicut ipsorum fuerat."

1281. Rostock. 1560.

Johann Goldschmid überträgt seinem Schwiegersohne Hermann, Frau Lisen Sohn, und seiner Tochter für 100 Mark einen Grundzins von 10 Mark aus 3 Hausstellen, behält sich jedoch im Falle weiterer Veräusserung das Vorkaufsrecht des Zinses vor.

Venit ad presentiam consulum Johannes Aurifaber et resignauit Hermanno filio domine Lyse, genero suo, et filie sue Elyzabeth, vxori eiusdem Hermanni, X marcas census arealis singulis annis pro C marcis, quas sibi dare debebat, in area, in qua Johannes apothecarius [1] residet, et in area supra illam et in area infra illam, ratione ueri amoris et fauoris iusta hereditate possidendas. Si autem contigerit, quod iam dictus Hermannus predictas X marcas census arealis debet dimittere, easdem ratione ueri amoris et fauoris predicto Johanni Aurifabro, suo socero, et non alii, pro eisdem dimittet denariis, scilicet C marcis. Thydericus Subecin, Hermannus de Bilrebeke et Hermannus de Echorn tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 41. — [1] Vgl. 1295, Ende April.

(1281.) Wismar. 1561.

Der Rath zu Wismar nimmt den Meister Hermann als Stadtarzt an.

Anno domini M° CC° LXXXI. susceperunt consules magistrum Hermannum medicum et dederunt sibi gratis, vt ciuis sit, et liberum dimiserunt illum de col-

Digitized by Google

lecta, et marcam denariorum dederunt sibi in parato. Si in quatuor annis uel minus uel maius uult recedere, istam marcam redonabit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 35. — Gedruckt in Burmeister's Gesch. der Schulen in Wismar, S. 8.

(1281.) Wismar. 1562.

Die Rathmänner zu Wismar kaufen des Ritters Benedict von Rodenbek Worth beim alten St.-Georgs-Kirchhofe.

Consules emerunt aream domini Benedicti de Rodenbeke sitam apud antiquum cimiterium beati Georgii ante ciuitatem Wismarie ab Ludecone de Borken.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 35.

(1281.) Wismar. 1563.

Johann Brandenborg, Gerber zu Wismar, setzt ein Pfand für 30 Mark, die er für Gereke, den Sohn des Wollenwebers Gerhard, von Heinrich Witte eingezogen hat.

Quoniam Henricus Albus super recentem fossam promisit pro C marcis denariorum, que pertinent Gereconi filio Gerardi lanei textoris, et quia Johannes Brandenborg, lore, auunculus predicti pueri, leuauit de predictis C marcis XXX marcas, Johannes Brandenborg impignorauit prefato Henrico Albo hereditatem suam cum allodio, quod adheret hereditati, et V morgen, qui sui proprii sunt, in campo Dargezoywe pro predictis XXX marcis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 40. — Die Eintragung ist getilgt.

1281. Febr. 10. Gülze. 1564.

Die Rathmänner von Boizenburg beurkunden einen Vertrag der Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin mit dem Bischofe Konrad von Verden und dem Herzoge Otto von Br.-Lüneburg, nach welchem während der ersten vier Wochen eines zwischen denselben ausbrechenden Krieges die Kaufleute des Herzogthums mit ihren Gütern im Lande der Grafen Sicherheit geniessen sollen.

Vniuersis has litteras audituris consules ciuitatis Boyceneborch cum omni fide et dilectione, quicquid poterunt obsequii et honoris. Notum esse cupimus

Digitized by Google

tam presentibus, quam (quam) futuris, quod nobiles viri domini nostri Helmoldus et Nicolaus comites Zwerinenses cum illustribus principibus venerabili in Christo patri (!) ac domino Conrado Verdensi episcopo necnon Ottone duci de Bruneswich conuenerunt in hunc modum promisso manuali, quod omnes mercatoros seu mercimoniam (!) facientes de dominio Lunenborg, si predicti domini discordiam aut gwerram inirent, tuti ac securi cum ipsorum rebus in terra dominorum nostrorum esse debent, et hec securitas a prima die discordie durabit per quatuor septimanas, vt quilibet medio tempore de rebus suis disponat, prout eidem videatur sanius expedire. Preterea omnes de terra Lunenborg tamquam burgenses nostri vsuali moneta libere uti debent. Vt autem hec ordinatio firma maneat et illesa, presentes litteras dominorum nostrorum sigillis (!) munimine ac nostri videlicet sigilli procurauimus communiri. Datum in villa Guliz, anno domini M° CC° LXXXI°, in die beate Scolastice uirginis.

Nach Sudendorf, Braunschw.-Lüneb. Urk. I, S. 59, aus dem Original im Stadt-Archiv zu Lüneburg. — Vgl. Bd. II, Nr. 1549.

1281. Febr. 22. Rostock. 1565.

Der sitzende Rath zu Rostock vom 22. Februar 1281 bis dahin 1282.

Anno domini M° CC° LXXXI°, in die cathedre Petri, consilio presidebant: Henricus Adolphi, Henricus Sapiens, Albertus Cerdo, Hermannus de Lawe, Johannes de Stadhen, Thydericus Subecin, Ernestus, Hermannus de Bilrebeke, Volmarus, Benno, Reyneco gener Cerdonis, Heyno Dannenbergh, Herdherus, Nycolaus de Molendino, Gherardus de Brema, Gherardus de Lawe, Ludeco Vot et Gherwinus de Domo Argillea.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 42.

1281. Rostock. 1566.

Der Rath zu Rostock verkauft an Albrecht von Kosfeld vier Fuss längs der Warnow hinter seiner Badstube.

Ciuitas vendidit Alberto de Cosvelde iuxta fluuium Warnowe post stupam suam, sicut area iacet, IIII pedes et illos sibi rationabiliter resignauit. Si plus habere uoluerit, sicut alii emerunt, sic ipse suam partem habebit.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 45.

1281. Rostock. 1567.

Johann Rathenow bestimmt für den jedesmaligen Priester am St. Georg vor Rostock zwei Mark Rente und für die Kranken daselbst eine Mark Rente in dem Erbe seines Vaters.

Venit ad presentiam consulum Johannes Ratenow et contulit sacerdoti celebranti ad sanctum Georgium extra portam Roztoc, quicunque fuerit, redditus duarum marcarum perpetuo in hereditate illa, in qua pater suus residens fuerat. Item contulit in eadem hereditate ad uictum infirmorum ibidem apud sanctum Georgium degentium redditus unius marce perpetuo. Et si quisquam defectus in eis tribus marcis fuerit, quominus de dicta hereditate persolui possunt, quicquid in eis defecerit, de hereditate vicina, que quondam fuerat Bodonis, tolletur.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C. fol. 48.

1281. Rostock. 1568.

Peter von Stralsund verkauft für sich und seinen Stiefsohn Hermann an Thitmar und an Johann Rostock ihren bei der Badstube neben der St. Petri-Kirche belegenen Speicher.

Petrus de Sunde et Hermannus priuignus suus vendiderunt Thitmaro genero Eleri Pannicide et Johanni Roztoc granarium suum apud stupam apud sanctum Petrum, et illud eisdem Petrus coram consilio rationabiliter resignauit et promisit, quod, quandocunque Hermannus Roztoc uenerit, idem granarium debeat similiter resignare. Hermannus de Lawe, Thidericus Subecin et Ludeco Vot tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C. fol. 49.

1281. Rostock. 1569.

Johann, Arzt, und seine Mutter verkaufen an Hermann Drestro ein Haus, aus welchem Heinrich Frese einen Grundzins bezieht.

Johannes medicus et mater sua vendiderunt Hermanno Dhrestro ligna edificialia, que edificauit super aream Henrici Frisonis apud domum Henrici Sapientis, ad iura ciuitatis, et illa sibi coram consilio rationabiliter resignauerunt.

Et idem Hermannus dabit singulis annis Henrico Frisoni pro censu areali XXIIII solidos, et sic eandum aream pueris suis perpetuo hereditabit. Thidericus Subecin et Ludeco Vot tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 50. — Vgl. Bd. II, Nr. 1516, Note.

1281. Febr. 27. Orvieto. 1570.

Papst Martin IV. überträgt dem Bischofe [Ulrich] von Ratzeburg und dem Decan und dem Scholasticus zu Osnabrück die Entscheidung eines Streites der Stadt Lübek mit dem Prämonstratenser-Kloster zu Decheem in dem Trierschen Sprengel.

Martinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . episcopo Raceburgensi — — — —. Datum apud Urbem veterem, III. kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original mit anhangender Bulle, auf der Trese zu Lübek, gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 374. Der Gegenstand des Streites war eine Schuldklage der Stadt Lübek gegen das Kloster Decheem. — Papst Martin IV. (II.) ward gewählt am 22. Febr. 1281, gekrönt am 23. März zu Orvieto.

1281. März 12. Rostock. 1571.

Heinrich, Johann und Bernhard, Fürsten von Werle, verleihen dem Kloster Neukloster das Eigenthum von zwei Hufen im Dorfe Sukow bei Güstrow.

In nomine domini. Amen. Heinricus, Johannes et Bernardus dei gracia domini de Werle omnibus in perpetuum. Actio temporalis periret de facili, si non firmaretur testimonio litterali. Hinc est, quod scire volumus presentes et posteros, nos ob salutem animarum nostrarum contulisse sanctimonialibus in Nouo Claustro proprietatem, quod dicitur egendom teutonice, duorum mansorum, qui siti sunt in villa Zucowe prope Guztrowe ciuitatem, cum omni iure, quo actenus contenti fuerant, perpetue possidendam. Et ne hec collatio ab ullo posterorum facta dubitetur uel infringatur, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Testes autem sunt, qui huic nostre aderant ordinationi: Heinricus de Vlotowe, Godikinus Luche, Johannes Kabolt, Nicolaus Hane, Gerrardus et Jordanus fratres dicti de Cropelin, milites; Martinus de Malin et Johannes, clerici; Hildebrandus de Molne, ciuis in Lubeke. Datum et actum in ciuitate Rostock, anno domini M° CC° LXXX° I°, in die beati Gregorii pape.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rothen seidenen Schnüren hangen die Siegel der drei Fürsten von Werle:

1) und 2) die zu Nr. 1347 abgebildeten Siegel der Fürsten Heinrich und Johann mit vollständigen Umschriften,

3) das Siegel des Fürsten Bernhard von Werle, dessen Bild sich, wie die nebenstehende Abbildung zeigt, durch die Rosette in jeder Schildecke von den beiden andern Siegeln unterscheidet, indem das Siegel des Fürsten Heinrich keine Verzierungen in den Schildwinkeln hat, das Siegel Johanns aber Sonne, Mond und Stern. Bernhards Siegel führt die Umschrift:

✠ SIGILLVM * BЏRNARDI * DOMINI * DЏ W'LЏ

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 66 (wo auch ein undatirtes, fast gleichzeitiges Transsumpt des Vogtes und Rathes zu Lübek, welches neben dem Original aufbewahrt wird, beschrieben ist) und bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 85.

1281. März 23. Ratzeburg. 1572.

Heinrich, Propst, Konrad, Prior, und das ganze Dom-Capitel zu Ratzeburg bestimmen über 7 Mk. Zehntenhebungen aus Niendorf und Dechau zu Memorien für Heinrich von Culpin und Marquard von Parkentin.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis seu etiam audituris Henricus diuina miseratione prepositus, Conradus prior totumque capitulum ecclesie Raceburgensis orationes in virginis filio Jhesu Christo crucifixo. Certiora sunt ea eł minori possunt calumpnia perturbari, que vigorem trahunt a testimonio litterarum. Quapropter nouerint uniuersi, qu[o]s id nosse fuerit oportunum, quod, cum Johannes miles de Culpin Heinrico quondam filio suo defuncto cum quadraginta marcis denariorum Lubicensium, itemque Thetlews miles de Parchentin patruo suo Marquardo quondam militi, etiam in domino dormienti, a legato quodam triginta marcarum Lubicensium in testamento sibi et aliis quibusdam, qui ad hoc suum impertiere consensum, commisso disponerent anniuersarias ordinare memorias in nostra ecclesia et perhennes, nosque ad solutionem debitorum nostrorum grauiter artaremur, prouida deliberatione iam dictam summam septuaginta marcarum numerate pecunie sub uenditionis ac emptionis specie recepimus a militibus memoratis, redditibus septem marcarum in dimidia decima ville Nienthorpe secus stagni Scalse littora situate ac in decima integra duorum mansorum et decem iugerum in Degowe ad pretaxatas superius expressorum fidelium

annuas memorias perpetuo resignatis, taliter secundum arbitrium militum supra nominatorum de iam dictis septem marcarum prouentibus prouidentes, ut in anniuersario Marquardi quondam militis de Parkentin et vxoris eius Mecthildis, qui eodem die in vigiliis ac missa more solito peragetur, tres marce denariorum ad consolationem conuentus integraliter habeantur. De quatuor autem marcis in ipsa decima residuis secundum dispositionem prefati Jo[hannis] de Culpin taliter est prouisum, ut due marce denariorum ad peragendam commemorationem anniuersariam Heinrici filii eiusdem Johannis ad seruicium reseruéntur, octo uero solidi ad officium sacriste proueniant annuatim et viginti quatuor solidi distribuantur in elemosinam pauperibus ante portam. Ut autem hec nostra ordinatio inconuulsa permaneat et inuiolabilis perseueret, presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione fecimus fideliter communiri. Datum Raceburg, anno gratie M° CC° LXXXI°, in media quadragesima, per manum Hildebrandi nostre ecclesie concanonici et confratris.

Nach dem Original im Ratzeburgischen Archiv zu Neustrelitz. Das Siegelband ist ausgerissen und das Siegel verloren. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2200, und daraus bei Schröder, P. M. II, S. 2951.

(1281.) 1573.

Heinrich, Propst zu Ratzeburg, und Johann, Propst zu Segeberg, publiciren auftragsmässig den schiedsrichterlichen Spruch des Cardinals Jacobus de Columna vom 27. October 1280, in Sachen des Erzbischofs von Bremen und des Bischofs und Dom-Capitels zu Lübek wider die Dominicaner und Franciscaner und die Stadt Lübek.

Henricus et Johannes dei gratia Raceburgensis et Segebergensis ecclesiarum prepositi vniuersis — — —.

Nach dem Reg. Cap. Lub. 1, 209[b], abgedruckt bei Leverkus I, S. 269. — Das Urtheil [daselbst S. 271] ist datirt: „Actum Viterbii in hospitio nostro apud sanctum Laurentium, anno domini M° CC° LXXX°, die XXVII° mensis Octobris, VIIII° indictionis, apostolica sede vacante"; der in obiger Urkunde der Pröpste transsumirte Auftrag der Publication auch: „Viterbii, die vicesimo septimo mensis Octobris, none indictionis, apostolica sede vacante" (aber ohne Jahreszahl). — Von den beiden Urkunden schreiben „Hinricus et Johannes, Raceburgensis et Segebergensis", „reuerendo in Christo patri ac domino, venerando domino Jacobo sancte Marie in Via lata diacono cardinali", „quod anno domini M° CC° LXXXI°, sexta feria ante dominicam in passione [März 28], ad voluntatem decani et capituli Lubicensis, fratrum predicatorum et minorum, necnon consulum ciuitatis eiusdem venimus ad locum prefate ciuitati vicinum, ubi frater Luderus de ordine minorum, qui tunc nouiter de curia Romana venerat, nobis presentauit presentibus partibus, que tunc conuenerant ibidem, duas litteras mandatum vestrum et arbitrium continentes, quo ambo sigillo vestro sub una cedula erant clause. Nos itaque ex communi consensu et beneplacito parcium vestram sententiam ibidem publicauimus et exposuimus eisdem — —. Sabbato sequenti [April 5] et eciam dicta dominica palmarum [April 6] in ipsa ciuitate ipsis presentibus [d. Geistlichen] vestram sententiam iterum publicauimus et exposuimus, astante nobis alia fidelium multitudine copiosa. Posthec sabbato ante dominicam Misericordia domini [April 26] coram nobis prepositis in capitulo ecclesie Lubicensis decanus et capitulum predicti et ciues eiusdem ciuitatis

quasdam sibi mouerunt mutuo dubias questiones. — — Cumque diem sabbati ante dominicam Cantate [Mai 10] ad respondendum in scriptis consules acceptassent, eadem die coram nobis in capitulo ecclesie Lubicensis partibus constitutis consules sic responderunt. — — —" (Leverkus I, S. 277.) Dieser Bericht ist undatirt. In einer ausführlichen Urkunde vom 7. April 1282 erläuterte und ergänzte der Cardinal Jacobus sein schiedsrichterliches Urtheil in der Streitigkeit des Erzbischofs von Bremen und des Bischofs und Dom-Capitels zu Lübek mit den Dominicanern und Franciscanern und der Stadt Lübek. (Leverkus I, S. 283.) — Vgl. Bd. II, Nr. 1475.

1281. April 5. Orvieto. 1574.

Burchard, Bischof von Lübek, beauftragt den Propst Nicolaus (von Meklenburg) und das ganze Capitel zu Lübek, dem Domkellner die Austheilung der Präbendenbrote anzubefehlen.

B. dei gratia episcopus Lubicensis dilectis in Christo N. preposito, N. decano totique capitulo ecclesie sue salutem —. — — — Datum apud Vrbem Veterem, Romana curia ibi existente, anno domini M° CC° LXXXI°, in vigilia palmarum.

Die Urk. ist gedruckt bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 276 (aus dem Original).

(1281. April — Aug.) 1575.

Die jährlichen Geldeinkünfte der Domherren zu Lübek (insbesondere auch von den Besitzungen in Meklenburg).

In breui summa notata sunt hic omnia, que habet in pecunia capitulum Lubicense singulis annis singulis canonicis distribuenda. Ecce in salina habet singulis annis — — —. Jtem in Sedorpe XX solidi et ibidem de molendino III marce. — — — Jtem in Gogolowe sex marce denariorum sclauicorum. Jtem in Lintwerdere VII solidi. — — — Jtem de memoriis et de hiis, que refectorio sunt exhibenda, collige simul et fac summam pecunie singulis annis capitulo persoluende. — — — Jtem pro memoria Wollepunt III marcas. — — — Jtem Arnoldus Sclauus marcam in Gogolowe. Jtem H. de Yserenlo marcam. — — —

Nach Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 279, aus dem Reg. Cap. I, 188 f. — Dieses Verzeichniss ist, wie aus dem gelegentlich vorkommenden Ausdrucke: „in diebus electionis capituli de ciuitate Lub. ita fuit existimatum" zu entnehmen, nach der am 4. April 1281 gehaltenen Rückkehr des Dom-Capitels nach Lübek abgefasst, andererseits vor dem 30. Aug. 1281, da an diesem Tage das Dom-Capitel Ennigo veräusserte, während den Domherren nach unserm Verzeichnisse noch Einkünfte aus diesem Dorfe zustanden.

1281. Mai 2. Lübek. 1576.

Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, verkaufen dem St. Johannis-Kloster zu Lübek das Eigenthum von 24½ Hufen mit einem Zins von 50 Hühnern im Dorfe Driberg, doch unter Vorbehalt zweier Drittheile der Einnahme von der hohen Gerichtsbarkeit, des Burgwerks und der Landwehr.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Helmoldus et Nycolaus dei gratia comites Zwerinenses omnibus has litteras audituris in perpetuum. Quamuis vniuerse sacre religionis plena affectione diligamus aucmentum, religiosarum [tamen] virginum deo dicatarum, abbatisse, priorisse videlicet et totius conuentus sanctimonialium in Lubeke merita et sedule deuotionis obsequia promerentur, vt speciali[s prerogatiua] fauoris et gratie ordinem ipsarum prosequamur et locum et desideremus easdem votiuis in domino semper successibus ampliari. Cupientes itaque sincerum nostrum affectum ad dictum cenobium iam dudum habitum salubrem ostendere per effectum, ad vniuersorum, tam presentium, quam futurorum, volumus notitiam deuenire, quod abbatissa, priorissa et conuentus dicti cenobii seu monasterii sancti Johannis ewangeliste in Lubeke viginti quatuor mansos et dimidium cum quinquaginta pullorum redditibus in villa Dhryberghe a nobis pro se[x]centis et sexaginta denariorum Lubicensium et Hamburghensium marcis vsualis monete libere et rationabiliter comparauerunt, quos ipsis et ipsarum successoribus de mera animi [nostri][1] liberalitate, necnon omni heredum nostrorum pleno consensu, pro animarum nostrarum salute contulimus proprietatis iure libere perpetuo possidendos, in eisdem terminis et disterminationibus, vt nunc iacent, agris videlicet cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, siluis, nemoribus, pratis, pascuis et piscationibus, ac cum omnibus prouentibus et redditibus in presenti uel in futuro semper venire potentibus de eisdem, liberos et immunes ab omni exactione, petitione, procuratione, seruicio et omni angaria et violentia qualicumque, reseruatis tamen nobis duabus partibus a dicto monasterio, salua tertia parte, omnium eorum, que de maiori supplitio, hoc est manus et colli, poterunt deriuari. Coloni vero dictorum mansorum ad opus, quod borchwerch dicitur, et ad defensionem terre nostre, que vulgo lantwere nuncupatur, cum ceteris hominibus venient se suaque, cum necesse fuerit, defendendo. Si vero procedente tempore bona supradicta quicumque etiam hominum impediret, eadem expedire debebimus, prout in publico extitit placitatum. Volumus etiam, vt in monasterio sepius nominato progenitorum nostrorum ac nostri perhennis ac sollempnis memoria in uigiliis, ieiuniis, castigationibus et orationibus habeatur. Huius igitur venditionis et omnium premissorum testes sunt: dominus Wypertus de Wyttenburg, Antonius de Tribbowe, Nycolaus Vos, Gerardus de Exen, Ludolphus Hasenkop, Borchardus de Ihesowe, Hinricus de Marsowe; consules

quoque Lubicenses: Hinricus Steneke, Vromoldus de Quinque Domibus, Bertrammus Stalbuk, Hinricus de [Ysernlo], Hildebrandus de Molne, Bertrammus Mornewech, Alexander Krek, et alii quam plures layci et clerici [fide dingni]. Vt autem monasterium sepedictum in hiis plena gaudeat libertate et hec venditio cum omnibus premissis inuiolabilis obseruetur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXI°, in crastino festiuitatis apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 375, aus dem im Archive des St. Johannis-Klosters befindlichen Originale, dessen Lücken aus zwei ebenfalls in diesem Archive vorhandenen Transsumpten, dem einen des Bischofs Heinrich von Lübek, dem anderen der Predigermönche und Minoriten daselbst, vom Jahre 1284, „in die beati Mathie apostoli", ergänzt worden sind. — [1] animi nostri: gibt eine Abschrift Dittmars. — Die beiden anhangenden Siegel sind wohl erhalten. Es sind die in Bd. II, zu Nr. 1201 und Nr. 1492, abgebildeten Siegel der beiden Aussteller. — Vgl. Nr. 1577 und 1579.

1281. 1577.

Helmold, Graf von Schwerin, bezeugt, dass das Johannis-Kloster zu Lübek mit seiner Genehmigung von Gerhard und Heinrich Raven 3 Hufen zu Driberg gekauft hat, und schenkt dem Kloster das Eigenthum dieser Hufen.

In nomine domini. Amen. Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ad vniuersorum, tam presencium, quam futurorum, cupimus peruenire noticiam, Gerardum et Hinricum fratres dictos Rauen tres mansos in villa Driberge de nostra permissione abbatisse, priorisse totique conuentui monasterii sancti Johannis ewangeliste ciuitatis Lubicensis rite et racionabiliter vendidisse, de quibus tribus mansis nos eidem monasterio et conuentui proprietatem dedimus de libera voluntate, quod sub ecclesiastica libertate eorum eternali tempore perfruantur in omni commoditate iuris et vsu fructuum, sicut viginti quatuor mansorum et dimidii de nobis emptorum in eadem villa perfruuntur, ut in priuilegio nostro et sublimis Nicolai dilecti fratris nostri patet in omnibus euidenter super ipsis XXIIII mansis et dimidio per nos racionabiliter eis dato. Huius autem vendicionis et proprietatis donacionis et omnium premissorum testes sunt: Antonius de Trebowe, Johannes de Dambeke, Gerardus de E(e)xen, milites, et Godeke de Tribowe; consules quoque Lubicenses: Bertrammus Stalbuc, Bertrammus Mornewech et Godeko de Cremun. Vt autem monasterium sepedictum in hiis plena gaude[at] libertate et hec vendicio cum proprietatis dacione et cum omnibus premissis inviolabilia perseuerent et nec a nobis, nec a nostris successoribus dictis abbatisse, priorisse et conuentui ac earum successoribus immutari valeant uel infringi, pre-

sentem paginam inde conscriptam sigillo nostro duximus muniendam. Datum anno domini M° CC° LXXXI°.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek, Bd. III, S. 23, aus „dem älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters." — Vgl. Nr. 1576 und 1579.

1281. Mai 5. Rostock. 1578.

Heinrich, Johann und Bernhard, Fürsten von Werle, befreien die Mühlen des Klosters Dargun zu Gilow, Röknitz und Pannekow und 11 Hufen des Klosters zu Moislitz (bei Gilow) von allen Lasten und verleihen dem Kloster das Eigenthum von 2 Hufen zu Konerow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus, Johannes, Bernardus dei gratia domini de Werle omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, proinde inuentum est a viris prudentibus, ut acta, que perpetua esse debent, scripto et litterarum testimonio confirmentur. Hinc est, quod notum esse uolumus tam presentibus, quam futuris, quod nos dei timore postposito in bona gloriose uirginis Marie in Dargun, videlicet in molendina eorum Chilowe, Rokenitz et Penekowe, singulis annis exactionem fecimus contra libertatem, quam habent ex nostris progenitoribus, sicut ex priuilegiis eorum didicimus manifeste. Timentes igitur indignationem dei omnipotentis pro iniuria claustro Dargun illata, damus fratribus ibidem deo famulantibus illa tria molendina perpetuo libera ab omni exactione. Damus eciam vndecim mansos de Moyzeliz, quos nunc propriis manibus excolunt, liberos ab omni exactione et ut ad edificationem poncium et ad urbana seruicia nullomodo teneantur. Damus eciam predicto claustro proprietatem duorum mansorum in villa Conorowe ad libertatem, quam habent de aliis bonis suis. Preterea permittimus et concedimus, vt ville Chylowe et Beniz frequentent ecclesiam Ducowe, in quam sunt a domino Caminensi episcopo consecrate. Vt igitur promptiores essemus ad predictas libertates dandas, dominus abbas in quinquaginta quinque marcis nobis seruiuit, quas tamen sine timore dei non recepimus ab eodem. Ut ergo hec nostra donacio semper a nobis et ab heredibus nostris firma et rata permaneat, presentem litteram inde conscriptam sygillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt: dominus Seghebodus abbas Doberanensis, Godefridus Luch, Heinricus de Vlotowe, Nycolaus Gallus, Johannes Kabolt, Deneco, Gerrardus de Cropelin, fratres, Hermannus de Oldendorpe, milites, et alii quam plures. Datum Rozstoc, anno gracie M° CC° LXXXI°, III° nonas Maii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Fäden von rother und grüner Seide hangen die Siegel der drei werleschen Fürsten, 1) das in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildete Siegel Heinrichs, 2) das daselbst abgebildete Siegel Johanns, 3) das oben zu Nr. 1571 abgebildete Siegel Bernhards. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I. B, S. 87.

1281. Mai 21. Schwerin. 1579.

Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, bezeugen, dass der Ritter Ludolf Hasenkop und der Schweriner Bürger Gerold Müller ihre Lehngüter in dem Gute Driberg zu Gunsten des St. Johannis-Klosters zu Lübek aufgelassen haben.

Nos Helmoldus et Nycolaus dei gracia comites Zwerinenses vniuersis, ad quos littere presentes peruenerint, cupimus esse notum publice protestantes, quod honestus miles dominus Ludolfus dictus Hasencop et Gheroldus dictus Molendinarius, ciuis Zwerinensis, pheodales nostri, bona, que a nobis in villa Driberg tenuerunt iusto titulo pheodali, nobis ad manus sanctimonialium ecclesie beati Johannis ewangeliste in Lubeke libere resignauerunt, presentibus testibus ydoneis: genero nostro domino Johanni dicto Gans de Wittenberge videlicet et domino Molzan, domino Vlrico de Blucher, domino Friderico Hasencop, domino Conrado capellano nostro, canonicis Zwerinensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Vt autem predictis sanctimonialibus nulla in posterum inde possit calumpnia suboriri, presentem paginam sigillorum nostrorum appensionibus roborari fecimus in testimonium veritatis. Acta sunt hec Zwerin, anno domini M° CC° LXXXI°, in vigilia ascensionis domini.

Nach dem gut erhaltenen Originale im Archive des St. Johannis-Klosters zu Lübek. Das eine anhangende runde Siegel ist das in Bd. II, zu Nr. 1201, abgebildete Siegel des Grafen Helmold. Das andere anhangende schildförmige Siegel ist zerbrochen. — Gedruckt bei Lisch, Verwandtsch. Verbindungen des älteren Hauses Gans von Putlitz mit altfürstlichen Geschlechtern, S. 24; Maltzansche Urk. I, S. 51; U.-B. der Stadt Lübek I, S. 377. — Vgl. Nr. 1576 und 1577.

1281. Mai 30. Hamburg. 1580.

Gerhard, Graf von Holstein, überweist der Kirche zu Hamburg für ein Darlehn von 125 Mk. eine Rente von 12 Mk. 8 Sch. aus seinem Zolle daselbst zu einer Präbende.

— — Testes sunt: honorabilis vir dominus Tidericus Luneburgensis et Stadensis ecclesiarum abbas; Borchardus comes de Welepa, Johannes dominus Magnopolensis, nobiles; Johannes de Walesthorpe, Tidericus Hoken, Marquardus de Wotmolte, milites, et alii quam plures. Actum et datum Hamborg, anno domini M° CC° LXXXI°, III. kal. Junii.

Nach Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 651, aus dem Original. Nach einer Copie auf der Hamburger Bibliothek (in „Allerhand Nachrichten und Urkunden" etc., S. 99) abgedruckt bei Staphorst I, 2, S. 215, und bei v. Hodenberg: Lüneb. U.-B. VII, 1, S. 84.

1281. Juni 5. Ribnitz. 1581.

Waldemar, Fürst von Rostock, verlegt die Stadt Kalen nach dem Dorfe Bugelmast, bestätigt der Stadt Neu-Kalen die Privilegien und die Hufenzahl der alten Stadt, schenkt ihr auch die Fischerei auf dem Kummerower See und dem See „Wutzelense“ und gestattet ihr den Ankauf des Dorfes Warsow.

In dem namen der hilgen vnd vnscheiden dreiuoldicheit. Woldemarus van gades gnaden ein here van Rostogk alle iegenwerdigen vnd nakomlingen, die sehen werden desse schrift, salicheit in dem salichmaker allen. Vppe de werdt de jennen, die dar scheien in der tidt, nicht vorgan thosamende midt der tidt, so iss et nutte, dat (me) die reddelichen schefte dorch warhaftige sch[ri]ften[1] ewich werden gemaket. Darumme wille wy laten kamen tho der witschop sowoll den jegenwerdigen, alse den thokamenden, dat wy mit sinnigem rade vnser houetlude hebben thogelaten tho kamende die stadt Kalandt in dat dorp, welker genomet was Bugelmast, vnd hebben gegeuen der genanten stadt Nienkalandt vnd sinen ledematen alle rechtigkeit vnd vullenkamen vrigheit, welker die de olde stadt sick gebrucket hefft, vnd wi vord beuestigen alle priuilegia vnd alle artikel der priuilegien, welker sie van vnsen voroldern gehatt hebben; vnd wi begeren sie furder ganzliken mer tho merende wen tho ringrende in allen stucken. Wy ock thogefoget hebben der ergenanten stadt Nienkalandt die houen nach dem talle vnd vrigheit der houen, so sie vns apenbarliken in der ersten stadt belegen sindt. Vordan wy leuen vnd leif hebbende sindt die thowassinge der vaken genomden stadt Nienkalandt, so wy ehr gegeuen hebben dorch vnsere witschop vrigge[2] macht, sunder den wadeto̊ge[3], to vischende in dem sehe Kummerow vnd in dem sehe Wutzelense[4] wente tho der markinge vnser eigen water.[5] Weret ock, die suluige stadt dorch mennigfoldige thowassinge des rikedomes besinnigde dat dorp Warsow mit den houen, die dartho belegen sindt, tho kopende, so hebbe wy desser genanten stadt geghundt, se dat dorp vorberort mit den houen in eren brukingen mach wandelen dorch solke vrigheit, so alse van den houen der stadt bauen vtgespraken vnd berürt is. Vppe die werd, dat vnse geschefte sowoll van vns, alse van unsen eruen[6] wisse geholden werden vnd vnvorwandelt bliuen mach, so geue wy der gedachten stadt Nienkalandt diesse jegenwerdige schrifft darut gemaket, beuestiget mit sekerheit vnsers ingesegels, mit den namen der tuge, die dar jegenwerdich weren, tho einer sekerheit. Die tuge sint die: Johan Moltke vnse spisedreger vnd vaget in Kalandt, Johan Babbe, Reddach, Frederick von Kerckdorp, Diderich, Lippoldt, Bertelt broder vam Kalande, Marckwert van Dragen, Markwert van Rensow, ridder; Nickel van Pressentin, Nickell, Eggert van Drogen, Hinrich Klobesowe, Hinrich Kelle, Albrecht Niger, Johann Meineken sone, Hinrich

Slau..[7] Wolmari vnd vele mer ander. Geschein vnd gegeuen tho Ribbenitz, am jar des heren M.CC. vnd LXXXI., des veften dages des manes Junii.

Das Original dieser Urkunde mag bei einem der Brände, von denen Neukalen heimgesucht ist, vernichtet sein. Die vorstehende Uebersetzung geben wir nach einer im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrten beglaubigten Abschrift vom Jahre 1623 und einer ebendaselbst befindlichen nicht beglaubigten, welche etwa derselben Zeit angehört. Aus der letzteren haben wir [1] „schriften" statt „schefften" aufgenommen; in derselben steht [2] vorige, [3] wadetage, [4] Wotzelense, fehlt das Wort [5] „water", und statt [6] „eruen" gibt sie „omen." Der Name [7] Slau.. hat in beiden Abschriften eine unleserliche Endung. — Gedruckt in Jahrb. XII, S. 371.

1281. Juli 6. 1582.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt dem Kloster Broda den freien Besitz seiner Güter und versichert dasselbe seines Schutzes.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Bugizslaus dei gracia Pomeranorum Slauorumque dux vniuersis scriptum presens inspecturis salutem in eterne salutis auctore. Bonarum mentium est utique et omni laude potissimum recordari (recordari) extreme portionis salubria, quando piissimi muneris erit, pro inpensis ad dei laudem cum sanctis et electis in regno celorum felici gaudio perhennari. Cum igitur nouerimus caducum huius mundi regnum, volentes ad laudem filii dei futuris cauere erroribus, dolentes et merito, elemosinas honorabilium et dilectorum parentum nostrorum, proaui, aui et patris nostri felicis memorie, de tempore in tempus minorari, nos quoque ex hoc non modicum affecti ob destructionem claustri Brodensis, quia perpendimus dictum claustrum a circumiacentibus terminis quadrangulari inuasione suis in possessionibus non modicum manu violenta depredatum, ne autem prefatum claustrum deinceps a nobis seu nostris successoribus quippiam violencie seu indebite illationis paciatur, decreuimus cum omni pietate et dileccione, vna cum consilio prouidorum militum nostrorum, sepedicti claustri libertatem libello testimoniali eternari, tali videlicet libertate et securitate, quam memorato claustro largiti sunt antecessores nostri largicione fructuosa. Itaque dando firmamus, vt nulli nostrorum heredum, successores, nec aliqui alii ausu temerario, dei timore postposito nostrique precepti potestate et rigore spreto presumant reditus dicti claustri suo iudicio inuadere, nec eorum villas, nec subditos Brodenses, nec aliquid, quod ipsis canonicis proprium est, a nostris antecessoribus et a nobis eisdem porrectum; in singulis libertatem habeant, iure omni et iudicio sibi proprio, proprie libertatis priuilegio perpetuo perfruantur. Damus insuper volentes, quatenus a dicto claustro nichil penitus per vim, vt iustum est, exquiratur, nisi poterit amico fauore a claustri fautoribus et prouisoribus optineri. Insuper piissime concedimus, nequaquam admittentes in possessionibus eorum, agris et singulis mensurationes siue metas alias debere fieri, quam dictum claustrum usque ad tempus nostrum in longum

et latum habuit et possedit, quia gestimus omni desiderio eorum predia et beneficia augeri potius, quam aliquatenus derogari. Nec miremini nos adeo stricte preceptum dedisse, cum venerabiles patres nostri tam habundanti copia dictam domum dotauerint, quod eciam ex prelarga dotatione sibi nomen a re opulente copie vendicauit. Ne igitur presens scriptum et nostra confirmatio in irritum reuocetur, in testimonium huius rei conscripte et seruande presentem cartulam nostri fecimus appencione sigilli roborari. Testes huius rei sunt: dominus Hildebrandus abbas de Stolp, dominus Andreas plebanus in Demin, dominus Henricus plebanus in Trebetouue; milites: dominus Hermannus Musticke, dominus Johannes de Holsatia, dominus Drake; armigeri: Arnoldus de Gebene aduocatus, Gherardus burgensis cognomine Aduocatus, Johannes de Rothen, Arnoldus de Potendorp et alii quam plures. Datum anno domini M° C° C° LX° X° X° I°, pridie nonas Julii, octaua beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im grossherzogl. Archive zu Neustrelitz. An Fäden von rother und gelber Seide hängt des Herzogs Bogislav grosses rundes Siegel: ein rechtshin sprengender Reiter mit einem befiederten Helme hält eine befahnte Lanze und führt einen Schild mit dem pommerschen Greifen; Umschrift:

S . BVGVZLAI . DGI . GRA . ILLVSTS . DVGIS . SLAVOR . 7 . KASSVBIG

— Gedruckt in Jahrb. III, S. 223.

1281. Juli 22. Rostock. 1583.

Heinrich und Johann, Fürsten von Werle, verkaufen dem Kloster Doberan das Eigenthum des Dorfes Bölkow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Henricus et Johannes dei gracia domini de Werle omni generacioni in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, litterarum apicibus solent et testimonio perhennari. Tenore igitur presencium notum esse uolumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod Gherardus dictus de Lawe, ciuis in Rozstok, uillam, que Bolecowe dicitur, cum proprietate ipsius uille, quam a nobis emit, venerabilibus viris domino Seghebodoni abbati totique conuentui de Doberan vendidit pro trecentis et quinquaginta marcis denariorum monete Rozstokcensis et coram nobis ipsam villam cum proprietate Doberanensi ecclesie resignauit. Nos vero diuinam remuneracionem attendentes, prefate ecclesie proprietatem iam dicte ville in nomine domini firmiter confirmamus, volentes, vt sepedicta villa in siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscinis et piscacionibus ac stagnis, in bosco et plano, nemoribus, vsuagiis, campis cultis et incultis, in viis et semitis, communibus et priuatis, sine mansorum numero, sed sub terminis, quos hucusque habuisse et adhuc habere dinoscitur, ac eo iure et iudicio, quod ecclesia Doberanensis habet in abbacia sua, debeat perpetuo libera permanere. Homines eciam

in eadem villa commorantes ab exstructione vrbium et poncium, ab exactione vectigalium et theloneorum et ab omni expedicione debent esse liberi et immunes, ita ut nemini ex debito nisi soli deo et Doberanensi ecclesie seruire teneantur, nec aduocatum quemquam de nostris habeant super se uel iudicem, nisi solum abbatem de Doberan vel cui ipse vicem pro se commiserit iudicandi. Ut autem hec nostra confirmacio inconcussa permaneat, presentem paginam plenius inde conscriptam testium annotacione et sigillorum nostrorum appensionibus fecimus roborari. Testes vero hii sunt: Godefridus Luch, Henricus de Flotowe, Nicolaus Gallus, Gherardus de Cropelin, Johannes Kabolt, Johannes Cosz, Johannes de Ducin, Johannes Northman, Henricus de Colne, Gherardus et Conradus fratres dicti de Cremun, Gherardus de Linstowe, milites, item Conradus dictus de Lawe, burgensis in Roztoc, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in ciuitate Roztoc, anno ab incarnacione verbi M° CC° LXXXI°, in die beate Marie Magdalene.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von rother und gelber Seide hangen die in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildeten Siegel der beiden fürstlichen Aussteller. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 89.

1281. Aug. 30. Lübek. 1584.

Nicolaus (Fürst von Meklenburg), Propst, und das ganze Capitel zu Lübek verkaufen 3 Hufen zu Ennien an das Kloster zu Jtzeho.

Nicolaus dei gratia prepositus, Nicolaus decanus totumque Lubecensis ecclesie capitulum — — —. Datum Lubeke, anno domini 1281., in crastino decollationis beati Joannis baptiste.

Nach Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 281, aus Noodt's Beiträgen I, S. 191.

1281. Oct. 6. Lübek. 1585.

Nicolaus, Graf von Schwerin, bestätigt den Lübischen Kaufleuten die ihnen von seinem Vater Gunzelin ertheilte Befreiung von Zoll und Ungeld mit Ausnahme der Heringpfennige.

Nicolaus dei gratia comes Zwerinensis omnibus presentem paginam intuentibus in perpetuum. Ad omnium presentem paginam intuencium volumus deuenire noticiam, quod pie recordacionis comes venerabilis in Zwerin Guncelinus nomine, pater noster, ciuibus Lubicensibus negociantibus, ipsorum dilectioni tali beneficio satisfaciens, per suum euntibus et redeuntibus dominium ab omni theloneo et exactione, que vngelt dicitur, immunes eos esse liberaliter contulit ac

exemptos. Nos igitur, commendabile patris nostri beneficium infringere nolentes, neque in irritum reuocantes, ipsum pretaxatum viris honorabilibus donum collatum, preterquam quod vulgariter arincpenninge apellatur, littera nostra sigilli nostri appensione, dilecto fratre nostro Helmoldo comite Zwerinensi, militibus quoque nostris: Nicolao Vulpe, Antonio de Tribbowe, Gerardo de Exen, consulibus eciam Lubicensibus: Johanne de Bardewic, Bertrammo Stalbuc, Vromoldo de Quinque Domibus, Hildebrando de Molne, Godefrido de Brilo presentibus, confirmamus. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXX° I°, in octava archangeli Michaelis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 381, aus den beiden Urschriften, mit wohl erhaltenen Siegeln, auf der Trese zu Lübek. — Alte Uebersetzung bei Mantzel, Bützow. Ruhest. XXVI, 9. — Vgl. Bd. I, Nr. 529, und die Siegelabbildung zu Nr. 1492.

1281. Oct. 6. Lübek. 1586.

Rath und Bürger von Lübek beurkunden die durch die Städte Lübek, Rostock und Wismar erfolgte Beilegung des Zwistes zwischen den Städten Greifswald und Stralsund.

— — Vt autem firma sint hec, que statuimus, tribus sigillis scilicet ciuitatis nostre Lubeke, ciuitatis Wismarie et ciuitatis Rozstock presentem paginam communiri fecimus ad cautelam. Testes vero, qui huic ordinationi intererant et statuto, sunt hii: Hinricus de Ysernlo et Hinricus Golthoge de consilio nostro; Johannes de Crucowe et Dhegenardus de consilio ciuitatis Wismarie, uniuersi consules de Rozstok, videlicet Hinricus Adolfi, Hinricus Wise, Albertus Lore, Hermannus de Lawe, Thidericus de Subecin, Johannes de Stadhe, Ernestus, Herdherus, Volmarus de Kosvelde, Hinricus Danneberge, Hermannus de Bilrebeke, Nicolaus de Molendino, Gherardus de Brema, Gerardus de Lawe, Reyneko apud quatuor rotas, Ludeko Vot et Gerwinus de Lemhus. Actum Rozstock, datum Lubeke in consistorio consulum, anno domini M° CC° LXXXI., feria secunda proxima ante diem beati Dyonisii.

Nach dem vollständigen Abdruck im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 380, aus dem zu Lübek auf der Trese befindlichen Original, mit den angegebenen 3 Siegeln. — Statt „Johannes de Stadhe" gibt Sartorius II, S. 120, irrthümlich „Johannes de Sladhe", ebenso Fabricius, Rüg. Urk. II, 35, Nr. CXLVI. — Vgl. die Abbildung des Wismarschen und des Rostocker Stadtsiegels in Bd. II, zu Nr. 847.

1281. Rostock. 1587.

Heinrich, Bäcker, verkauft sein Haus zu Rostock an Gerhard von Milleten.

Henricus pistor vendidit Gherardo de Milleten hereditatem suam apud pontem piscium, sicut ipse eam habuit. Et de illa dabit idem Gherardus Seghe-

frido singulis annis V marcas et IIII solidos et panem fornacis perpetuo. Henricus uero de Lippia dabit Gherardo singulis annis II marcas de taberna sua perpetuo.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 45. — Vgl. Stadtbuch 1295—1304, fol. 68b, zum Jahre 1297: „Seghefridus, Johannis Segefridi filius, de consensu heredum suorum et amicorum omnium vendidit Arnoldo Junefrowen viginti marcarum redditus census arealis perpetui, quos habuit in tribus arcis iuxta pontem piscium sitis ab angulo, vbi Seghefridus penesticus habitauerat, sursum usque ad structuram Johannis de Aldenburg, pane fornacis simul computato. Quos redditus idem S. sibi racionabiliter, sicut ipse tenuerat, resignauit". — Daselbst fol. 68b, zum Jahre 1302: „Bertoldus pistor de consensu Herderi vendidit Thiderico filio Rufi ligna et edificium, quod habuit in area Herderi trans fluuium iuxta pontem piscium, de qua area dabit dictus Thydericus annis singulis duas marcas denariorum pro censu perpetuo arcali et septimana qualibet quatuor denariatas panis (!) pro pane fornacis, et sic perpetuo possidebit". — Vgl. noch Stadtbuch C, fol. 84b, zum Jahre 1283: „Hildegundis vxor magistri Thiderici lapicide assignauit Marquardo de Bucow aream suam perpetuo, et de dicta area dabit idem Marquardus dicto Hyldegundi pro censu arcali perpetuo IIb marc. et panem fornacis ad dies uite sue tantum. Sed domum, in qua manet, secundum quod cum spacio adiacente est comprehensa, optinebit perpetuo. Insuper idem Marquardus Arnoldum Quast sedabit".

1281. Rostock. 1588.

Das H.-Geist-Hospital zu Rostock wird von allen Abgaben an den Pfarrer zu St. Jacobi befreiet.

Notum sit vniuersis, quod dominus Henricus plebanus ecclesie sancti Jacobi coram communi consilio ciuitatis Roztoccensis ab omnibus oblationibus et aliis, que sibi de domo sancti Spiritus fieri solebant, per dies uite sue cessauit. Et insuper dominus noster dominus Woldemarus de Roztoc eidem domui hoc indulsit et concessit, ut nullus unquam plebanus post mortem eiusdem domini Henrici de oblationibus, que in dicta domo sancti Spiritus offeruntur, uel in aliis aliquibus sibi aliquid iuris debeat uel ualeat vsurpare. Actum coram communi consilio, anno domini M° CC° LXXXI°.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 51. — Vgl. Nr. 1589. — Ueber das ältere H.-Geist-Haus in der Altstadt [1264: „area iuxta sanctum Spiritum in antiqua ciuitate", Stadtbuch B, fol. 23] vgl. Bd. II, Nr. 924.

(1281.) 1589.

Hermann, Bischof von Schwerin, eximirt das neugegründete H.-Geist-Hospital zu Rostock von der Jacobi-Gemeinde und bewilligt demselben einen Geistlichen und einen eigenen Kirchhof.

Hermannus dei gratia Zuerinensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus audituris presentia et visuris in perpetuum. Qui iustis causis hominum promovendis promptum favorem impendimus, tanto libentius vigilanti cura prosequi

debemus pia negotia Jesu Christi, quanto deus homini preferendus esse dinoscitur et omnis sibi deberi reverentia comprobatur. Jgitur cum dilecti in Christo consules civitatis Rozstoc tamquam viri catholici et zelum dei habentes de nostro et nobilis viri Woldemari, necnon totius universitatis loci memorati pio consensu et voluntate ad ampliandam gloriam crucifixi vellent hospitale sancti Spiritus edificare in parochia sancti Jacobi civitatis supradicte, ut infirmi recip[er]entur ibidem et nihilominus transeuntes et egentes piam habere possent consolationem ac persone certe ibidem volentes sub habitu regularis discipline domino famulari sustentationem congruam haberent ex piis elemosynis, que ipsis a Christi fidelibus conferentur ad nimiam caritatem, qua Christus nos dilexit et diligit, respectum habentibus et ei retribuere volentibus aliquid pro omnibus, que tribuit ipse illis: visum fuit Heinrico ministro ecclesie sancti Jacobi in Roztoc ipsum hospitale construi in preiudicium ecclesie parochialis, eo quod ius funerandi et sepeliendi fratres et infirmos dicti hospitalis infra terminos parochie memorate et oblationes, que ibidem offerentur, ad ius ecclesie sancti Jacobi pertinerent. Nos enim, ut, quod pro nomine redemtoris tam digno agitur affectu, facile compleatur, sperantes, quod in dicto hospitali magis ac magis protendi debeat dei gloria, omnium conditoris, si plantationi suc favorem, quem in ipso possumus, impendentes, opportunum eidem plantationi subsidium procuremus, de consensu Heinrici supradicti, ne deinceps aut in posterum aliquo modo aliqua controversia plurimum odiosa alicuius exceptionis valeat exoriri et dictum hospitale eo magis incrementum prosperitatis optate suscipiat, quo ipsum plurimis remediis contigerit adiuvari, taliter ordinamus, ut predictus Heinricus medietatem oblationum, que dicto hospitali oblate fuerint tantum ad altare, quando missa celebratur, recipiat; et sacerdotes, qui pro tempore dictam ecclesiam sancti Jacobi habuerint post tempora ipsius, nihil iuris de cetero in dicto hospitali a personis ibidem deo servientibus poterunt vendicare. Supradicto autem hospitali liceat habere oratorium, sacerdotem proprium, missarum sollenpnia et alia divina officia celebrare, ibidem cimiterium habere et in hospitali decedentes in proprio cimiterio sepelire et ipsos, qui moriantur, in ipsorum obsequiis a sacerdote hospitalis cuncta libere cum aliis infirmis hospitalis ecclesiastica accipere. Ad hec autem ad predicandum dei verbum in festis diebus dicti hospitalis vocare licet, quem rector dicte domus decreverit, et ipsum locum hospitalis plene per omnia libertati donamus, salvo in omnibus iure nostro et successorum nostrorum, excepta tantum oblationum medietate, ut supra dictum est, prefato hospitali. Et si necesse fuerit, ad celebrandum, quem rector domus pro tempore decreverit, vocare liceat, autoritate presentium indulgemus. Hanc autem ordinationem nostram presentem illesam penitus volumus observari, nec exceptionem aliquam super his audire volumus, nec debemus, ne infringere videamur, quod a nobis fine laudabili est debite terminatum. Jn cuius rei testimonium litteram presentem conscribi fecimus et sigilli

nostri ac dilectorum in Christo nobilis viri Woldemari de Rozstoc et civitatis sue sigilli [a]ppensione fecimus communiri.

Nach dem anscheinend unvollzogen gebliebenen Original oder einer gleichzeitigen Abschrift im Hospital-Archiv zu Rostock. — Vgl. Bd. II, Nr. 1361, Bd. III, Nr. 1588 und 1590.

1281. Oct. 31. Rostock. 1590.

Heidenreich, Priester, wird zum Geistlichen am H.-Geist-Hospitale zu Rostock angenommen.

Notum sit vniuersis presentibus et futuris, quod dominus Heydhenricus sacerdos, ad domum sancti Spiritus ciuitatis Roztoc habens desiderium, eidem contulit LXXX marcas denariorum, cum quibus redditus VIII marcarum debent emi, quas idem dominus H. sacerdos per uite sue tempora possidebit, et ad dictas VIII marcas iam dicta domus sancti Spiritus ad uictum et expensas eiusdem domini H. singulis annis XII marcas denariorum debet addere, ut sic in summa sint XX, que quidem XX marce sibi debent in quatuor anni temporibus, videlicet in pascha, in natiuitate beati Johannis baptiste, in festo beati Mychaelis et in natiuitate domini, anno quolibet erogari. Prefatus autem H. sacerdos in eadem domo sancti Spiritus pro possibilitate sua diuina peraget, et eidem domui preerit in eis tantummodo, que pertinent ad diuina. Verumptamen in oblationibus et emolumentis elemosinisque, que in sepedicta domo pro vigiliis et missis votiuis et specialibus vel quomodocunque aliter fiunt et offeruntur, memoratus dominus H. nichil iuris sibi poterit vsurpare; hoc tamen excepto, quod, si aliqua in testamentis uel aliter pro memoria speciali sibi a quoquam singulariter assignantur uel legantur, eadem potest et debet ad usus suos absque suspectione et contradictione qualibet optinere. Ceterum antedictus dominus H. sperans maius meritum a domino reportare, memorate domui sancti Spiritus vnum calicem X marcas ualentem contulit, insuper et clenodia quedam, que III solidos Anglicos et dimidium constiterunt. Qui quidem calix et clenodia ibidem in sui memoriam in diuinis iugiter habebuntur. Actum coram communi consilio, anno domini M° CC. LXXXI°, in vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 51ᵇ.

1281. Oct. 31. Rostock. 1591.

Albrecht von Kosfeld und seine Frau werden in die Brüderschaft des Hospitals zum heiligen Geist zu Rostock aufgenommen.

Notum sit vniuersis presentibus et futuris, quod propter plura beneficia et seruicia, que Albertus de Cosvelde domui sancti Spiritus sepius impendit et fecit,

eidem Alberto et sue vxori in iam dicta domo est plena data fraternitas, ita vt, si quandoque voluerint et contigerit, ibidem habeant, qualia ceteri fratres et sorores habere communiter consueuerunt. Actum anno domini M° CC° LXXXI°, in vigilia omnium sanctorum, consilio presidentibus: Henrico Adolphi, Henrico Sapiente, Alberto Cerdone, Thiderico Subecin, Johanne de Stadhen, Ernesto, Herdhero, Hermanno de Bilrebeke, Reynero Cerdone, Henrico Dannenbergh, Hermanno de Lawe, Gherardo de Lawe, Nycolao de Molendino, Gherardo de Brema, Ludolpho Pede, Volmaro Nigro, Gherwino de Domo Argillea.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 52.

1281. Rostock. 1592.

Peter Witte und Henze Dartzow verkaufen Heinrich von Lare eine Baustelle zu Rostock an der Wokrenter-Strasse, und die Stadt dazu einen anstossenden Platz und Raum zum Tropfenfall.

Petrus Albus et Hence Dartzow vendiderunt Henrico de Lare aream illam, quam emerant a Johanne de Stadhen in Wocrentenstrata, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit (!).

Civitas vendidit eidem Henrico spatium quoddam apud eandem aream ita a longe, sicut habent alii, et sibi rationabiliter resignauit, et insuper duorum pedum spacium ad stillicidium.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 52. — Ueber den Tropfenfall finden sich in den Rostocker Stadtbüchern sehr zahlreiche Bestimmungen. Z. B. in C, fol. 56, zum J. 1282: „Hermannus de Nemczow vendidit Blidheleuent hereditatem vnam iuxta suam domum. — — Stabulum Blideleuent habebit stillicidium in curiam Hermanni, sed duo wac (Fach) anteriora domus stillicidium non habebunt. Item Blideleuent habebit viam ad puteum".

1281. Dec. 20. Röbel. 1593.

Johann, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Dobbertin das Eigenthum dreier von Heinrich Cramon erkauften Hufen zu Goldberg.

Johannes Her von Werle gibt den eigenthumb dreier Hufen in Goldtberge, welche Hinricus Probst zu Dobertin vor 92 Mk. von Hinrico Cremun gekaufft hat, dem Closter Dobertin mit der gerechticheit, do die besitzer solcher Hufen die Pacht zu rechter Zeit nicht aussgeben wurden, das alssdan der Probst ohne hulff oder ersuchung des Ambtmans oder des Rhatts zum Goldtberge sie auspfanden mag. Actum anno 1281., in uigilia beati Thomæ apostoli. Datum Robele, per manum Martini notarii.

Nach Clandrian's Dobb. Reg., Nr. CXLIII.

1282. **1594.**

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, gewährt mit Zustimmung seines Dom-Capitels der Geistlichkeit des Landes Bresen und des Archidiaconats Rehna, sowie dem Pfarrer von Dassow, gegen das Versprechen von Gedächtnissfeiern für ihn, das Recht über ihren Nachlass zu verfügen und das Gnadenjahr.

Ulricus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Licet votiuum nobis sit, sacerdotes et clericos nostre dyocesis vniuersos secure libertatis sic obtinere gaudium, ut nullum in personis aut rebus ipsis inmineat detrimentum, volentes tamen sacerdotes et clericos ecclesiarum per terram Bresen et archidiaconatum Renensem, quarum nos patroni existimus, siue persone sint sev vicarii earundem, quibusdam libertatibus aliis anteferre, vt, sicut se nobis exhibent quadam pre ceteris placida familiaritate deuotos, sic se gaudeant aliis in graciis iam prelatos, eis concedimus et eorum successoribus, quod de rebus suis quamuis etiam per ecclesiam acquisitis in egritudine positi libere possint disponere, quicquid velint, ac secure dare et legare eas pro sue arbitrio voluntatis. Annum insuper gratie eis concedimus, vt prouentus eiusdem anni in solutionem debitorum suorum sev in alios pios vsus conuertere valeant, prout eis videbitur expedire. Vt autem eorum uoluntas post mortem ipsorum plene suum consequatur effectum, illis, quibus executionem eius commiserint quoad exsequendum eam, nostram conferimus auctoritatem, qua in hac parte suffulti prouideant, ut secundum voluntatem defuncti vniuersa procedant, renuntiantes de consensu nostri capituli pro nobis et nostris successoribus episcopis omni iuri, quod nobis et nostris successoribus in bonis predictorum post eorum obitum in toto posset competere vel in parte, de consuetudine vel de iure. Huius eciam gracie et concessionis nostre plebanum in Dartsowe cum suis successoribus quoad omnia iam expressa participem esse volumus et consortem, ipsumque specialiter huic priuilegio duximus inserendum, eo quod archidiaconatui subiaceat prepositi Raceburgensis. Sane hoc donum gracie nostre volentes iidem sacerdotes et clerici relatiua quadam ac valde nobis grata vicissitudine compensare, statuerunt diem obitus nostri anniuersarium fieri, ita quod in omnibus eorum ecclesiis eo die misse et vigilie defunctorum ab ipsis eorumque successoribus in perpetuum honorifice decantentur, promittentes hoc idem in primo die obitus nostri et per totam sequentem ebdomadam se facturos et tricesimum nostrum sub eisdem beneficiis peracturos. Et quoniam id genus beneficii eis in celestes thesauros congeritur et conseruatur ac eterne nobis vite solatium obtinere speratur, ideo karitatem eorum affectuose rogamus, quatenus intuitu misericordie, quam ab omnium conditore et ipsi obtinere cupiunt, diligenter ac deuote fidem promissionibus obseruantes, hoc suo tempore exequi non obmittant. Verum quia sepe iniuriatur memorie obliuio et longinquitate temporis sepe fit, quod nota et clara

pre(n)sentibus dubia reddantur et obscura futuris, et sic interdum recisa repullulant, suscitantur sopita, sepulta resurgunt, ideo aduersus obliuionis dispendium presens super istis describi iussimus instrumentum ac eis tradi sigilli nostri munimine roboratum. Nos Henricus prepositus, prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum facto venerabilis patris nostri domini Vlrici episcopi in supradictis libertatibus premissis clericis suis datis et renuntiationi de iure suo et successorum suorum in bonis eorum per ipsum facte consentientes, fidele testimonium perhibemus, quod dicti clerici promiserunt diem obitus sui primum et omnes septem sequentes, suum eciam tricesimum cum missis et vigiliis defunctorum se velle peragere et anniuersarium suum sub eisdem beneficiis per se et suos successores in perpetuum obseruare. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, pontificatus autem nostri anno XXV°, honorabili viro Hermanno preposito Renensi, plebano in Honkerken, id fideliter et efficaciter promouente.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Wismar. An roth- und grünseidenen Fadenschnüren sind an die Urkunde gehängt:

1) das runde Siegel des Bischofs Ulrich, abgebildet in Bd. II, zu Nr. 867;

2) das hieneben abgebildete dritte Capitelsiegel von Ratzeburg. Dasselbe zeigt Christum am Kreuze mit Maria und S. Johannes d. E. Das Kreuz steht auf einem Felsen. Die Füsse Christi, der mit einem kurzen Rocke um die Hüften bekleidet ist, ruhen von einander getrennt auf einem Brett. Der Kopf ist mit einer Glorie umgeben. Oberhalb der Kreuzarme sind Sonne und Mond dargestellt. Ueber dem Haupte Christi steht am Kreuze die Inschrift: IhS. Neben Maria und Johannes (beide mit dem Heiligenscheine) stehen die Legenden: rechts neben Maria, in der Schrift von der Rechten zur Linken: MATR AAAA FILI' TV', links neben Johannes, in der Schrift von der Linken zur Rechten: AAAA MR TVA. Die Umschrift lautet:

✠ : SIGILLVM : CAPI[TULI : A]AAL'A : RACABURGAN

Dieses dritte Capitelsiegel erscheint hier zuerst an einer echten Urkunde (vgl. Bd. II, Nr. 849) und von hier an oft bis in das 16. Jahrhundert.

Hinten auf der Urkunde ist, anscheinend bald nach des Bischofs Tode, bemerkt:

„Dies obitus venerabilis patris domini Vlrici Raceburgensis ecclesie episcopi est in die Marcelli pape et martiris, hoc est XVII. kalendas Februarii".

Unten zwischen den Siegelschnüren aber liest man:

„Prima littera fraternitatis maiorum kalendarum. De anno gracie et libertate testamenti. ..Jo.. Ro.. decanus anno 1377. vsque ad annum 13";

„vsque — 13" ist von einer andern Feder dazu gesetzt. — Gedruckt ist diese Urkunde nach dem Original in Schröder's W. E., S. 119; v. Westphalen II, p. 2201; Franck V, S. 82.

1282 (?). 1595.

Hermann, Bischof von Camin, weist der Kirche in Dukow einige Dörfer zu und bewidmet sie mit 2 freien Hufen und einer Scheure.

Einn brieffleinn Hermanni Bischopffs zw Kammin, darinn verordenet, das etzliche dorffer zw Duckow zur kirchenn gehenn, vnnd das Sacrament empfangenn sollenn, vnnd die mit einer scheunenn vnnd zweienn freienn huefen begabt. Datum 1282[1].

Nach dem „Inventarium etlicher Siegel und Briefe des Klosters Dargun" aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts, im Haupt-Archiv zu Schwerin. — [1] 1281? Vgl. Nr. 1578.

1282. 1596.

Das Kloster Sonnenkamp (Neukloster) bezeugt, dass ihm der Lübeker Bürger Heinrich von Iserlohn die Aufkünfte von zwei Hufen zu Sukow (bei Güstrow) geschenkt, den Genuss derselben aber seinen beiden Töchtern im Kloster Sonnenkamp auf deren Lebenszeit bestimmt hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gracia prepositus Campi Solis, A. priorissa totusque conventus eiusdem loci vniuersis hanc litteram visuris salutem in virginis filio Jhesu Christo. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur cum tempore, vtile et consultum est litterarum testimonio commendare, vt, quod honeste gestum est, cunctis scire volentibus litterarum series purius eloquatur. Ad noticiam dirigimus vniuersalem, quod Heinricus dictus de Jserenlo, ciuis Lubicencium, pio pectore per paternam procuracionis prouidenciam filiabus suis in dicto iam claustro existentibus supra honestam oblacionem, quam in eodem loco deo et eius pie genitrici ad prebendam ipsarum obtulit, nunc addidit duos mansos in villa, que dicitur Sucowe, nouem tremodia persoluentes, duo siliginis, duo ordei et quinque auene, vt ipsis in vita sua libere et quiete ad necessaria sua per licenciam et graciam prepositi vtantur, ita tamen, si vna discedat filiarum, altera nichilominus sine diminucione duorum mansorum redditus percipiat; post mortem vero ambarum singulis annis medietas prouentuum predictorum in anniuersario ipsius Heinrici et alia medietas in anniuersario vxoris sue Gertrudis ad pitanciam et lautiorem procuracionem conuentus in emptione vini et panis triticei expendetur. Procuracionem vero sepius dictorum mansorum commisit filiis suis Johanni et Gerardo, quamdiu viuunt; post mortem ipsorum recipiet priorissa et conuentus eiusdem loci, eligantque sibi dispensatorem, qui proficuus et utilis eis videatur. Ne igitur tam racionabile factum a nostris successoribus infirmetur, presentes litteras scribi et sigillis nostris fecimus communiri. Testes autem, qui huic ordinationi interfuerunt: sacerdotes: Heinricus de Bibowe, Gerardus de Na-

quindhorpe, Johannes de Mirica; laici: Johannes de Rostokke aduocatus, Conradus de Gellerdessen, Heinricus de Demene. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXX°II°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen: 1) das in Bd. II, zu Nr. 1486, beschriebene Siegel des Propstes Johann, und 2) das in Bd. I, zu Nr. 387, abgebildete erste (nicht das in Bd. II, zu Nr. 1486, abgebildete zweite) Siegel des Convents zu Neukloster. — Vgl. Nr. 1571. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 68, und im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 43.

1282. 1597.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleihet dem Dominicaner-Kloster zu Halberstadt einen Ablass.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus dilectis in Christo fratribus ordinis predicatorum in Halberstat salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que preces supplicum excedit et uota, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promereri, volentes tamen nichilominus populum domino reddere acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quibusdam illectiuis muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus, inuitamus, ut exinde reddantur diuine gracie aptiores. Cupientes igitur, ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus fidelibus uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in die dedicationis et in omnibus festiuitatibus [beate] virginis, in festis patronorum, videlicet beati Pauli apostoli et beate Katherine, in vtroque festo beati Dominici et per octauas dictarum solempnitatum et in die parasceues reuerenter accesserint, XL^{ta} dies et vnam carenam de iniuncta sibi penitentia sub ratihabitione venerabilis patris Halberstadensis episcopi misericorditer relaxamus. Datum anno domini M°CC°LXXXII°.

Nach dem Original, mit einem sehr gut erhaltenen Siegel, im königl. preuss. Provinzial-Archive zu Magdeburg.

1282. (Parchim.) 1598.

Johann und Bernhard, Fürsten von Werle, bestätigen die Vereinigung der Altstadt und der Neustadt Parchim.

Johannes et Bernardus dei gracia domini de Werle vniuersis Cristi fidelibus hanc litteram audientibus salutem in domino Jhesu Cristo. Que geruntur in tempore, ne labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingwa testium uel scripture memori[a] perhennari. Hinc est, quod omnibus, ad quos presens scriptum deuenerit, notum esse uolumus, quod diuina interueniente gracia nostroque de maturo consensu et consilio burgenses utriusque ciuitatis nostre Parchem de contentione dudum inter eos habita vnionem amicabilem et stabilem inierunt, tali

uero modo: quod teatrum, ubi et ad quod consules conueniunt, in foro antique ciuitatis, sicut a primevo exstiterat, statuetur et in eodem consules utriusque ciuitatis debent, uti ciuilis mos exigit, conuenire. Jtem omnes piscatores cum suis piscibus, tam uiuis, quam mortuis, ad forum antique ciuitatis sunt maxime compellendi. Verum eciam iudicium ut prius terciis feriis in antique ciuitatis foro, in foro autem noue ciuitatis sextis feriis sit habendum. Ceterum agger uel campus, qui iacet ante nouam ciuitatem Parchem, ab omnibus incolis noue ciuitatis Parchem et suis heredibus absque aliquibus reditibus in perpetuum libere possidetur, nec agger, uelud vnicuique domui est assignatus, a nemine a sua domo uel a sua hereditate uendi debeat uel deponi; neque idem agger uel campus magis uel ulterius, quam sit, a ligonum laboribus debet ampliari, quod in wlgo sonat roden. Jnsuper omnes institores hospites et aduene diebus forensibus cum suis instituentis in teatro noue ciuitatis tenentur conuenire. Hec autem compositio tali nempe apposita conditione ordinata est, quod, quicumque hanc compositionem uiolarit uel auso (!) temerario contraire presumpserit, qui consulibus aliisque ciuibus probis et honestis uinci poterit, nobis nostreque ciuitati Parchem triginta marcas argenti examinati tenebitur erogare. Si quis, ut dictum est, temere excederet et idem pecuniam daret nominatam, nichilhominus composicio, quemadmodum ordinata est, perpetue condurabit. Ad maiorem certitudinem huius conpositionis promiserunt consules ceterique ciues antique ciuitatis: Wolderus Magnus, paruus Rodolphus, Hyldebrandus de Hyserlo, Gherardus Strodwulf, Johannes de Dampbeke, Dhehardus in foro, Arnoldus de Wittenb[urc], Otbertus de Plawe, Gherardus de Bruzow, Albertus de Medow, Hinricus Blaso, Enghelbertus de Mirica, Hermannus Zeldenhem, Johannes de Domeniz, Bernardus de longa curia, Conradus Picsten, Gherardus Teymarc. Hii ex parte noue ciuitatis fideiusserunt: Johannes Faber consul, Bernardus Stuto, Folpertus, Borchardus Pistor, Gheuehardus Pistor, Hinricus Scolen, Hermannus Sprickel. Ex horum autem industria octo subsequencium, qui similiter cum supradictis pro compositione promiserunt, facta fuit hec composicio: scilicet Dhit[marus] de Sconebergh, Her[mannu]s Rampo, Jo[hannes] Pannicida, Lu[douicus] de Sterne, Ar[noldus] de Vilan, Ot[to] Berser, Ole Pistor, Johannes Molenbeke. Vt hec autem omnia inuiolata et inconuulsa permaneant et ne ab aliquibus nostrorum successorum infringi poteri[n]t, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine in testimonium fecimus roborari. Huius autem rei testes sunt: dominus Teodericus plebanus de Plawe, dominus Johannes Koz, dominus Hinricus de Colne, dominus Stangh iuuenis, Martinus de Malyn, Yo de Moryn, Bertoldus dapifer, Reynekinus de Polesth et alii quam plures viri ydonei et honesti. Datum incarnationis domini anno M° CC° LXXX°I°.

Nach dem Original auf Pergament im Raths-Archive zu Parchim. Die beiden Siegel sind von den rothen seidenen Strängen abgefallen. — Gedruckt bei Cleemann, Chron. v. Parch., S. 119.

(1282.) Wismar. 1599.

Gödeke Rode bürgt für Radeward von Cismarstorp, der gegen die Belästigung Wismarscher Bürger von Seiten des Vogts von Stubbeköping wirken soll.

Godeco Rufus promisit pro Radewardo de Ciscemarestorp, quod debeat [ferre] infra festum beati Michaelis litteram de aduocato de Stubbecopinge, ne ciues nostros impediat pro suis debitis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 44. — Die Eintragung ist getilgt.

(1282.) Wismar. 1600.

Gerbert von Warendorf vermacht den Hospitälern zum H. Geist und zu St. Jacob in Wismar Hebungen aus Hornstorf zu seiner und seiner Familie Memorie.

Gerbertus de Warendorp emit de domino suo Nannoni de Crukoywe IIII^{or} mansos in Hornestorp, qui annuatim soluunt XX tremodios, scilicet VI tremodios siliginis et VI tremodios ordei et VI tremodios et duos modios auene et II modios pisarum et X solidos et II toppe lini. De hiis dedit XII tremodios domui sancti Spiritus et VIII tremodios hospitali in Wismaria post finem uite sue pro salute animarum patris et matris sue, necnon pro salute sue anime et uxoris sue Hadhewigis. De predictis XII tremodiis, quos dedit domui sancti Spiritus, disponent magistri domus cum sacerdote, qui ibi celebrauerit, vt semper in septimana vnam missam pro defunctis cantet super alias missas, quas de iure tenetur celebrare, et in illa missa faciet memoriam domini Henrici de Warendorp et uxoris sue Margarete et Gerberti et uxoris sue Hadhewigis. Insuper magistri predictarum domorum dabunt in anniuersario Gerberti de predictis elemosinis in qualibet domo tunnellam ceruisie pauperibus in eis morantibus. Prescripti duo modii pisarum et X solidi et due top lini faciunt, quod plenarie sunt XX tremodii. Predictus[1] uero Nanno impignorauit dimidiam domum in fine apud forum consulibus proinde, quod pro prescriptis IIII^{or} mansis seruiet domino terre, donec proprietatem consules possint optinere.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 45. [1] Der letzte Satz ist getilgt. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. d. Wism. Stadtrechts, S. 40.

(1282.) Wismar. 1601.

Bertram Sustrate und Hilleward der Münzer zu Wismar bürgen für den Sohn des Lüdeke Schlick von Bremen.

Bertrammus Sustrate et Hillewardus monetarius promiserunt coniuncta manu pro XVł marcis pro puero Ludeconis Sclic de Brema ad manus videlicet

filio filie Johannis de Wetendorp. Hanc pecuniam dabunt anno domini MCCLXXXVI. predicto puero.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 46. — Die Eintragung ist getilgt.

(1282.) Wismar. 1602.

Hartwig von der Weser schenkt der Georgenkirche zu Wismar einen Theil seiner Worth zur Küsterwohnung.

Hartwicus de Wesere dedit sancto Georgio partem de area sua, super qua debet custos eiusdem ecclesie manere uel habitare, et ivrati sancti Georgii habebunt dictam aream in potestate sua, et milites Cristi nullam potestatem habebunt in ea.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 46. — Vgl. Bd. II, Nr. 1181.

(1282.) Wismar. 1603.

Testament des Wismarschen Rathmannes Werner von Zütphen.

In nomine domini. [Amen.] Ego Wernerus dictus de Sutfene, ciuis Wismariensis, do sloyfam me[am] vario opere subductam, valentem V marcas, ecclesie domine nostre sancte Marie in Wismaria post mortem meam, minoribus fratribus ibidem duas marcas denariorum ad edificia eorum, sancto Nicholao II marcas, ecclesie antique Wismarie VI marcas ad edificium, sancto Georgio I marcam, domui sancti Spiritus I marcam, hospitali I marcam. Dimidium horreum, quod michi pertinet, cum XXII agris in campo Dammenhusen habebunt Bertoldus filius meus et Nicholaus filius filie mee Aleydis; et dum dicto Nicholao date fuerint quinquaginta marce Lubicensium et XX marce slauicalium [denariorum], tunc pars Nicholai pertinet pueris meis equanimiter diuidenda. Ego etiam do filie mee uxori Hassonis et pueris ipsorum XX marcas inante, quas promiseram eis, dum irem versus Rigam; et hoc facio idcirco, vt Aleydis in tantum habeat, sicut filia mea uxor Nannonis de Crucoywe. Vnum centenum watmales dabitur pauperibus ad vestitum, et XVI solidos (!) pro calceis pauperibus. Pueris Henrici fratris mei scilicet domicellis, que adhuc sunt cum matre sua, dabuntur X marce de meis bonis. Jnsuper vxor mea Konegundis, si me superuixerit, leuabit vtensilia domus, que intulit, totaliter et L marcas, quas etiam intulit, et XXV marcas de meis bonis. Hereditas, in qua filius meus Bertoldus moratur, et domuncula ibi retro pertinebunt sibi. Cuilibet sacerdoti seculari in ciuitate Wismarie deo s[eruien]ti IIII^{or} solidi dabuntur. Jnsuper aream erga domum preconis et curiam meam sitam dedi filio filie [mee] Nicholao — — —.

Nach dem Entwurfe im Wism. Stadtb. B, auf einem Pergamentblatt an fol. 62 geheftet. Das übrige ist nicht lesbar, scheint aber eine Veränderung der Bestimmung über den Acker zu enthalten. — Werner von Zütphen, wie er nur hier genannt wird, ist eins mit W. Olrichs oder Heinrichs Bruder und W. in der Lübschen Strasse. Er kommt 1282 (B, p. 63) zuletzt vor.

(1282.) Wismar. 1604.

Degenhard, Bäcker zu Wismar, und seine Frau bestimmen ihren Nachlass halb dem H. Geiste und halb dem Hospital zu St. Jacob.

Thegenardus pistor in noua ciuitate et uxor eius taliter concordati et inter se arbitrati sunt, quod, quicumque ipsorum primo moritur, alter omnia bona eorum optinebit, ita tamen, si in Lubeke iustum fuerit. Quicquid uero ille, qui superuixerit, post mortem suam reliquerit, hoc dabitur domui sancti Spiritus dimidietas et hospitali dimidietas, quia amborum acquisita sunt bona.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 64.

(1282.) Wismar. 1605.

Gottfried, Pfarrer an der Georgenkirche zu Wismar, legt eine Summe Geldes bei den Vorstehern seiner Kirche nieder.

Dominus Godefridus plebanus sancti Georgi[i] in Wismaria prestitit ecclesie sue VI marcas Lubecensis monete et VII marcas slauicorum, quas, dum requisierit, procuratores eiusdem ecclesie, qui tunc, dum requisierit, presunt, absque vllo impedimento reddent sibi pecuniam prenotatam, uel si uenerit decimator curie Romane, dicti procuratores dabunt sibi pecuniam sepedictam. Jnsuper Bertoldus frater predicti domini Godefridi, si prefatus decimator uenerit, dabit ex parte fratris sui domini Henrici bone memorie XXIIII^{or} marcas slauicorum decimatori. Si uero decimator non uenerit, idem Bertoldus mittet prescriptas XXIIII^{or} marcas in terram sanctam scilicet Jherosolimitanam. Si autem Bertoldus met voluerit peregrinari in terram sanctam, dictos denarios poterit habere ad suas expensas.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 65. — Getilgt.

1282. Januar 7. Rostock. 1606.

Johann Noitin verkauft an Heinrich Steneke sein Erbe genannt zum Vogelsang auf dem Bruch zu Rostock.

Johannes Noytin vendidit Henrico Steneken hereditatem dictam ad Cantum Auium in palude, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 53ᵃ. — Auf derselben Seite wird ein Adolfus de Cantu Auium als Bürge für eine Frau Mechthild genannt. — Es ist bereits in Bd. II, zu Nr. 1135, die „domus cum grip" und die Familie „Grip" zu Rostock erwähnt. Vgl. Nr. 839 und 943. Andere Namen für dortige Häuser sind folgende. Stadtb. C, fol. 141, 1286: Heynricus Crispus obligauit Johanni Scermere redditus III marcarum pro XXVIII marcis in duabus hereditatibus, que dicuntur ad Cignum. — Oefter wird gegen Ende des 13. und im Anfange des 14. Jahrhunderts ein Erbe „Hemelrike" erwähnt (z. B. Stadtb. D, fol. 2); im Stadtb. 1324—1335, fol. 6ᵇ, heisst es: „domus uersus sanctam Katherinam, que quondam Homelriko vocabatur", aber die Familie, welche von diesem Erbe den Namen trug, war noch in Rostock, denn daselbst fol. 130 wird noch eine „Hemelrikesche" erwähnt. Daselbst fol. 96 (und in voraufgehenden Büchern) wird eine „hereditas iuxta fluuium, que Gronebof vocatur", berührt. — Ein Haus „Kycindewarnow" kommt z. B. 1332, im Lib. recognit. fol. 45, vor. — Ueber die area Luttekenborg (B, fol. 54ᵇ) vgl. Bd. II, Nr. 1139. — Stadtbuch D, fol. 43: Henricus barbitonsor posuit Johanni Crispo hereditatem suam Glashutten dictam (1292).

1282. Rostock. 1607.

Albrecht Bökeler verkauft dem Chirurgen Meister Rudolf ein Haus zu Rostock.

Albertus Bokeler vendidit magistro Rodolpho cyrurgico edificium totale, quod edificauerat super aream Euerardi Nicticoracis, et illud sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Sed pro censu dabit Euerardo singulis annis XXIIII solidos.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 53ᵃ. — Auch auf fol. 141 begegnet „Rodolfus medicus".

1282. Januar 11. 1608.

Barchil und Johann Sabekewitz (Sabik's Söhne) verzichten mit Zustimmung ihrer Söhne um 32 Mark auf alle Ansprüche an die Dörfer Garz und Caseburg, welche sie erhoben hatten, weil ihr Vater ihre Zustimmung zum Verkaufe derselben an das Kloster Dargun nicht eingeholt hatte.

Nos Barchil et Johannes fratres dicti Sabekeuiz omnibus hoc scriptum visuris notum esse volumus, quod nos de communi consensu filiorum nostrorum, Johannis videlicet et Pauli, Barchil et Bartholomei, Johannis et Zauist, et omnium coheredum nostrorum duas villas vno nomine Gardiz nuncupatas et Carseburch cum omnibus terminis suis ad nos iure hereditario deuolutas receptis triginta duabus marcis ecclesie beate virginis Marie in Dargun, Caminensis dyocesis, et fratribus ibidem iugiter deo famulantibus vendidimus et dedimus ob reuerenciam dei et gloriose virginis Marie in remissionem nostrorum peccatorum perpetuo possidendas. Sane predictas villas pater noster Sabik prelibatis fratribus pro octoginta marcis vendiderat, nostro consensu minime accedente. Postquam vero predicti fratres nobiscum amicabilem composicionem inierunt, predicta bona Gardiz videlicet et Carseburch libere resignauimus omni iure renunciantes, quod habuimus vel habere poteramus in bonis superius memoratis, ita quod nos vel successores nostri predictam ecclesiam pro sepedictis bonis de cetero numquam molestabimus

vel molestari ab aliquo faciemus. Preterea ad maiorem huius facti certitudinem domnus Borke, Johannes Romele, Vidant et Renbernus dictus de Wacholt vna nobiscum fide militari prestita firmiter promiserunt, quod supradicta composicio a nobis inuiolabiliter obseruetur. Jn cuius rei testimonium predicti milites ad peticionem nostram, quia sigillo caruimus, sigillis suis presentem paginam munierunt. Huius rei testes sunt: Hermannus Caminensis episcopus, Bughezlaus filius Barnym, Hildewardus abbas Dargunensis, Nicolaus de Godebuz, Wichardus, Nicolaus de Robele, monachi; Johannes et Jacobus filii Borke, Venzlaus Longus, Venceke frater Vidant, milites, Otto comes de Euersten, Conradus de Nymer, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M°CC°LXXX°II°, III° idus Januarii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin, in doppelter Ausfertigung, vielleicht weil in dem einen Exemplar radirt ist. An Schnüren von weissen leinenen Fäden hangen vier schildförmige Siegel:

1) im leeren Schildfelde zwei zum Raube anspringende Thiere, wie Wölfe, über einander, mit aufgerissenem Rachen und eingezogenem, langem Schwanze; Umschrift:

✠ SƏCRETVM . BORCONIS . DƏ . VRƏSSOV

2) ein schräg rechts getheilter Schild, in dem obern rechten Theile punktirt (schraffirt); Umschrift:

✠ S' IOHƎNNIS . ROMƏLƏ

3) ein quer getheilter Schild, die untere Hälfte geschacht, in der obern Hälfte ein laufendes, lang gestrecktes Thier; Umschrift:

✠ SIƏILLVM . VIDƎNTIS

4) im leeren Siegelfelde ein Widderkopf; Umschrift:

✠ S . RƏNBƏRN . .Ə . WƎƏ...T.

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 161. — Vgl. Bd. I, Nr. 542 und 579.

1282. Januar 14. Rostock. 1609.

Hermann Dugger wird in das Hospital zum H. Geist zu Rostock aufgenommen.

Notum sit, quod Hermannus Dugger tali conditione in domum sancti Spiritus est receptus. Contulit enim domui sancti Spiritus centum marcas, cum quibus debent emi redditus X marcarum, quas idem Hermannus debet habere per dies uite sue, et ille debent sibi dari quatuor anni temporibus, et eo mortuo apud domum sancti Spiritus remanebunt. Jnsuper pro prebenda ibidem contulit X marcas et omnia suppellectilia sua et vtensilia. Et si possibiliter pertractatus fuerit, omnia, que sibi superesse poterunt, apud eandem domum remanebunt; si autem possibiliter non fuerit pertractatus, suorum potens erit. Actum anno domini M°CC°LXXXII°, in die Felicis in Pincis, Henrico Milite eiusdem domus procuratore. Thidericus Subezin, Hermannus de Bilrebeke et Gherwinus de Lemhus tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 53°.

1282. Jan. 21. Wesenberg. 1610.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, schenkt dem Kloster Dobbertin das Eigenthum der Dörfer Schwarz und Zeten mit dem Patronatrechte und das Eigenthum des vom Ritter Wolter von Malchow erkauften Dorfes Diemitz mit den Diensten und der Gerichtsbarkeit.

In nomine domini. Amen. Nos Albertus dei gracia marchio Brandeburgensis omnibus in perpetuum. Nouerint vniuersi et singuli tam futuri temporis, quam presentis, quod ob reuerenciam domini nostri Jhesu Christi et sue pie matris Marie virginis gloriose ecclesie sanctimonialium in Dobertin, ordinis sancti Benedicti, proprietatem villarum Swertze et Zetim cum iure patronatus, ac eciam villam Dymiz, quam Wolterus dictus de Malchowe miles vendidit pro trecentis marcis denariorum ecclesie memorate, liberalitate propria donauimus perpetue possidendas, inserentes, vt dicta ecclesia fruatur in possessione villarum prehabitarum omni plenitudine iudicii secularis et perfecta gaudeat libertate, ab exactione qualibet precaria et quolibet seruicio omnino libera et exempta, nichil nobis in eisdem villis iuris seu seruicii [reserua]ntes. Volumus nichilominus, vt supradicta ecclesia Dobertinensis vtatur omni iurisdicione, videlicet s[iluis, pr]atis, paschuis, piscacionibus, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, vallibus et collibus, cum certis dictarum villarum terminis deputatis. Jn huius quidem rei euidenciam pleniorem presens scriptum fieri iuss[imus ex cert]a nostra sciencia et sigilli nostri munimine roborari. Testes vero huius rei sunt: nostri milites Helmir de Dromsone[1], Arnoldus [Ja]ghowe[2], Gheuehardus de Alvensleue, Hermannus de Boyster, Johannes de Croghe, Johannes de [K]umelose[3], Zabellus de Reddigstorp, Hinricus Soneke, Hinricus Misnere, Petrus de Wotenowe, Bernardus et Hinricus fratres de Peccatle, Fredericus Dargaz, et alii quam plures viri ydonei et honesti. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXII°. Datum Wesenbergh, XII° kalendas Februarii.

Nach einem Transsumpt des Fürsten Heinrich von Meklenburg, d. d. 1323, feria quarta post Oculi. [1] Helmoldus de Dreinleue? — Im Transsumpt: [2] ghowe. — [3] Numelose. — Abgedruckt bei Rudloff, Urkundenlieferung Nr. XXXIX, p. 107. — Vom Dorfe Zetim hat der Zethener See im S. des Schwartzer Sees noch den Namen. Auf der Schmettauschen Karte ist im S. des Sees eine „Dorfstetto" und weiter südlich die „wüste Feldmark Zeten" bezeichnet. — Vgl. die Note zu Bd. II, Nr. 1347.

1282. Jan. 27. 1611.

Johann, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Doberan die Scolenecken-Mühle zu Parchim.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. Cum lapsu temporis labi potest, quicquid

disponitur, nisi litterarum caucionibus et personarum testimoniis firmiter roboretur. Hinc est, quod tenore litterarum presencium notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos de mera voluntate et beneplacito omnium heredum nostrorum et de maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio libertatem et proprietatem cuiusdam molendini in ciuitate nostra Parchem siti, quod molendinum Scoleneken dicitur, cum censu et redditibus suis, qui redditus sunt decem chori et tres modii duplicis annone, una scilicet medietas brazii ordeacii, altera medietas siliginis, ad nos ex paterna hereditate pertinentibus, venerabili domino Seghebodoni abbati monasterii Doberanensis pro quadringentis marcis denariorum monete currentis in terra Rozstok vendidimus, ita ut fratres in dicto monasterio deo ac gloriose virgini Marie seruientes et deinceps seruituri de eodem molendino illam partem reddituum, que est brazii ordeacii, infra natiuitatem domini et dominicam, qua cantatur Esto michi, partem aliam, que est siliginis, infra festum pasche et pentecostes annis singulis sine more dispendio recipiant et percipiant perpetuo expedite. Ne autem super hac racionabili empcione sua dictis fratribus vlla in posterum generetur calumpnia, quod absit, presentem paginam plenius inde conscriptam sigilli nostri appensione fecimus communiri, testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: dominus Tidericus plebanus de Plawe, Martinus notarius noster, clerici; item dominus Prizbur, dominus Johannes Cosz, dominus Hermannus Cosz, milites; item Reynerus de Pothlest, armiger noster, Gerardus dictus de Lawe, burgensis in Rozstok, Johannes dictus de Brunswich, fidelis ac familiaris ecclesie Doberanensis, et alii quam plures diuersi generis homines, cum hec ordinarentur, astiterunt. Datum anno ab incarnacione verbi millesimo ducentesimo octogesimo secundo, sexto kalendas Februarii.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Parchim. Das wohl erhaltene Siegel an einem Strange von gelber Seide ist das zu Nr. 1347 abgebildete Siegel des Fürsten Johann. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1528; Schröder, P. M., S. 767—770, und Cleemann, Chron. v. Parch., S. 179.

1282. Febr. 4. Güstrow. 1612.

Bernhard, Fürst von Werle, verleihet dem Dom-Collegiat-Stift zu Güstrow das Eigenthum des Dorfes Prisannewitz mit der Mühle zu Lehnrecht.

Bernardus dei gracia dominus de Werle omnibus hoc scriptum uisuris salutem in eo, qui salubriter orbi prouidet uniuerso. Ex facili temporalis discedit accio, nisi firmata fuerit litteris et sigillo. Nosce ergo uolumus tam posteros, quam modernos, quod nos ad instanciam dilecti militis nostri domini Bernardi de Belin, necnon in honore sancti Johannis ewangeliste beateque Cecilie uirginis, patronorum Gustrowensis ecclesie, eidem ecclesie proprietatem uille dicte Plotzaneuitce cum situ terminorum suorum integraliter et molendino

ibidem, cum pratis et pascuis ac paludibus, cum aquis aquarumque decursibus, piscaturis, siluis ac noualibus, uiis et inuiis, cultis et incultis, secundum ius uasallorum nostrorum, quo predictus dominus Bernardus antea dictam uillam possederat, obtulimus et dedimus iure quieto ac pascifico in perpetuum possidendam, nullam nobis omnino potestatem mensurandi mansos uille pretacte sepius obseruantes. Uerum ne, quod sollempniter gessimus, euanescat, et ne possit a nostris posteris aliquatenus retractari, presentem paginam conscribi fecimus sigillique nostri appensione ac subscripcione testium perhennari. Acta sunt hec in choro prefate ecclesie, presentibus uiris uenerabilibus: domino Godefrido preposito, domino Conrado decano, domino Ot[tone] custode, domino Hernesto, domino Lamberto, domino Adam, domino Conrado, canonicis, et quam pluribus aliis clericis et uicariis ecclesie memorate; militibus quoque: domino Jo[hanne] de Dussin, domino Syfrido de Kercdorpe, domino Conrado Pren, domino Razslauo Stangke, domino Kaboldo, domino Bernardo de Belin et fratre suo domino Jo[hanne], anno domini M° CC° LXXX°II., secundo nonas Februarii.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XVI[b]. — Fragment gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 761.

1282. Febr. 17. Schwerin. 1613.

Hermann, Bischof, und das Dom-Capitel zu Schwerin, verkaufen dem Kloster Neuenkamp die in den Klostergütern in Anspruch genommenen bischöflichen Zehnten.

In nomine dei. Amen. Hermannus dei gracia episcopus, Symon decanus totu[m]que Zwerinensis ecclesie capitulum vniuersis Cristi fidelibus in perpetuum. Ea que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere; et ne in recidiue contencionis relabantur scrupulum, scriptis conuenit auctenticis roborari. Exorta siquidem inter nos, ex vna, et venerabilem in Cristo abbatem et conuentum monasterii Noui Campi, Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, ex parte altera, materia questionis super inpugnacione priuilegiorum ipsius monasterii quoad trecentos mansos decimarum ac super excrescenciis ultra trescentos mansos predictos infra terminos abbacie, in quibus et de quibus nobis ius decimarum conpetere dicebamus, extra terminos vero abbacie predicte super decimis ville Gherbodenhagen et quatuor mansorum, qui Salecowe dicuntur, duorum mansorum in Langendorp, duorum mansorum in Vlemingendorp, item super villis Bocholt, Wendeschen Barnekowe et Lendereshagen, quatuor mansorum in Drechowe, duorum mansorum in Lambrechtesdorp et vnius mansi in Stremelowe, denique super decimis ville slauicalis iuxta Techelin, villarum Stubbendorp, Cameniz et Cutzecowe, postremo eciam duorum mansorum in Vogelsanc, in quibus videlicet bonis sedecim mansorum cum dimidio decimas habuimus absolutas, in reliquis

autem ius et proprietas decimarum infeudatarum nobis conpetere videbatur: tandem predicto Symone decano, Mauricio scolastico, Richardo de Vrisac canonico et Wlrado preposito Butsoviensi, ad hoc a toto capitulo deputatis communiter, et aliis bonis viris mediantibus amicabiliter inter nos et predictos abbatem et conuentum conposicio interuen(er)it, talis videlicet, quod nos receptis ab eisdem abbate et conuentu mille et quingentis marcis denariorum vsualis monete, in vsus ecclesie nostre conuersis, ita quod de ipsis conparauimus septuaginta mansos in terra Butsowe cum omni iure et vtilitate, que bona fuerunt puerorum de Mankemos et de Ecsen, ad mensam episcopalem perpetuo pertinentes, et ab inpugnacione priuilegiorum predictorum omnino cessauimus, decernentes eadem perpetuo valitura, cessantes ab impeticione bonorum predictorum infra terminos, et ab actione bonorum aliorum extra terminos abbatie sitorum penitus recessimus, nullam eis in hiis moturi de cetero questione[m], concedentes et promittentes eisdem abbati et conuentui ac successoribus eorundem nostro nostrorumque successorum nomine, bonis omnibus supradictis libere vti eaque possidere pacifice et quiete cum omni vtilitate et fructu, et quicquid in bonis predictis hactenus accreuit eidem monasterio uel accrescere poterit in futurum, cum omnibus aliis bonis ab eisdem abbate et conuentu hactenus possessis; dantes plenam ac liberam potestatem eisdem ordinandi ac disponendi de vniuersis bonis ac decimis supradictis ad usus ipsius monasterii Noui Campi, prout eorum placu[er]it opcioni; renunciantes in hiis omnibus nostro et ecclesie nomine nostre exceptioni doli mali et actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum et exceptioni, quod predicta pecunia in vtilitatem ecclesie nostre non sit conuersa, omnibus litteris, priuilegiis et indulgenciis apostolicis contra predicta inpetratis aut inpetrandis, et omnibus aliis excepcionibus ac defensionibus omnique iuris aut legum auxilio canonici ac ciuilis. Jn cuius rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte sigillorum nostrorum appensionibus roborantur. Datum Zwerin, per manum Gherardi notarii nostri et canonici, anno domini M° CC. LXXXII°, feria tercia proxima post Valentini.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 36, aus einem im Stettiner Prov.-Archiv befindlichen Transsumpt vom Jahre 1309.

1282. Febr. 20. Rostock. 1614.

Johann, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Doberan die Mühle vor der Stadt Plau, stellt demselben die Erwerbung des Eigenthums frei und schenkt dem Kloster die zollfreie Versendung des Kornes aus den im Fürstenthume Werle erworbenen Mühlen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. Euanescit in breui actio temporalis, nisi fulciatur apicibus sigillatis. Hinc est, quod notum fieri cupimus per presentes

litteras vniuersis, quod nos de mera voluntate et communi beneplacito omnium heredum nostrorum et de maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio venerabili domino Seghebodoni abbati de Doberan molendinum ex integro iuxta menia ciuitatis Plawe situm eodem iure, libertate ac proprietate, sicut pater noster et nos possedimus ab antiquo, cum censu et redditibus suis, qui sunt tredecim chori et vnum punt duplicis annone, vna pars brazii ordeacei, altera vero medietas siliginis, vendidimus pro quingentis marcis denariorum XV marcis minus, ita ut singulis annis abbas, qui pro tempore fuerit in Doberan, per se uel per suos vnam partem dictorum reddituum in festo pasche accipiat, alteram medietatem in festo sancti Martini totaliter percepturus, exceptis tribus marcis denariorum, quas cuidam vasallo nostro Radeken dicto de Kerkdorp iure porreximus feodali; hoc adicientes, ne quis infra uel supra dictum molendinum ad mensuram vnius miliaris aliud molendinum exstruere habeat facultatem. Quodsi eciam ipsa Doberanensis ecclesia proprietatem hereditatis huius molendini sibi comparauerit quocumque modo, nullus de nostris dictum monasterium in ipso molendino quolibet genere exactionis seu inportune peticionis valeat infestare. Volumus nichilominus, ut omnis annona sepedicte ecclesie de molendinis in nostro domino constitutis, que a nobis emerunt, proueniens, quocumque deducenda fuerit, nisi alieni eam adhuc nondum deductam emerint, ab omni theloneo sit libera et inmunis. Ne autem huic nostre racionabili vendicioni seu empcioni aliquis heredum nostrorum ausu temerario audeat contraire, presentem paginam inde conscriptam ac sigillo nostro munitam ipsi ecclesie contulimus, testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: dominus Theodericus plebanus de Plawe, Martinus notarius noster, clerici; item dominus Nicolaus de Bruseuiz, dominus Johannes Cosz, dominus Hermannus Cosz, milites; item Reynerus de Potlest, armiger noster, Gerardus et Conradus dicti de Lawe et ciues in Rozstok, et Johannes fidelis ac familiaris ecclesie Doberanensis dictus de Bruneswich, et alii quam plures fide digni, cum hec ordinarentur, astiterunt. Acta sunt hec in ciuitate Rozstok, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, decimo kalendas Marcii.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einer Schnur von rother Seide hängt das wohl erhaltene Siegel des Fürsten Johann, abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1347. — Auf der Rückseite steht die nicht sehr viel jüngere, jedenfalls noch aus der ersten Hälfte des 14. Jahrh. stammende Registratur: „Antiquum priuilegium Dabranense super molendino in Plawe extra murum, quod habemus pro dimidia sartagine salis in Lunenburgh."

— Gedruckt in Jahrb. XVII, S. 277.

1282. Rostock. 1615.

Der Rath zu Rostock vom 22. Febr. 1282 bis dahin 1283.

Anno domini M° CC° LXXXII° consilio presidebant: Henricus Adolphi, Henricus Sapiens, Albertus Cerdo, Reyneco filius Reymberti, Ernestus, Herdherus,

Reyneco apud IIII rotas, Gherardus de Brema, Albertus de Cosvelde, Reyneco de Lawe, Volmarus, Ludeco Vot, Henricus de Cropelin, Albertus Spiscenaghel, Gherwinus, Henricus de Ore et Godescalcus.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 58.

1282. Rostock. 1616.

Einnahmen des Rathes zu Rostock.

Bramowe concessit ciuitati II ollas ponderatas et dimidium scippunt.

Ciuitas tenetur Henrico Frisoni C marcas et X, quas soluent Hermannus Lyse et Hermannus Echorn et Gotscalcus de noua ciuitate et Johannes de Lemhus in circumsicione domini ex parte ciuitatis.

Henricus Friso presentauit consulibus de bonis Seghefridi vnum ciphum argenteum, IIII scalas argenteas, IIII coclearia, vnam fibulam et vnum cingulum.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 58. — Die beiden ersten Sätze sind getilgt.

1282. Febr. 28. Salzwedel. 1617.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, schenkt der Stadt Friedland den Marktzoll daselbst.

Nos Albertus dei gratia Brandeburgensis marchio recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod dilectis nobis ciuibus in Vredelant ob ipsorum preclara merita, vt ipsius valeant amplius disponere comoda ciuitatis, eisdem ciuibus et ciuitati prehabite forense theloneum donauimus proprium perpetuo possidendum. Et ut nullum super premissis eisdem dubium oriatur et a nobis et nostris heredibus perpetuis temporibus inuiolabiliter et plenius obseruentur, presentem paginam scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari in euidens testimonium et memoriam sempiternam. Huius rei testes sunt: dominus Henricus dictus Spůle, dominus Guntherus de Reberg, dominus Otto de Walkenberg, dominus Fridericus de Osterwalde et Otto de Stargard tunc temporis aduocatus, et alii quam plurimi fide digni. Datum Saltwedele, anno domini millesimo ducentesimo LXXXII°, pridie kalendas Marcii.

Nach dem Original im Archive der Stadt Friedland. Von dem an einem aus der Charte geschnittenen Streifen hangenden Siegel des Markgrafen ist nur die obere Hälfte theilweise erhalten. — Vgl. Bd. II, zu Nr. 1555 und 1556. — Gedruckt bei Boll, Stargard I, S. 304, und früher bei Klüver II, S. 140, und Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. I, S. 154 und S. 490 (mit dem unrichtigen Datum: X. kal. Marcii).

1282. März 1. Doberan. 1618.

Sigebod, Abt zu Doberan, befreiet das Dorf Nienhagen (bei Doberan) von der Nachmessung der Aecker.

Uniuersis Christi fidelibus litteras presentes visuris frater Seghebode diuina miseratione abbas monasterii de Doberan salutem in domino sempiternam. Cum lapsu temporis labi potest, quicquid disponitur, nisi litterarum cautionibus fulciatur. Hinc est, quod nos, indempnitati ciuium nostrorum de Nyenhaghen prouidere cupientes et ipsos ab omni preseruare calumpnia, tenore presentium recognoscimus protestantes, quod agri dictorum ciuium de Nygenhaghen sub numero vndecim mansorum in terminis suis, siluis, pratis, pascuis, aquis, campis cultis et incultis, in uiis et semitis, quas hactenus habuerunt, perpetuo fixi remanere debebunt, numquam deinceps mensurandi, saluis tamen ecclesie Doberanensi omnibus, que in eadem indagine censu, decima et iure seu quibuscumque aliis modis ab antiquo dinoscitur habuisse. Jn cuius rei testimonium presens ipsis scriptum contulimus nostro sigillo munitum, testibus annotatis, qui sunt: Conradus prior noster, Ludolfus magister operis, Conradus cellerarius, Wlfardus magister hospitum, Conradus camerarius, isti officiales et monachi de Doberan; item dominus Wernerus de Blysecowe miles, et dominus Bertoldus de Jork miles, et alii quam plures fide digni. Datum Doberan, anno ab incarnatione dominica millesimo ducentesimo octogesimo secundo, kalendas Marcii.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An gelben seidenen Fäden hängt das parabolische Siegel. Es zeigt das Bild eines Abtes mit dem Stabe in der Rechten, die Linke scheint ein Buch gegen die Brust zu drücken; zur Rechten und zur Linken steht ein Stern. Die Umschrift lautet:

✠ SIGILLVM ABB[A].I[S] .. DOBRR.N

1282. März 9. Roeskilde. 1619.

Erich, König von Dänemark, verschreibt, nachdem die Prinzessin Margarete, Tochter des Prinzen Abel von Dänemark, in das Kloster Zarrentin gegangen ist, den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin für die auf dieselben vererbten und von ihnen an den König verkauften Güter der Prinzessin 800 Mark Silbers.

Ericus dei gracia Danorum Slauorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem in vero salutari. Noueritis, quod, cum nuncii nobilium virorum dominorum Helmoldi et Nicholai comitum Swerinensium, consanguineorum nostrorum dilectorum, ad nos venerint et litteras patentes venerabilis patris domini Vlrici Rasceburgensis episcopi necnon abbatisse et conuentus de Zarntin nobis

presentauerint, continentes, quod domicella Margareta, filia domicelli Abel quondam consanguinei nostri dilecti, religionem intrauit et habitum religionis assumpsit, nos ipsis nunciis pro bonis ipsius domicelle ad ipsos comites iure hereditario deuolutis et nobis per ipsos venditis et scotatis presentabimus et assignabimus nomine dictorum comitum quadringentas marchas puri argenti, et alias quadringentas marchas argenti in festo beati Martini hyemalis nunc instanti ipsis comitibus uel eorum certis nunciis sine protractione qualibet curabimus persoluere et assignare. Et vt hec rata permaneant, promiserunt pro nobis: domicellus Bernardus dominus de Werle, et domini milites: Tuuo quondam dapifer, P. dapifer noster, Johannes de Cernin, Syfridus de Kerkaethorph, Nicholaus de Brusaewithz, Nicholaus Foos et Hencae de Loo. Si vero predictum argentum forsan in predictis terminis persolutum non fuerit, ipse domicellus Bernardus cum suis militibus Rostok, et alii milites nostri Roskild'. intrabunt, de predictis locis non exituri, antequam sepedictum argentum fuerit persolutum, nisi optenta voluntate comitum predictorum; et si aliquem de ipsis militibus medio tempore contigerit mori, nos alium eque bonum et dignum loco ipsius curabimus subrogare. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Roskildis, anno domini M° CC° octogesimo secundo, in secunda feria post dominicam medie quadragesime.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein kleiner Mitteltheil von dem Doppelsiegel des Königs Erich Glipping von Dänemark, wie es bei Torkelin, Dipl. Arna-Magn. I, Taf. II, Nr. 8, abgebildet ist. — Das Verwandschaftsverhältniss der Prinzessin Margarete zu den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin geht aus folgender abgekürzter Tabelle (nach Königsfeldt: Genealogisk-historiske Tabeller etc., Kiöbenhavn, 1856, Tab. 3) hervor:



Da Prinz Abel nur die eine Tochter, Margarete, hinterlassen hatte, so war deren Cousine Margarete, Gemahlin des Grafen Helmold von Schwerin, bei welcher sie sich vielleicht aufhielt, wohl deren Miterbin, als sie in das Kloster ging. — Früher ist diese Margarete für eine Tochter des Grafen Gunzelin IV. von Schwerin gehalten (vgl. Rudloff M. G. II, 1, S. 67), da Helmold und Nicolaus sie in der Urkunde vom 18. Sept. 1282 „neptis nostra dilecta" nennen; aber „neptis" muss ganz allgemein durch „nahe Verwandte" übersetzt werden, was in jüngeren Zeiten durch „vedderke", d. h. Cousine, bezeichnet wird. — Die Urkunde vom 18. Sept. 1282 hängt ohne Zweifel mit dem Eintritte der Prinzessin in das Kloster

und deren Erbschaftsordnung zusammen. — Am 5. April 1319 bestätigte der Graf Nicolaus die Bestimmung vom 18. Sept. 1282 fast mit denselben Worten, bestimmte aber die Einkünfte des Gutes Victow auch für die Bedürfnisse seiner Töchter im Kloster.

1282. März 25. Ratzeburg. 1620.

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, gibt mit seinem Dom-Capitel den Vicaren der Wullenpunt-Kapelle im Dome zu Lübek die Zehnten von den Dörfern Warnekow und Bleese im Lande Gadebusch um 60 Mk. zu Lehn.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ulricus dei gracia episcopus, H. prepositus, C. prior totumque capitulum ecclesie Raceburgensis vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino Jhesv Christo. Quod vnanimi consensu uerbo et facto egimus, hoc decreuimus perpetue firmitatis robore et priuilegii patrocinio stabilire. Noueritis itaque, quod nos meliora prospicientes, et quod a laycis ab antiquo de facto, non de iure detentum est, ad vsum ecclesiasticum reuocantes, consentimus et ratum habemus, quod ecclesia Lubicensis ad opus et sustentationem vicariorum capelle Hinrici Wllenpunt in honore apostolorum Phylippi et Jacobi consecrate integras decimas, et agrarias et animalium, duarum villarum videlicet Warnecowe et Baleise in terra Godebuz sitarum, nostre dyocesis, de manu recepit layci Godefridi militis dicti de Bulowe, que decime domino Magnopolensi et dicto militi in feodum perpetuo et antiquitus fuerant tradite et concesse, et easdem conferimus et transferimus in ecclesiam Lubicensem. Pro quarum recompensatione prefati vicarii Lubicenses nobis dederunt sexaginta marcas pecunie numerate, et nichilominus ipsi vicarii et successores eorum a futuris pontificibus ecclesie nostre in beneficio recipient decimas memoratas. Et uocabuntur in signum recognitionis eorumdem curie capellani, memoriam nostri in canone singularum missarum, quas celebrauerint, habituri post nostrum obitum inter mortuos, et quoad uixerimus, inter uiuos. Vt autem omnis calumpnie scrupulus successiuis temporibus amputetur, et ne contra hanc consensus nostri, ratihabitionis et donationis nostre formam aliquis in posterum ausu temerario sinistri quicquam machinari presumat, presentem paginam scribi et sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Hinricus de Brandenburg, dominus Hildebrandus ecclesie Raceburgensis custos et ceteri eiusdem ecclesie canonici; Reddagus, Tetlews de Parkentin, Hartwicus de Ritzerowe, Hinricus de Crumesse, milites; Bertrammus Stalbuch, Hildebrandus de Molne, burgenses ciuitatis Lubicensis, et alii quam plures fide digni. Datum in choro Raceburgensis ecclesie cathedralis, per manum Hinrici notarii nostri, anno gracie M° C° C° LXXXII°, in die annunciationis domini, pontificatus nostri anno XXV°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind zwei Schnüre von grüner und rother Seide, von denen die erste das Siegel ganz verloren hat; an der zweiten hängt das dritte Siegel des Ratzeburger Dom-Capitels aus weissem Wachs, wie es zu der Urkunde Nr. 1594 abgebildet ist.

Auf der Rückseite steht eine Registratur aus dem 14. Jahrhundert:

„Vicarii Wllenpunt in maiori ecclesia habent decimas in villis Baleyse et Warnekowe",

und eine Registratur aus dem Ende des 15. Jahrhunderts:

"Super decimis in Baleyse etc. ad vicariam Wullenpundes pertinentibus etc."

— Vgl. Bd. I, Nr. 543 und 572.

1282. (Ende März.) Rostock. 1621.

Engelbrecht Boltesberg schuldet dem Volmar von Kosfeld aus seinem Erbe zu Rostock einen Grundzins, hat aber das Vorkaufsrecht desselben.

Recognouit Engelbertus Boltesbergh, quod Volmarus de Cosvelde habeat in hereditate sua integrali apud cimiterium sancti Jacobi, tam parua quam maiori, sicut ibi stat totaliter, singulis annis III marcas census arealis perpetuo, qui census incepit anno domini M° CC° LXXXII°, in natiuitate domini. Si autem Volmarus dictum censum arealem vendere uoluerit, ipsum Engelberto primo exhibebit, et dictus E[ngelbertus] pro tot habebit denariis, pro quot alius ipsum uoluerit comparare. Reyneco apud IIII rotas, Ludeco Vot et Gherardus de Brema tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 56. — Vgl. die Note zu Bd. II, Nr. 1516.

1282. (Mitte Apr.) Rostock. 1622.

Reimbert, Reimberts Sohn, überträgt Seitens seiner Schwester das neben der Badstube auf der Altstadt zu Rostok belegene Erbe an Jacob von Malchow.

Dominus Reimbertus filius Reimberti resignauit ex parte sororis sue domine Talen Jacobo de Malechowe hereditatem apud stupam in antiqua ciuitate. Ernestus, Albertus de Cosvelde et Ludeco Vot tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 57.

1282. Apr. 15. Schwerin. 1623.

Das Dom-Capitel zu Schwerin verkauft den Testaments-Vollstreckern des Decans Albrecht 4 Hufen zu Gr.-Medwege, welche zum Theil für die von jenem im Dome gestiftete Vicarei bestimmt sind.

Des Capitulss zu Zweryn brieff, das die executores des testaments Alberti, ihres Decani seligen, von ihnen erkaufft haben vier hufen zu grossen Medewede

vor Hundert vnd sechtzig Mk. lub., dauon drittehalbe hufe zur vicarien gelegt, so vorgenanter Decanus in der Kirchen zu Schwerin gestifftet. Von den vbrigen anderthalben wollen sie auch nach gelegenheit dissponiren. Datum Zweryn, XVII. kalendas Maii, 1282.

Nach Clandrian, Protoc., fol. 13b. — Vgl. unten 1285, März 16.

1282. Apr. 20. Demmin. 1624.

Johann von Appeldorn nimmt das Gericht bis zu 60 Schillingen über sechs Hufen in Plötz (in Vorpommern), zur Beilegung der darüber entstandenen Streitigkeiten, von dem Kloster Dargun auf Lebenszeit zu Lehn.

Ego Johannes dictus de Appeldhorne vniuersis hanc litteram uisuris protestor, quod discordia, que fuit inter ecclesiam Dargun, ex vna, et me, ex parte altera, super iudicio VI mansorum in Plosseke, quos pater meus eidem ecclesie in elemosinam assignauit, coram castellanis Dyminensibus taliter est sedata. Judicium dictorum mansorum sub homagio recepi ab ecclesia prefata ad tempora vite mee, ita quod ultra LXa solidos in ipso iudicio nichil michi debeam uendicare, hoc etiam addito, quod iudicium illud nulli uendere debeam, nec aliquo modo alienare ab ecclesia Dargunensi, sed post obitum meum nullo heredum meorum obstante ad ecclesiam dictam libere redibunt. Preterea tenore presencium recognosco, quod ecclesiam Dargunensem pro supradictis VI mansis cum terminis suis, quos usque ad hanc diem habuerunt, nunquam per me vel per aliquem heredum meorum debeam molestare. Jn cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo et castellanorum Dyminensium, qui huic facto intererant, sigillatam ecclesie confero supradicte. Testes horum sunt: Hilduardus abbas Dargunensis, Jo. de Sucowe, H. de Robele, monachi; H. Vrsus, Tidericus de Campo, Jo. de Erteneburg, Jo. de Gramsowe, H. Vulpes, Jo. Heydebrake, H. Wacholt. Datum Dymin, anno gracie M° CC° LXXXII°, IIa feria post dominicam Jubilate.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An weissen leinenen Fäden hängt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel, auf dessen gegittertem Felde drei kurze, breite Dolche liegen, mit den Griffen in den Ecken stehend, mit den Spitzen in der Mitte des Schildes zusammenstossend. Umschrift:

S' * IO . . . . . AP . . LDORNG

Für mehr Siegel sind keine Löcher in die Charte geschnitten. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 163, und Lisch, Urk. d. Geschl. Bohr I, B, S. 154.



1282. Apr. 25. Rostock. 1625.

Heinrich Frese legt Rechnung ab über die Verwaltung von Vormundschaftsgeldern.

Anno domini M° CC° LXXXII°, in die Marci, computationem fecit Henricus Friso cum Seghefrido filio Johannis, cuius tutor est, de quatuor annis et de vniuersis bonis, que recepit, et pecunia. Debitis eiusdem Johannis persolutis et elemosinis erogatis, manet idem H. Friso memorato S[eghefrido] L marcas[1]. Et sic ab eodem S[eghefrido] uel amicis suis contra dictum H. Frisonem nulla actio fieri debet uel poterit, sed totalis causa est inter eos integraliter terminata. Actum coram tutoribus prefati S[eghefridi] et consulibus vniuersis, videlicet: Henrico Adolphi, Henrico Sapiente, Alberto Cerdone, Ernesto, Reymberto filio Reymberti, Henrico de Cropelin, Herdhero, Alberto de Cosvelde, Reynero apud quatuor rotas, Alberto Spicenaghel, Gherardo de Brema, Ludolpho Pede, Reynero de Lawe, Gherwino de Lemhus, Volmaro de Cosvelde, Henrico de Ore, Godescalco.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 66. — [1] Die Worte: „manet — marcas" sind durchstrichen.

1282. Rostock. 1626.

Heinrich, Oelgard's Sohn, verkauft an Gerhard von Güstrow den achten Theil der Mühle bei dem Judenkirchhofe vor Rostock.

Henricus filius Olgardis vendidit Gherardo de Gustrowe illam octauam partem, quam habuit in molendino iuxta cimiterium Judeorum, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Ernestus, Albertus de Cosvelde et Ludeco Vot tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 66[b]. — Die Bezeichnung „Mühle bei dem Judenkirchhofe" kommt in den Rostocker Stadtbüchern hier zuerst vor, nachdem die Stadt 1279 den Juden einen Begräbnissplatz vor der Stadt überlassen hatte (Bd. II, Nr. 1508). Nach Stadtbuch D, fol. 8, gab es bei dem Judenkirchhofe zwei Mühlen (1289, Dec. 24: „Ciuitas vendidit Borchardo de foro X marcharum redditus pro centum marcis in duobus molendinis iuxta cimiterium Judeorum sitis" etc.); in Nr. 1626 ist aber ohne Zweifel „molendinum proximum cimiterio Judeorum" (Urk. vom 27. Febr. 1286) gemeint, wie überall, wo schlechtweg von der „Mühle bei dem Judenkirchhofe" die Rede ist. Diese lag vor dem Kröpeliner Thore nach folgenden Stellen: 1280 (Stadtbuch C, fol. 35): „Medietas molendini, quod iacet ante valuam Cropelin, est Henrici molendinarii, et insuper octaua pars". — 1281 (fol. 42): „Johannes et Bertrammus (vgl. unten 1293) vendiderunt Gherardo de Guztrowe quartam partem molendini Olgardis, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauerunt. Thydericus Subecin et Nycolaus de Molendino tabule presidebant". — 1282 (fol. 68): „Henoe vir Olgardis vendidit Gherardo de Gustrowe octauam partem molendini sui et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Et sic medietas dicti molendini est Gherardi, medietas uero Henrici". — Es war damals eine andere Mühle vor dem Kröpeliner Thore auch in Besitze eines Müllers „Heinrich" („Henricus de Campo impignorauit Ludolpho Albo et Gherlaco molendinario dimidium molendinum suum ante portam Cropelin [hinter dem Köpkenberge?] pro XX marcis singulis annis, quas pro eo annis singulis promiserunt in dammone", Stadtbuch A, Heft 5, Lage 2, fol. 10, zum J. 1281); aber jene Achtelantheile

lassen nicht zweifeln, dass jene Stellen immer von der Mühle bei dem Judenkirchhofe reden. Vgl. Stadtbuch A, Heft 5, Lage 2, fol. 9—1280 oder 1281 —: „Henricus Olgardis vendidit Timmoni Stencken I marcam singulis annis in molendino suo, et quandocunque reemere voluerit, bene potest". Sie lag ohne Zweifel am Abflusse des Vögenteiches, wo heutiges Tages die Stampfmühle liegt. Denn nachdem 1284 Gerhard von Güstrow seinen halben Antheil an Bumann verkauft hatte (Stadtbuch C, fol. 78: „Gherardus de Gustrowe vendidit Henrico Boyman medietatem molendini, quod fuerat Olgardis, et sibi coram consilio rationabiliter resignauit"), ging sie 1301 ganz auf Johann Vöge über, dessen Name sich in der Benennung jenes (jetzt abgelassenen) Teiches erhalten hat. (Stadtbuch 1295—1304, fol. 142b, zum J. 1301: „Henricus Buman vendidit Johanni Vogen edificium molendini iuxta cimiterium Judeorum. Vgl. unten 1293.) — Da diese Mühle schon vor dem Jahre 1286 vor dem Rostocker Rathe aufgelassen wurde, so muss der Kauf derselben in der Urkunde vom 27. Febr. 1286 entweder nur die Erwerbung zu Stadtrecht und die Ablösung von Pächten für die Landesherrschaft bedeuten, oder, da von fürstlicher Belehnung in den obigen Stellen nicht die Rede ist, zur Abwendung erhobener oder erwarteter fürstlicher Ansprüche gedient haben. — Vgl. noch die Note über die „Pepermole" unten zum J. 1284 (Juni).

1282. Apr. 27. Schwerin. 1627.

Helmold, Graf von Schwerin, verleiht dem Dome zu Schwerin das Eigenthum von 3 Hufen zu Davermoor (Gottesgabe), mit denen der Ritter Ludolf Maltzan eine Vicarei gestiftet hat.

Nos Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis omnibus hoc audientibus in perpetuum. Nisi ea, que in statu solido persistere debent, scripturarum remediis continentur, decursus temporum posteritati dubitacionis scrupulum et oblivionis caliginem introducit. Hinc est, quod tam presentibus, quam futuris cupimus esse notum, quod ob fidem et grata servitia, que strenuus miles dominus Ludolphus quondam dictus Molsan progenitoribus nostris ac nobis dignoscitur sepius indefessa solicitudine utiliter impendisse, proprietatem trium mansorum in villa Davermor ad instanciam ipsius ecclesie sancte Marie sanctique Johannis in Zwerin libere contulimus perpetuo possidendam, cum omnibus proventibus et redditibus eorundem, quibus dotavit vicariam per ipsum factam adhibito consensu heredum suorum in ecclesia prelibata. Cultores vero dictorum mansorum ad defensionem terre et ad servitium, quod borchwerk dicitur, et ad omnia iura nostra cum ceteris vasallorum nostrorum hominibus tenebuntur. Testes huius sunt: dominus Ulricus Ulnach[1], dominus Gherhardus de Exen, dominus Johannes de Kampece[2], dominus Fredericus dictus Moltzan, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Ut autem hoc factum nostrum voluntarium firmum et inconvulsum perpetuo perseveret et a nostris successoribus nullatenus infringatur, hanc paginam conscribi et sigilli nostri munimine precepimus roborari. Datum Zweryn, anno domini M. CC. LXXXII., quinto kal. Maii.

Nach Rudloff, Urkunden-Lieferung, S. 109, aus der Behrschen Urkunden-Sammlung; nach Rudloff auch gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 52. — Das Original scheint verloren gegangen zu sein; Clandrian hat es in seinem Protocolle nicht mehr registrirt. — [1] In „Ulricus Ulnach", der sonst nicht bekannt ist, vermuthet Lisch (a. a. O.): „Ulricus de Bluchor", und setzt, weil [2] „Johannes de Kampece" sonst

unter den Zeugen in den Urkunden der Grafen von Schwerin nicht genannt wird, für diesen Namen: „Joh. de Dambeke". — Wenn „de Kampoco" richtig ist, so wird Johann diesen Namen von dem in der Grafschaft Schwerin, im Kirchspiele Zittow, belegenen Dorfe Cambs tragen. — Da der Ritter Ludolf Maltzan noch später (vgl. 1283, Juni 13) lebte, so muss, wie Lisch a. a. O. bemerkt, entweder das Datum obiger Urkunde nicht richtig überliefert sein, oder man muss „quondam" zu „grata seruitia — impendisse" ziehen. — An „Davermor" erinnert noch das „Dabelmoor", welches auf der Schmettauschen Charte in der Feldmark von Gottesgabe angegeben ist. Vgl. Lisch in Jahrb. XV, S. 57, 65, 181, und XX, S. 242 und 269.

1282. Mai 6. Rostock. 1628.

Die Stadt Rostock überweiset der Pfarre zu Bistow eine halbe Hufe Landes für eine bisher geleistete jährliche Abgabe von 1 Mark.

Sciant vniuersi, quod ciuitas Roztoc emit hereditatem dimidii mansi ad dotem Bistove pro marca illa, quam dicta ciuitas plebano ibidem daro solebat, et sic eadem ciuitas ab omni impetitione, que super solutione prefate marce potest fieri, libera est perpetuo et soluta. Huius rei testes sunt: dominus noster dominus Woldemarus dominus de Roztoc, Albertus memorate ville plebanus, Johannes viceplebanus ibidem; consilio presidentibus: Henrico filio Adolphi, Henrico Sapiente, Alberto Cerdone, Henrico de Cropelin, Ernesto, Reymberto filio Reymberti, Alberto de Cosvelde, Herdhero, Volmaro, Gherardo de Brema, Reynero de Lawe, Alberto Spiccenaghel, Reynero apud quatuor rotas, Ludolpho Pede, Gherwino, Henrico de Ore et Godescalco. Actum anno domini M° CC° LXXXII°, Johannis ante portam Latinam.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 69.

1282. Mai 27. Camin. 1629.

Hermann, Bischof von Camin, bestätigt dem Kloster Dargun sämmtliche Zehnten, Patronate und Güter, die dasselbe von seinem Bisthume hat.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Sollicitudo omnium episcoporum ex officio sibi assumpto requirit, viris religiosis sic consulere, sic prouidere, vt in eis laus diuina, cui nocte diuque debent insistere, non tepescat, et ut proprietatem, quam habent in decimis, iusta donacione et vera confirmacione possideant, quia, vbi iusticia et veritas, ibi deus, et vbi deus, ibi habundancia omnis boni. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos quorundam suggestione inducti suspicione mouebamur de priuilegiis, que fratres monasterii

Dargunensis, Cysterciensis ordinis, Caminensis dyocesis, habent super decimis suis. Certificari ergo volentes de his, accessimus ad ipsum locum Dargun personaliter, supplicantes domino abbati, qui tunc pro tempore fuit, vt nobis priuilegiorum suorum, que habet ab ecclesia Caminensi, copiam prestaret; quod et ipse fecit, voluntati nostre in hoc grato occurrens consensu. Assumptis igitur viris discretis Wizlauuo videlicet preposito in Berensten, magistro Gerhardo scolastico, Hinrico preposito Stetinensi, canonicis Caminensibus, et magistro Johanne notario nostro, canonico Colbergensi, priuilegia illa legimus, perspeximus et examinauimus studiosius, nichil inuenientes in eis, nisi quod fratres iam dicti monasterii decimas suas bona fide et iusto tytulo possidebant. Ut autem in posterum non eis sit necesse super aliqua suspicione alicui successorum nostrorum priuilegia sua ostendere, omnes donaciones decimarum, quas habent ab antecessoribus nostris et a nobis, sicuti in priuilegiis eorum plenius didicimus, in presenti cedula subnotari fecimus, vt hanc litteram loco omnium priuilegiorum suorum possint offerre, si in futurum fuerint requisiti. Hee autem sunt donaciones venerabilium in Christo patrum antecessorum nostrorum felicis recordacionis et nostre. Epyschopus Sygguwinus cum consensu capituli sui contulit eis decimas villarum subscriptarum cum terminis suis: Clobezowe et Wigun, que nunc redacte sunt in grangiam, que Wigun dicitur, insuper et Dolgelin, ecclesiam eciam Polechowe cum decima ipsius ville, et decimas villarum, que ad ipsum locum Dargun pertinebant ab antiquo, videlicet Dargun, Rokeniz, Kusiz et iterum Kusiz, que uille redacte sunt in granglam Kusiz nominatam, insuper Glasowe et Dam, Dobermoizel, quod alio nomine Broderesdorpe nominatur, et Penekowe. Episcopus Conradus cum consensu capituli sui contulit eis decimas istarum villarum cum terminis suis: Bralin, Pynnowe, Golesowe et Dukowe; confirmauit eciam eis decimam villarum Caulin et Cantem, que ad ecclesiam Leuyn pertinebant, sed spoliata eisdem recuperare non poterat, secundum quod in priuilegio super hoc confecto plenius comprobatur. Item contulit eis ius patronatus, quod bannum siue ius synodale vocamus, in ecclesiis eorum nostre dyocesis, videlicet Kalant, Rokeniz, Dukowe, Polechowe, et non solum in constructis, verum eciam in construendis. Dedit eciam eis decimas de villis subnotatis: videlicet Chilowe, Beniz, Slutowe, Cusserowe, Warsowe, Jaresowe, quod alio nomine Cowalz dicitur, et trium mansorum in Nutsekowe, vnius in Bresene; preterea confirmauit ecclesie Polekowe decimam duarum villarum Beliz et Woldesowe, ecclesie eciam Rokeniz decimam ville Karnese. Episcopus Wilhelmus cum consensu capituli sui contulit eis decimam ville Ratenowe cum terminis suis. Nos autem cum consensu capituli nostri vendidimus sepedicti monasterii fratribus villam Vnerese cum fundo et integra decima et omni iure, quod in ea habuimus, et proprietatem decime, quam habuimus Karseburch cum duabus villis vno nomine videlicet Gardiz nuncupatis, cum omni iure perpetuo possidendam; proprietatem eciam fundi ville Nesin cum terminis suis.

Contulimus eciam eis decimam ville Pribegnewe et duarum villarum Walkendorp et Stechowe. Confirmauimus eciam eis ius patronatus ecclesie in Leuyn. Donauimus eciam eis decimam Scerpsowe et Warenscin et decimam tredecim mansorum in Cethemin, duorum in Madesin, trium in Doliz, duorum in Droneviz, proprietatem eciam villarum Cethemin, Ratenowe et insule Rucenwerdere cum omni iure et terminis suis, decimam eciam villarum Dargebant et Tessekowe, quod alio nomine Noua Villa dicitur, et decimam duodecim mansorum in Startzowe, sex in Plozeke, quatuor in Teusin, quatuor in Bronsowe, duorum in Conerowe, vnius in Leuyn et vnius in Butdesowe. Confirmauimus eciam eis cum consensu capituli nostri, sicut dominus Gwido cardinalis eis confirmauit, quod, cum ecclesia Leuyn vacaret, licite possent de redditibus eiusdem ecclesie tollere viginti tremodios annuatim ad fabricam ecclesie sue, quia propter hoc ipsum Borewinus dominus de Rozstok contulit monasterio Dargunensi predicte ecclesie patronatum. Decimam eciam villule Moizeliz, que redacta est in grangiam, que Chilowe dicitur, quam non habebant expresso nomine Moizeliz, et decimam duorum mansorum in Grabene, quos mansos miles dictus Moltsan dedit eis in restaurum terminorum, quos abstulerat eis de villa Scerpsowe; decimam eciam quatuor mansorum in Wittenwerdere ipsis fratribus in Dargun presentibus confirmamus. Omnes igitur has donaciones antecessorum nostrorum ac nostras superius expressas de pleno consensu capituli nostri presentibus stabilimus et confirmamus secundum terminos villarum, quos habent in priuilegiis eorum annotatos, vel secundum quod homines habitantes in villis predictis volunt terminos villarum sacrosanctis tactis reliquiis optinere. Sane ut omnia iuste et rite fiant et bono fine concludantur, clementer ignoscimus, si temporibus antecessorum nostrorum ac nostris fratres predicti monasterii de decimis nostris aliquid tulerunt et acceperunt, antequam donaciones et confirmaciones habuerunt decimarum. Nulli ergo omnino vmquam hominum liceat huic littere contraire vel contradicere, presertim cum a nobis studiosa examinacione priuilegiorum fratrum prefati monasterii et magna diligencia sit confecta. Quicunque vero contraire vel contradicere attemptauerit, sciat se indignacionem dei omnipotentis et gloriose virginis matris eius Marie incurrere, quorum organa laudes eorum indesinenter modulancia nititur, non ductus iusticia, sed sola auaricia, perturbare. Ut igitur hec nostra decimarum confirmacio a cuiuslibet astucia vel iniqua doli machinacione iugiter illibata permaneat et intacta, presentem litteram exinde conscriptam damus ipsis fratribus in Dargun sigillis nostro videlicet et ecclesie nostre communitam. Testes horum sunt: Johannes decanus, Hinricus custos, Witzlauus, Gerhardus scolasticus, Hinricus prepositus Stetinensis, Mauricius, Johannes de Warburch, Bernardus, Caminensis ecclesie canonici, et magister Johannes notarius noster, canonicus Colbergensis. Datum Camin, anno domini M° CC° LXXX° II°, VI° kalendas Junii, indictione X^a^, epacta IX^a^, concurrente III^a^, cyclo lunari X°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von rother Seide hangen zwei runde Siegel von grünem Wachs: das Siegel des Bischofs Hermann, wie es in Bd. II, zur Urkunde Nr. 799, und das Siegel des Dom-Capitels, wie es in Bd. II, zu Nr. 1245, beschrieben ist. Ein zweites Exemplar der Urkunde ist auf ganz gleiche Weise ausgefertigt. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 164; Maltzan. Urk. I, S. 54.

1282. Mai 29. Treptow. 1630.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt der Stadt Stavenhagen die Stadtfeldmark, das Lübische Recht und Zollfreiheit in seinen Landen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Buguzlaus dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam mens hominis est obliu[i]osa et genus humanum mortale, necesse est, ut acta principum sub decursu temporis ordinata dictis testium et scriptis autenticis adeo perhennentur, vt in ipsis in perpetuum veritas elucescat. Quam ob causam noscere debet deuota natio fidelium et felix successio futurorum, quod nos de consensu dilectorum fratrum nostrorum Barnim et Ottonis omnem iusticiam, libertatem, quam habuit ciuitas nostra Stouenhagen et dilecti burgenses nostri dicte ciuitatis a dilecto consanguineo nostro domino Warzlawo duce Diminense et domino Barnim karissimo patre nostro bone memorie a primo fundacionis eius tempore, in hiis scriptis duximus innouandam, et singula, que dicti progenitores nostri dicte dederant ciuitati, ipsi ciuitati et burgensibus nichilominus condonamus, cupientes, vt per ea ampliori proficiat incremento. Videlicet septuaginta mansos et vnum mansum terre colibilis et incolibilis dicte donauimus ciuitati, prout habuit ab antiquis. Jnsuper prata, pascua, siluas, nemora, vsus graminum, aquas, stagna, riuos, aquarum decursus, vsuagia, pedagia, piscationes, venationes, cum molendinis construendis, salinis, ferrifodinis, cum agris cultis pariter et incultis, cum vtilitate et prouentu et qualibet libertate, et breuiter omni iure, sicut infra terminos ciuitatis continentur, dicte dedimus ciuitati. Termini vero dicte ciuitatis protenduntur a monte Clokowe per longitudinem paludis directe usque ad locum, qui dicitur Snouekerode, et deinde usque Lysekamere, et ab illo loco directe usque ad sepulchrum gigantis, et sic per medium paludis Mosbrok, et per medium riuuli eius usque ad stagnum Grabene, et abhinc usque ad terminos claustri Juenak lineariter et directe. Preterea ciuitas antedicta perfruetur iure Lubycensi, quo Dymin et Trebetowe perfruuntur, nostre alie ciuitates. Et dictam ciuitatem et burgenses eiusdem in omnibus tenebimur tamquam alias nostras ciuitates defensare et in singulis necessitatibus fideliter promouere. Et burgenses dicte ciuitatis per totum dominium nostrum a solucione thelonei liberos reddidimus et exemptos. Huius nostre innouationis sunt Johannes de Scolentyn aduocatus noster, Nicolaus Draco marschalcus noster, Fredericus et Henricus dicti Vos, milites, testes, et Arnoldus de Geben,

Johannes de Goldstede, Vikko Vos, famuli nostri, Marquardus de Bussowe, Reynerus, Rovere, Eyzo, Gerardus de Stargard, Johannes Hasenkroch, Henricus Diues et Mathias, consules Dyminenses. Vt autem nostra prehabita innouatio statu perpetui temporis incommutabilis perseueret, presens instrumentum exinde confectum cum appensione nostri sigilli prehabitis ciuitati et burgensibus duximus largiendum. Datum Trebetowe et actum ibidem, anno M° CC° LXXX° secundo, IIII° kalendas Junii, et presentatum per manum domini Bernardi capellani c[u]rie nostre.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Die ungedrehete Siegelschnur von rothen seidenen Fäden hat das Siegel bereits verloren. — Eine deutsche Uebersetzung mit dem falschen Datum „4. Junii" steht in Rudloff's Urkunden-Lieferung S. 111—114.

Stavenhagen ward um die Mitte des 13. Jahrhunderts unter den Herzogen von Pommern, in deren Gebiet es damals lag, eine Stadt und erhielt daher einen Schild mit dem pommerschen Greifen zum Stadtsiegel, welches hieneben abgebildet ist. Dieses Siegel ist erst in den neueren Zeiten in einem einzigen Exemplare an einer Urkunde vom 8. Mai 1353 im Archive der Stadt Güstrow entdeckt und zuerst in Jahrb. XV, S. 355, beschrieben und abgebildet. Das Siegel wird schon hier von uns mitgetheilt, da es ohne Zweifel aus der Zeit der Stiftung, oder doch wenigstens der vorstehenden Bestätigung stammt und das älteste Denkmal der Stadt ist.

1282. 1631.

Bogislav, Herzog von Pommern, verpfändet dem Fürsten Nicolaus von Werle für den Beistand in dem Kriege gegen die Markgrafen von Brandenburg das Land Stavenhagen für 4000 Mark Silbers als Kriegssold.

In nomine domini. Amen. Buguzlaus dei gratia dux Slauorum et Kassubie omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem. Que largiuntur consiliis principum, necessarium est, ut robur obtineant et vigorem. Jgitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod domino Ny[colao] de Werle, awnculo nostro karissimo, et suis heredibus terram nostram Stouenhagen, ut nobis totis viribus per totam nostram guerram contra marchiones succurrant, pro quatuor millibus argenti tamquam pro salario obligamus; ita scilicet quod, quando predictam persoluerimus pecuniam, nos et nostri heredes eandem terram nostram possideamus postea, sicut prius. Preterea recognoscimus, quod, si noster awnculus dilectus vel sui heredes aliquibus guerris preoccupati fuerint, eandem terram pro sua

necessitate poterunt obligare; nichilominus tamen istius pecunie portio non debet aliquatenus aucmentari. Sic itaque omnes vasalli nostri in terra Stouenhagen residentes domino Nycolao de Werle, awnculo nostro predilecto, et post suis heredibus homagium facient et se suis inperiis subiugabunt. Jn huius rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine dignum duximus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Fridericus Vos, dominus Nycolaus Draco, dominus Gobele marscalcus, dominus Fridericus de Hindenborch, Otto Draco et alii quam plures, quorum nomina in presenti litera non sunt scripta. Acta sunt hec anno incarnationis Jhesu Christi M°CC° octuagesimo secundo, per manus Hinrici notarii curie domini Nycolai de Werle.

Nach dem des Siegels beraubten Original im Provincial-Archive zu Stettin gedruckt in den Baltischen Studien, Jahrg. II, Heft I (1833), S. 125, Nr. II. — Vgl. Nr. 1630.

1282. Juni 28. Bützow. 1632.

Hermann, Bischof von Schwerin, weist die Pfarrer und Vicare an, über diejenigen, welche das Kloster Doberan geschädigt haben, die Excommunication auf Ersuchen des Klosters öffentlich in den Kirchen auszusprechen.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus dilectis in Christo vniuersis ecclesiarum rectoribus, vicariis et capellanis, ad quos iste littere peruenerint, salutem in domino. Cum omnes, qui contra indulta priuilegiorum a sede apostolica monasterio de Doberan concessorum dicto monasterio in personis aut bonis ipsius iniuriam aut molestiam intulerint, ipso facto in canonem incidant sententie promulgate: vobis districte precipiendo mandamus, quatinus huiusmodi malefactores et sacrilegos excommunicatos in vestris publice denuncietis ecclesiis, quocienscumque et quandocumque ex parte dicti monasterii fueritis requisiti. Datum Butsowe, in vigilia Petri et Pauli apostolorum, anno domini M°CC°LXXX° secundo.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LVIII°. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1529.

1282. Juni 29. Ratzeburg. 1633.

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, beurkundet die Rechte seines Dom-Capitels im Lande Boitin.

Ulricus dei gracia Racheburgensis episcopus dilectis sibi in Christo H. preposito, C. priori totique eiusdem sue ecclesie capitulo paternam in domino karitatem. Quoniam officii nostri debitum commodis invigilat subditorum, digne agimus, si quieti vestre prospicientes et paci, a futuris vobis controuersiis caueamus. Vnde credimus expedire, ut iura uestra, que vobis in bonis uestris terre

Boytin competunt, declaremus et specificemus diffiniendo et in certis articulis declarando, ne in futurum ea vobis a nostris successoribus minuantur. Jgitur recognoscimus et diffinimus, quod uos in bonis vestris terre predicte minus iudicium, quod extendit se ad liuorem et sanguinem, quod blot et blawe dicimus, et de hiis inferioribus cum omnibus, que ad minus iudicium pertinent, habeatis. Judicabit in hiis aduocatus noster in bonis vestris in presentia vestri prepositi uel sui missi, in quorum erit arbitrio, quid de iudicato vel secundum iusticiam uadiato velint dimittere uel recipere, quoniam non ad nos uel aduocatum nostrum de hiis aliquid, sed ad prepositum et ecclesiam pertinebit. Liberam lig[n]orum in bonis uest[ris] habebitis sectionem. Jn aquis, tam stantibus, quam fluentibus, infra terminos bonorum vestrorum id iuris habebitis, quod vobis in uestris priuilegiis est concessum. Maius autem iudicium colli et manus super homines vestros apud episcopum remanebit. Jn petitione, in exactione, cum fuerit instituta, in compositione, cum reus iudicatus uel iudicandus fuerit, si componere permittitur, de hominibus vestris dumtaxat mediam partem ad episcopum, mediam partem ad vsus vestros uolumus deuenire, quam mediam partem episcopus vel eius aduocatus non percipiet, nisi primo vestram mediam fueritis assecuti. Ordinando etiam diffinimus, ut peticio, quam confirmatus episcopus uel consecratus per totam terram Boytin facturus est, ad ipsum illa vice tantum ex integro pertineat in subsidium expensarum, quas ad regem uel imperatorem faciet pro regalibus requirendis. Libertas a[ut]em petend[i, e]xig[endi] tam homines nost[r]os, quam vestros, dummo[do fiat] communiter de vtrisque, apud episcopum remanebit. Nos H. prepositus, C. prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum isti ordinationi, diffinitioni, d[eclara]tioni vnanimiter consentientes, eam uel eas [sigilli nostri · appositione], vt stabiliter permaneant, [perhenna]mus. Datum et actum Raceburg, anno domini M° C° C° octogesimo I° I°, pontificatus [nostri an]no XX° V°, in [die] Petri et Pauli [apostolorum.]

Nach dem etwas beschädigten, aber aus dem Copiar I der Ratzeburger Kirche zu ergänzenden Originale im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neustrelitz. Dasselbe trägt an Fäden von gelber, grüner und schwarzer Seide zwei gut erhaltene Siegel:

1) das in Bd. II, zu Nr. 867, abgebildete Siegel des Bischofs Ulrich,

2) das zu Nr. 1594 abgebildete 3. Siegel des Capitels zu Ratzeburg. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2202; Schröder P. M. I, p. 767.

1282. Juli 3. Rostock. 1634.

Waldemar, Fürst von Rostock, verkauft an Johann Witte für 300 Mark 40 Mark Rente aus der Bede, welche ihm die Stadt Rostock jährlich auf Martini zu leisten hat.

Dominus Woldemarus dominus noster de Roztoc vendidit Johanni Albo apud sanctum Spiritum in petitione sua Roztoc singulis annis redditus XXXX

marcarum pro trecentis marcis denariorum, quas quidem XXXX marcas consules ciuitatis Roztoc semper in festo beati Martini erogare promiserunt. Si autem dictus dominus Woldemarus de Roztoc easdem XXXX marcas reemere voluerit, in festo beati Johannis baptiste proximo hoc debet facere; quod si non fecerit, idem Johannes Albus dictas XXXX marcas perpetuo possidebit et suis pueris hereditabit. Actum anno domini M. CC. LXXXII., feria VI^ta proxima post diem apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 59.

1282. Juli 17. Schönberg. 1635.

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, verleiht seinem Dom-Capitel die Kirche zu Bergedorf, welche zur Zeit der Propst Nicolaus, Fürst von Meklenburg, inne hat, auf den Fall der Erledigung und ordnet seine dafür von dem Capitel zu haltenden Memorien.

Ulricus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus dilectis in Christo fratribus suis preposito, priori totique eiusdem ecclesie conuentui paternam in domino caritatem. Cum spiritualium virorum auxilium nobis sit plurimum oportunum, maxime uestrum, qui nobis fraterna caritate ac domestica familiaritate coniuncti contemplamini iugiter pura mente deum: ideo ad uos humili deuotione confugimus deprecantes, quatenus supplicationum uestrarum instantia deum nobis ad misericordiam inclinetis et coram eo pro nostrorum venia commissorum vestris orationibus insistatis, vt indulgentiam, quam nostris non meremur meritis, vestrarum valeamus precum assequi interuentu. Vt autem ad hec reddamini promptiores, ecclesiam in Bergerdorpe cum iure patronatus eiusdem et cum omnibus temporalibus et spiritualibus eius pleno iure vobis uestrisque successoribus proprietatis tytulo conferimus perpetuo possidendam, concedentes, vt, cum ipsam a preposito Nycolao Magnopolense, qui eam de manu nostra in beneficio tenet, modo vacare contigerit, valeatis eius possessionem per vos uel per alium aut alios ingredi ac sine alia corporali inductione eam apprehendere et tenere, cvram etiam fidelium animarum in ipsa regere vel alteri regendam committere sub temporali vel perpetua vicaria; dantes etiam vobis potestatem plenariam, vt prouentus ipsius ecclesie in vsus uestros possitis conuertere, reseruata tamen in sustentationem vicarii legitima portione. Vt igitur huiusmodi liberalitatis donum relatiua quadam nobis vicissitudine compensetis, requirimus deprecantes, quatenus preter diem anniuersarii nostri, quem peragendum sub deputata vobis ad hoc consolatione commendauimus, nostram memoriam post obitum semper in quadragesima singulis secundis feriis in vigiliis, missis et commendationibus cum deuotione consueta et debita conuen-

tualiter perpetuo peragatis, volentes, vt qualibet die in dicta quadragesima nostre memorie deputata vnam marcam denariorum de prouentibus memorate ecclesie ad prebendam vobis a preposito ministrandam ad consolacionem et seruicium habeatis, et quod prouentus residui eiusdem ecclesie per ieiunium et aduentum in panem triticium et bonam ceruisiam integraliter conuertantur. Ad hoc, cum hec verba: „Quoniam tu solus sanctus, tu solus dominus, tu solus altissimus, Jhesv Christe,“ que in festiuitatibus traditione angelica sacrosancta ymnizat ecclesia, deuotionis incrementum tribuant et augeant spem salutis, vniversitatem uestram obsecramus in eodem domino Jhesv Christo, quatenus in summis dumtaxat sollempnitatibus, cum summum „Gloria in excelsis“ cum organis decantatur, ipsa verba alternatim cum organis duabus vicibus repetatis, insonantibus organis: „Quoniam tu solus sanctus“, vos eundem articulum resonetis; item prosequentibus organis hunc versiculum: „Tu solus dominus“, vos cantando ipsum repetatis; modulantibus organis: „Tu solus altissimus, Jhesv Christe“, idem et vos respondendo cantetis. „Cum sancto spiritu“ et cetera, que secuntur, sicut moris est, tantum per organa compleantur. Nos vero vobis hunc modum in singulis sollempnitatibus studiose prosequentibus et Christi fidelibus vniuersis deuote ipsum audientibus de misericordia omnipotentis dei confisi quadraginta dies de iniuncta penitentia relaxamus. Postremo vt nostre liberalitatis donum perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, presens instrumentum super hoc conscriptum vobis tradimus sigillo nostro fideliter communitum. Actum in Raceburgh, anno domini M° CC° LXXXII°, in die Margarete uirginis. Datum Sconenberge, anno incarnationis predicto, in die beati Alexii confessoris, pontificatus nostri anno vicesimo quinto.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. An rothen und gelben seidenen Fäden hängt das wohl erhaltene Siegel, wie es in Bd. II. zu Nr. 867. abgebildet ist. — Gedruckt bei v. Westphalen II. p. 2203, und daraus bei Schröder, P. M. II, S. 2953, auch bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I. S. 654.

1282. Juli 24. Rostock. 1636.

Der Rath zu Rostock entscheidet die Streitigkeit des Müllers Siegfried und seiner Brüder mit dem Kloster Neuenkamp wegen Güter in Kordshagen.

Notum sit, quod omnis causa, quam Sifridus molendinarius et Hermannus et Conradus fratres sui moverunt contra monasterium Nouicamp super bonis liberis in Conradeshaghen, coram communi consilio iure et iusticia est sopita et totaliter terminata. Actum anno domini M° CC° LXXXII°, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 69.

1282. Juli 27. Wittenburg. 1637.

Nicolaus, Graf von Schwerin, verleiht dem Kloster Zarrentin das Eigenthum des Dorfes Püttelkow, welches dasselbe von Dietrich von Püttelkow gekauft hat.

Nicholaus dei gracia comes Zwerinensis omnibus presentem paginam cernentibus in domino Jhesu Christo salutem. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum processu temporis, solent in lingwa testium et scripture memorie (!) perhennari. Hinc est, quod vniuersis, tam presentibus, quam posteris, notum esse cupimus, quod prepositus conuentus sanctimonialium in Tsernentin racionabiliter ac iusto precio comparauit villam Putlechow cum agris adiacentibus et siluis seu nemoribus, pratis, paschuis et campis, terminis et disterminacionibus a Theoderico cognominato de eadem villa, prout eam tenuit, pro ducentis marcis Lubicensium denariorum de pecunia et ad usus claustri supra memorati. Nos igitur congregacionis iam dicti claustri promouere cupientes vtilitatem ac profectum, huic empcioni predicte rite facte uoluntarium ac plenum adhibuimus consensum. Et ut nostri memoria perhenniter ac heredum nostrorum a personis ibidem deo dicatis ac iugiter famulantibus eo diligentius habeatur, sepedicto cla[u]stro proprietatem ville Putlekow iusto empcionis titulo comparate liberaliter dimisimus perpetuo possidendam. Nobis siquidem illam reseruamus specialiter iurisdicionem, quam habemus in bonis omnium nostrorum vasallorum. Super hiis autem omnibus ordinacionibus firmiter et inuiolabiliter obseruandis presentes litteras nostras dari fecimus, sigilli nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt: Wipertus de Melenteke, Hermannus de Bluchere, Antonius de Tribowe, Hermannus de Warscowe, Nicholaus Vos, Ericus de Parlin, milites, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wittenburch, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, sexto kalendas Augusti.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einer rothseidenen Schnur hängt das in Bd. II, zu Nr. 1492, abgebildete schildförmige Siegel des Grafen Nicolaus.

1282. Juli 29. Rostock. 1638.

Heinrich Kruse begibt sich mit seinem gesammten Vermögen in das Hospital zum heiligen Geist zu Rostock.

Notum sit, quod Henricus Crispus reddidit se domui sancti Spiritus in Roztoc cum omnibus bonis suis, que nunc habet et super eum cadere possunt. Et in primo introitu suo dabit pro prebenda XXX marcas paratas; et alia bona ad uite sue tempora optinebit, de quibus sibi ibidem (sibi) mansionem edificabit;

et si morte preuentus fuerit, domus sua specialis uendetur, et denarios domus sancti Spiritus habebit. Actum coram communi consilio, anno domini M° CC° LXXXII°, feria quarta post Jacobi.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 69.

1282. Aug. 1. Malchin. 1639.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht mit Zustimmung seiner Söhne der Domkirche zu Güstrow das Eigenthum von 7 Hufen in Bobbin zu Mannrecht.

Heynricus dei gracia dominus de Werle uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam pocius diuinitatis est, quam humanitatis, ea que geruntur in tempore, ne simul euanescant cum tempore, poni solent in lingua testium ac scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nosse uolumus uniuersos, tam posteros, quam presentes, quod ad honorem dei omnipotentis et beate eius genitricis Marie sanctique Johannis ewangeliste necnon et beate Cecilie, de promocione Godefridi prepositi Gustrowensis, dilectorum filiorum nostrorum Nycolai uidelicet et Heynrici consensu unanimi succedente, proprietatem septem mansorum in Babyn, quos filii et heredes pie recordacionis Nycolai Frisonis excussione paterna possederant ac postmodum uendiderunt, sub suis terminis ad ius uasallorum nostrorum dedimus ecclesie Gustrowensi perpetuo ac libere possidendam, cum omnibus attinenciis in lignis, pascuis et ceteris, que ut aliis mansis in eadem uilla iacentibus secundum porcionem debitam cedere dinoscuntur, ita uidelicet ut duorum mansorum prouentus recipiant canonici Gustrowenses, reliquorum quinque uicarii deo ibidem iugiter seruientes, ex pia prouisione prepositi memorati. Vt igitur hec nostra donacio rata et inconuulsa permaneat, neue a nostris successoribus dubitetur, sigilli nostri munimine decreuimus roborare. Testes huius facti sunt: clerici: Godefridus prepositus Gustrowensis, Conradus decanus, Otto custos, Lambertus; milites: Nicolaus Hane, Heynricus de Vlotowe noster aduocatus, Thydericus de Buren, Syfridus de Gronowe, Echardus de Ankere, Heynricus de Wangelin; famuli: Machorius de Wangelin, Hinricus de Sabikendorf, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M° CC° LXXX° II°. Datum Malchin, kal. Augusti, ad uincula Petri.

Nach zwei Abschriften in dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, Urk. Nr. XXV (fol. 21[b]) und fol. 72[a]. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 762; Lisch, Hahn. Urk. I, S. 91.

1282. Aug. 12. Rostock. 1640.

Johann Rathenow verkauft an Albrecht von Malchin sein Erbe zu Rostock.

Johannes Ratenowe vendidit Alberto de Malechin hereditatem suam totalem supra stratam bodecariorum ad dextram partem, dum ascenditur de ponte piscium, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Actum anno domini M°CC LXXXII°, feria quarta post Laurentii.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 69. — Die „Böttcherstrasse" ist die heutige „Grosse Bäckerstrasse".

1282. Sept. 14. Lübek. 1641.

Burchard, Bischof, Nicolaus (Fürst von Meklenburg), Propst, Nicolaus, Decan, und das ganze Dom-Capitel zu Lübek schliessen einen Vergleich mit dem vormaligen Domherrn Wulbod wegen seiner Präbende.

B. dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus, necnon N. prepositus, N. decanus totumque ipsius ecclesie capitulum omnibus — — — —. Datum Lubeke, in die exaltationis sancte crucis, anno domini M°CC°LXXXII°, indictione XI. — —

Nach Leverkus I, S. 293, aus dem Reg. Cap. Lub. I, 198.

1282. Sept. 18. Wittenburg. 1642.

Nicolaus, Graf von Schwerin, überlässt seiner Verwandten, der Prinzessin Margareta, welche in das Kloster Zarrentin getreten ist, das Dorf Vietow auf Lebenszeit und bestimmt, dass es nach dem Tode derselben an das Kloster Zarrentin fallen soll.

Nicholaus dei gracia comes Zwerinensis omnibus hoc presens scriptum cernentibus in omnium saluatore salutem. Que diuine pietatis affectu sacris locis conferuntur, magna stabilitate constitui et nulla debent in posterum intentione reuocari. Sane notum sit vniuersis ac posteris innotescat, quod, cum claustrum scanctemonialium (!) in Tsernentin de bonis principaliter nostrorum proauorum ac predecessorum patrum fundatum ac dotatum dinoscatur, quorum (!) vestigia diuina nobis fauente clementia bonis mediantibus operibus sequi cupientes, ob dei reuerentiam et anime nostre salutem iam dictum claustrum omnibus vtilitatibus ac profectibus studebimus promouere. Jgitur cum neptis nostra dilecta Margareta ex animi sui plena liberalitate deo se donauerit, vite castitatem ac asperitatem regule cum congregacione scanctemonialium ibidem deo iugiter deseruientium ob huius seculi contemptum elegerit obseruandam: nos, utpote carnalis induxit dilectio, iam

dicte Margarete nobis predilecte cupientes subuenire, dimittimus eidem sepedicte Margarete de bonis nostris absolute ad usus ipsius, ut exinde necessitatibus eiusdem prouideatur, quoad uixerit, villam nostram Vithecov cum proprietate, cum agris, siluis, pratis, paschuis, piscationibus, terminis ac disterminacionibus liberaliter possidendam, iurisdicionem illam nichilominus nobis reseruantes, quam habemus in bonis nostrorum vasallorum. Post descessum siquidem iam sepe memorate neptis nostre Margarete villa antedicta Vithecov cum omnibus attinentiis suprascriptis integraliter apud claustrum supradictum Tsernentin perpetuo remanebit, excluso iure nostro, quod habere dinoscimur in bonis nostrorum, ut diximus, vasallorum. Vt autem hoc factum nostrum in posterum non possit inmutari, litteris presentibus ratificamus et stabilimus sigilli nostri munimine roboratis. Huius rei testes sunt: comes Helmoldus frater noster dilectus, Wipertus, Hermannus de Bluchere, Antonius de Tribowe, Heinricus de Lo, Nicholaus dictus Vos, Ericus de Parlin, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Wittenburg, per manum notarii nostri Weremberti, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, XIIII° kalendas Octobris.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einer rothseidenen Schnur hängt das in Bd. II, zu Nr. 1492 abgebildete Siegel des Grafen Nicolaus.

Anm. Die in dieser Urkunde genannte „neptis" ist die Tochter des dänischen Prinzen Abel; vgl. Nr. 1619. Die Verschreibung des Dorfes Vietow hängt ohne Zweifel mit der in jener Urkunde ausgeführten Ordnung ihres Vermögens zusammen.

1282. (Nach Sept. 29.) Rostock. 1643.

Gertrud überträgt ihr gesammtes Vermögen, welches sie in Westfalen besitzt, an ihre Oheime Albrecht und Heinrich von Kosfeld.

Veniens ad presentiam consulum Ghese resignauit Alberto de Cosvelde et Henrico fratri suo, awnculis suis, omnem hereditatem, quam habuit uel habet in Westphalia.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 71.

1282. (Nach Sept. 29.) Rostock. 1644.

Rötger Horn erlangt durch ein Geschenk von 4 Stücken grauen Tuches für sich und seine Frau die Brüderschaft des H.-Geist-Hospitals zu Rostock.

Notum sit, quod Rotcherus Horn contulit domui sancti Spiritus IIII pannos griseos ad uestitum, et ob hanc gratiam ibidem est sibi et vxori sue Ghertrudi data confraternitas; et quandocunque necessitatem habuerint, ipse et vxor sua in domum sancti Spiritus recipientur.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 71. — Durch Geschenke zum Unterhalte der Bewohner des Hospitals gewannen auch Andere die Brüderschaft des H. Geistes. Z. B. 1294: „Arnoldus Bonus dedit domui sancti Spiritus tres tunnas butyri et receptus est in ipsam domum, ita quod, si placuerit uel quando placuerit, potest subintrare in ipsam domum et habere prebendam sicut alter frater ibidem. Si uero res supra se habuerit, magistro domus tantum de suis presentabit, ut prebendam ibidem digne recipiat; si uero depauperatus fuit, absque rebus recipietur". Stadtbuch A, Heft 5, Lage 14b, fol. 6.

1282. Oct. 25. Stade. 1645.

Das Dom-Capitel zu Bremen protestirt wider die von den Grafen von Holstein vorgenommene Veräusserung der Stadt Hamburg.

Omnibus presentia visuris notum sit, quod die dominica, in qua occurrit festum Crispini et Crispiniani martyrum, Stadis, presentibus venerabilibus patribus et dominis Giselberto Bremensis archiepiscopo, Vlrico Raceburgensis, Hermanno Zwerinensis et Borchardo Lubicensis ecclesiarum episcopis, honorabilis vir Th. canonicus Bremensis, clericus de Louenburch, sub tali forma qua[n]dam publice interposuit protestationem sui capituli nomine et auctoritate: „Patres reuerendi! Confugit ad vos ecclesia Bremensis, cui tanquam filii matri nostre tenemini subuenire — — — —. Hoc protestamur in vestra presentia, patres reuerendi! petentes hanc protestationem vestrorum sigillorum appensione communiri." Vnde ad preces dict[i] domini Th. prescripti episcopi huiusmodi protestationem suis sigillis duxerunt in testimonium ipsius roborandum. Actum Stadis, VIII. kalendas Nouembris, anno domini M. CC. LXXXII.

Nach Lappenberg's Hambg. Urk. I, S. 666, aus dem Lindenbruchschen Copialbuche.

(1282.) Oct. 25. Stade. 1646.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, und die Bischöfe Ulrich von Ratzeburg, Hermann von Schwerin und Burchard von Lübek geloben einander Beistand in der Vollstreckung geistlicher Strafen gegen die, welche die Geistlichen beeinträchtigen würden.

Omnibus Christi fidelibus presencia audituris G. dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus, Vlricus Raceburgensis, Her. Zwerinensis et Bor. Lubicensis episcopi salutem in domino Jhesu Christo. Non absque cordis dolore et plurima perturbacione didicimus, quod ecclesiastica disciplina et libertas ecclesiarum ita plerumque in partibus prouincie nostre dissoluitur et penitus eneruatur, quod clerus a malefactoribus suis passim sustinet iniurias et rapinas, ita quod nequaquam ualeat respirare a grauaminibus, que ipsi indebite inferuntur, et pressuris, nec vix aliquis inuenitur, qui pro fouenda iusticia murum defensionis se opponat. Vnde

prepositi ecclesiarum eo magis uniri debent et consurgere contra tales, quo plus hiis diebus furor humane prauitatis contra clerum et ecclesias forcius inardescit. Quare iusto rei merito suadente hiis nostris litteris sigillorum nostrorum munimine roboratis recognoscimus fideliter et fatemur, quod conuenientibus nobis et de necessitatibus ecclesiarum nostrarum tractantibus inter nos deliberacione prouida sic convenit et sic vniti sumus, quod quilibet in invicem debeamus tenere nostras sententias et exequi, dum ab earum latore fuerimus requisiti, nisi in nobiles, spectabiles et illustres ferantur, quas, postquam a metropolitano fuerint confirmate, ipso mandante fideliter exequemur. Nos archiepiscopus et dicti episcopi sententias interdicti archidyaconorum et excommunicacionis absque cause cognicione non relaxabimus. Similiter in aliis, que statuimus, procedemus, prout in alia littera statuta nostra plenius continente continetur. Datum Stadis, VIII° kalendas Novembris.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche im Archive zu Neustrelitz. — Nachdem Schröder, P. M. I, S. 755, diese Urkunde ins Jahr 1280 gestellt hat, lässt er sich durch Westphalen II, p. 2084, verleiten, sie Bd. II, S. 2939, dem Erzbischof Hartwig beizulegen und ins Jahr 1268 zu setzen, während doch Burchard erst 1276 Bischof von Lübek ward. Vgl. Nr. 1645 und 1647.

1282. Oct. 25. Stade. 1647.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, gebietet dem Bischofe Ulrich von Ratzeburg, den Fürsten Johann von Meklenburg (zu Gadebusch) und die Ritter Ludolf Scharfenberg, Hermann Rieben und Johann Balk wegen der wider den Bischof verübten Gewaltthätigkeiten mit dem Banne, und bis Genugthuung geschehen, seine Diöcese mit dem Interdicte zu belegen.

G. dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus venerabili fratri domino Vlrico Raceburgensi episcopo salutem et fraternam in domino karitatem. Cum nos circa personam uestram maioris compassionis urgeat affectus propter iniurias et dampna uobis illata, non sine causa alciori memorie commendamus, quod tam temeraria fuerit presumptio Ludolfi dicti Scarpenberc et Hermanni dicti Ribe ac Johannis dicti Balc, militum, nobilisque uiri Johannis Magnopolensis et eorum complicum, qui etiam uos captiu(er)are et captum tenere in episcopali curia presumpserunt, rebus ab eadem omnibus asportatis. Quare cum tantum non possimus relinquere facinus inpunitum, non solum contra predictos malefactores censura, qua conuenit, procedere uolumus, uerum etiam ad agrauationem ipsius sententie, quam ex uiolentia uobis et nobis in persona uestra et rebus vestris illata temere contraxerunt, sicut ordo iuris postulat, procedemus. Et ne pretextu alicuius compositionis et arbitrii, que cum dictis malefactoribus iniuistis ex eo, quod uos ordinationi et iudicio(nis) ducis Saxonie temere subiecistis, aliquam habeant excusationem, quominus de iniuriis illatis satisfactionem exhibeant con-

gruentem, de fratrum nostrorum Zwerinensis et Lubecensis coepiscoporum consilio dictum arbitrium irritauimus et denunciauimus esse nullum, sicut in sententia super hoc confecta et a nobis promulgata expressius continetur. Quocirca paternitati uestre in uirtute sancte obedientie districte mandamus, quatinus supradictos malefactores pulsatis campanis, candelis accensis denuncietis et denunciari faciatis in diocesi uestra per uestros subditos dominicis diebus singulis et festiuis puplice et nominatim excommunicatos. Et cum crescente contumatia crescere debeat et pena, ipsam etiam diocesim supponatis interdicto, ita quod a receptione presentium post quindecim dies tam in cadedrali (!) ecclesia uestra, quam in aliis ecclesiis uestre diocesis non sint diuina, donec de dampnis et iniuriis nobis et uobis plenarie fuerit satisfactum, quam [satisfactionem][1] absque nostra, quia nostra interest, non recipietis uoluntate et consensu, sic uos exhibentes in exsecutione huiusmodi mandati circa subditos uestros, quod iidem aut uos de neglientia non possint redargui, sed uestr[a] proinde ualeat deuocio in domino commendari. Datum Staden, in die sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum, anno domini M° CC° octoagesimo secundo.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Der eingehängte Pergamentstreifen hat das Siegel verloren. — [1] sat.: fehlt im Or. — Vgl. Nr. 1646. — Gedruckt in der Schl.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 116.

1282. Nov. 9. 1648.

Waldemar, Fürst von Rostock, stirbt.

Woldemarus dominus in Rostock. Obiit anno domini M° CC. LXXXII., V° idus Nouembris.

Aus dem vormaligen Necrologium im Kreuzgangsfenster zu Doberan, nach einer um 1500 angefertigten Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt in Jahrb. I, zu S. 136.

1282. Nov. 17. Rostock. 1649.

Der Rath zu Rostock ertheilt, auf den Grund einer Vernehmung des Amtes der Schildmacher und Sattler, deren Amtsgenossen, dem Alexander von Halle, zum Zweck seiner Annahme als Bürger zu Lübek ein Zeugniss seines Wohlverhaltens.

Viris prudentibus et honestis aduocato, consulibus et communi ciuitatis Lubycensis consules ceterique burgenses de Roztoc obsequiosam ad omnia uoluntatem. Jnnotuit nobis, quod presentium exhibitor Alexander de Halle apud uos sit diffamatus de eo, quod apud nos ita honeste se non habuerit, quod in uestra ciuitate seruire possit, ut fieri debeat uester ciuis. Scire ergo debetis, quod pro

eodem negocio magistrum Gocewinum, Burchardum, clipeatores et oldermannos eiusdem operis, ceterosque sellifices omnes ad nos uocari fecimus, qui omnes uno ore publice asserebant, quod ita laudabiliter et decenter se inter eos rexisset, quod, si ei placeret, eisdem posset optime commanere; et hoc per has nostras litteras protestamur. Rogamus ergo uestram dilectionem attentius, quatinus, cum falso apud uos sit accusatus, ipsum non permittatis per alicuius inuidiam impediri. Si enim apud nos manere uellet, ipsum pro ciue libentissime teneremus. Datum Roztoc, anno domini M° CC° LXXXII., feria tertia post Martini.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübeck I. S. 395, aus dem auf der Lübeker Trese befindlichen Originale, an welchem noch das zum grössten Theile erhaltene Stadtsiegel der Stadt Rostock hängt, wie es in Bd. II, zu Nr. 786, abgebildet ist.

1282. Dec. 8. Schwerin. 1650.

Helmold, Graf von Schwerin, verleiht der Stadt Schwerin das Eigenthum der Dörfer Zippendorf, Göhren und Ostorf, sowie aller ihrer anderen Güter, und bestimmt ihre Rechte im Buchholze, behält aber sich und seinen Erben den Ostorfer Hals vor.

Helmoldvs dei gratia comes Swerinensis omnibus presentes litteras audituris salutem in omnium saluatore. Jnter ceteros humane conditionis defectus memoriam hominum scimus adeo mobilem et imbecillem, quod de facili in obliuionem rapimur, nisi litterarum testimonio vteremur. Preterea fides et gratia germana, que honorabiles viri consules et vniuersitas burgensium ciuitatis nostre Zverin progenitoribus nostris ac nobis indefessa sollicitudine dinoscuntur vtiliter impendisse, nos inducunt, vt ipsorum profectum et honorem fauore beneuolo prosequamur. Ob hoc igitur eisdem et eorum successoribus graciam volentes facere specialem, proprietatem villarum Zuppucendorp, Gorne videlicet[1] et Osestorp, necnon omnium bonorum ad dictam ciuitatem spectantium in suis terminis ac dis[ter]minationibus[2], quemadmodum ea hactenus libere possederunt, terris cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, pascuis, aquis et aquarum decursibus dicte ciuitati contulimus, consensu ac voluntate dilectorum heredum nostrorum accedentibus, perpetuo libere possidendam. Coloni vero dictarum villarum ad omnia iura nostra sicut aliorum vasallorum nostrorum homines tenebuntur; hoc tamen addito et adiecto: si nos in nemore, quod Bocholt vulgariter appellatur, pro lignis illicite deuastatis aliquem impignorare contigerit, mulctam siue emendam illius excessus nostris vsibus specialiter reseru[a]mus; item si aduocatus noster aliquem impignoraret ibidem, due partes cedent eidem et tertia ciuitati; si uero predicti consules siue ipsorum nuncius in nemore prenotato pro deuastatione lignorum quempiam racione pignoris innodarent, duas partes in vsus ciuitatis conuertent,

aduocato, qui tunc pro tempore fu[er]it, partem terciam presentabunt. Ville vero nemor[i][3] sepedicte ciuitatis circumquaque adiacentes nihil in eodem iurisdictionis in lignis siue pascuis obtinebunt siue hactenus habuerunt, nisi de nostra et consulum speciali gratia amicabiliter consequantur, exemptis tamen villis ciuitatis superius recitatis. Jnsulam vero, que in vulgo Hals dicitur, castro nostro adiacentem, nobis ac nostris heredibus vel successoribus integram ascribimus, et ciuitas sepius dicta nihil iuris obtineat in eadem. Jtem ligna infructifera in nemore superius expresso, quod Buchholt nuncupatur, mediante nostro consilio inter burgenses prelibatos portione debita equanimiter diuidentur. Huius nostre donationis pariter et ordinationis testes sunt hii: dominus Simon decanus Sverinensis, dominus [Ri]chardus[4] de Lunenborch, dominus Fridericus Hasenkop, dominus Joannes de Trebow et dominus Conradus notarius noster, canonici Zwerinenses; milites uero: dominus Moltzan, Vlricus de Blucher, Gerardus de Exen, Ericus de Parlin, Joannes de Dambeke, Ludolphus tunc temporis aduocatus; consules autem predicte ciuitatis: Joannes Fischer, Henricus filius Marquardi, Joannes de Lemego, Vhegendardus[5] institor, Wernerus filius Jordani, Wernerus de Lune, Otto magister coquine nostre, Borchardus de Bodenstede, Eggelbertus institor, Bernhardus de Sukow, Henricus de Lubbike, Gerding de Stenfelde, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Jn huius rei euidentiam, vt nostra donacio liberalis perpetua et immutabilis perseueret et a nostris successoribus minime infringatur, has litteras conscribi fecimus et sigilli nostri appensione iussimus roborari in testimonium futurorum. Datum et actum Zwerini, anno dominice incarnationis M. CC. LXXXII., sexto idus Decembris.

Nach einer Abschrift des Visitations-Secretärs M. Simon Leupold (um 1541) im Haupt-Archive zu Schwerin. Aus derselben Quelle gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 59. Den Inhalt hat schon Hederich bei Westphalen I, p. 1652, angegeben: „A. 1282 d. 8. Dec. Helmoldus comes Gunzelini filius civitati Sverinensi attribuit pagos Zippendorff, Goerne, Muss (!) et Ostendorff, necnon dimidiam partem silvae, quam dicunt das Buchholtz; Consulibus tum temporis Johanne Fischero et Heinrico Marquardo". — Hederich hat offensichtlich Leupold's nicht seltene Abkürzung [1] vꝫ (oder vc3) = videlicet (wie sc3 = scilicet) irrthümlich = Vtz auf Muoss gedeutet, welches Dorf der Stadt Schwerin nie gehört hat. Leupold gibt diese Stelle in seiner bei jener Abschrift aufbewahrten Uebersetzung so wieder: „dorffer als nemlich Zibbkendorff, Gorne vnd Ostorp". — Fehlerhaft gibt Leupold weiterhin [2] discriminationibus, — [3] nemora, — [4] Pachardus (vgl. Nr. 1363), und vermuthlich unrichtig [5] Vhegendardus statt Deghenhardus.

1282. Dec. 9. Rostock. 1651.

Johann Höse verkauft an Heinrich vom Sande eine Rente aus seinem Erbe auf 4 Jahre, und verspricht, unterdessen sein Erbe nicht ohne dessen Zustimmung zu veräussern.

Johannes Hose vendidit Henrico de Sande in hereditate sua singulis annis redditus XXIIII solidorum pro IX marcis ad spacium quatuor annorum, quibus

finitis pro eisdem denariis debet reemere, et censum IV anni temporibus erogabit. Sed dictam hereditatem vendere non debet uel exponere, nisi in dicti Henrici uel amicorum suorum fuerit uoluntate. Henricus de Cropelin, Reyneco gener Cerdonis et Albertus Spicenaghel tabule presidebant. Actum anno domini M° CC° LXXXII°, feria quarta post Nycolai.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 60. — Getilgt.

(Um 1282.) 1652.

Die Stadt Lübek beschwert sich beim Dänenkönig Erich über die ihren Bürgern und den Kaufleuten ihrer Nachbarstädte in seinen Landen zugefügten Unbilden und Gewaltthätigkeiten.

— — Persepe tam nostri ciues, quam aliarum nobis vicinarum ciuitatum mercatores grauiter conqueruntur, quod per officiales magnificencie vestre contra veteres ac nouas gracias et libertates in bonis suis impediantur, ac in semet ipsis multas violencias paciantur. — —

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 389, aus der Urschrift. Ueber die Zeit vgl. die Note a. a. O. S. 388. — Im Original steht „nec persepe", was nach dem Sinne in „nunc persepe" zu ändern ist.

(1282—1285. Eldena.) 1653.

Das Kloster Eldena bezeugt, dass Alburg, des Ritters Wipert von Melenteke Wittwe, den Nonnen 1 Pfund wendischer Pfennige jährlich im Dorfe Glaisin verliehen hat.

Jo. dei gracia prepositus, E. priorissa totusque conuentus in Eldena uniuersis presentem paginam uisuris salutem. Nouerint uniuersi, tam presentes, quam futuri, quod domina Alburgis relicta Wiperti militis de Milenteke bone memorie pro remedio anime sue amicorumque suorum monialibus predicti cenobii contulit talentum slauicalium denariorum, quos [domi]ne annuatim in die Johannis ewangeliste inter se distribuendos recipient in villa Glesin de villico ibidem constituto. Ne quis igitur heredum suorum hanc donationem in posterum ualeat infirmare, presens scriptum sigilli nostri munimine decreuimus roborare.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein an den Seiten schon sehr beschädigtes Siegel mit einem rechts gekehrten Agnus dei und mit der Umschrift:

✠ S' SCA.....S . BAP..... .. ..

Mit diesem Siegel siegelt das Kloster Eldena auch fernerhin; es hat nach vollständigen jüngeren Exemplaren die Umschrift:

✠ S' SCI . IOhANNIS . BAPTISTA . IN ELDANA

Der Propst Johann wird im Jahre 1277 genannt (Bd. II, Nr. 1441), Wipert von Melenteke lebte noch im Jahre 1282 (Nr. 1642). Andererseits sind die Güter zu Glaisin, welche der Graf Friedrich von Danneberg dem Kloster Eldena im Jahre 1285 bestätigte (s. u.), wahrscheinlich keine andere, als die

in der vorstehenden Urkunde genannte Hebung. Daher setzen wir diese Urkunde in die Jahre 1282 bis 1285. Sie ist wahrscheinlich nur eine Bestätigung einer früheren Schenkung Wiperts; denn Clandrian gibt in seinem „Extract der Briefe des Klosters Eldena" folgenden Auszug:

„Ein brieff des Closters, darin sie zeugen, das Wipertus von Millenteke ihnen, den Closter-„Jungfrawen, 1 Talentum slavicalium denariorum aus dem Dorff Glesin jehrlich zu heben vnd „vnter sich zu theilen vermacht habe. Ist kein Datum daran."

1283. Malchin. 1654.

Die Stadt Malchin befreiet für eine Geldentschädigung und geleistete Spanndienste beim Brückenbau das Kloster Dargun vom Brückenzoll.

Consules ac vniuersitas ciuitatis Malechin omnibus hanc litteram visuris salutem in domino. Quoniam status mortalium indesinenter ad ulteriora descendit, ea que inter mortales ordinantur, iuste scriptis annotantur, vt, si contra rem gestam prauorum aliquando consurgat inuidia, rei ueritatem expressam testentur eloquia litterarum. Hinc est ergo, quod notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos fratres monasterii Dargunensis, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, a solucione thelonei, quod quidem census pontis, wlgo uero bruckepenninke dicitur, reddimus perpetuo liberos et exemptos, ita plane vt, quando vel quocienscumque aliquem seu aliquos ex prefati monasterii fratribus siue familia in qualicumque vectura vel certe currus proprios aut alienos, in negociis tamen suis directos vel dirigendos, pontem nostrum transire contigerit, nullam proinde thelonei reddant pensionem, sed neque nobis, neque alicui vmquam hominum ex parte nostra quippiam ab eisdem extorquere aut racione thelonei currus eorum detinere vel alio quoquo modo iter ipsorum de cetero licebit inpedire. Quod si quis presumpserit, animaduersione consulum et ciuitatis, prout meruit, punietur, quippe qui decreta consulum ac ciuitatis non est ueritus irritare. Pro huiusmodi autem libertate consequenda prelibati monasterii fratres nobis quatuordecim marcas denariorum monete currentis contulerunt, insuper in trecentis plaustris lapidum et sex curribus ad preparacionem prefati pontis arenam apportantibus per tres ex integro dies nobis seruierunt. Ne super hoc ergo nostro racionabili facto cuiquam in posterum dubium oriatur, presentem paginam exinde conscriptam damus ipsis fratribus in Dargun sigillis nostro videlicet ac domini nostri Hinrici nobilis de Werle communitam. Testes horum sunt: dominus Hilduardus tunc abbas in Dargun, Johannes de Pomerio, Hinricus de Sterneberg, monachi ibidem; Godefridus Luch, Hinricus de Vlotowe, Grubo, milites; Arnoldus de Scerpesowe, Gonterus, Johannes de Sulta, Johannes Gubo, Mogekop, Johannes Mumerbroder, Petrus Sartor, Bernardus de Raceburg, tunc consules ciuitatis; Conradus de Vichele, Ekebertus de Sulta, Hinricus de Scerpesowe, Thidericus de Wolkenviz, Hermannus

Rodemunt, Arnoldus pellifex, Hermannus Rufus faber, burgenses, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Malechin, anno gracie M° CC° LXXX° III°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von rother, gelber und schwarzer Seide hing das Siegel des Fürsten Heinrich von Werle, an einer gelb und schwarz seidenen Schnur das Siegel der Stadt Malchin; beide sind abgefallen, von dem Siegel des Fürsten wird aber noch die Hälfte aufbewahrt, wie es in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildet ist. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 170.

1283. 1655.

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, verleiht dem Dominicaner-Kloster zu Halberstadt einen Ablass.

Ulricus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus dilectis in Christo fratribus ordinis predicatorum in Halberstat salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que et merita supplicum excedit et vota, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri: volentes tamen nichilominus populum domino reddere acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quibusdam illectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie aptiores. Cupientes igitur, vt ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ec[clesiam] in die Christi et in die pasche et in die penthecostes et in anniuersario dedicationis et in festiuitatibus beate virginis et beati ..... et beati Petri martiris et patronorum vestrorum et septem diebus predicta festa sequentibus reuerenter accesserint seu manum vobis porrexerint adiutricem, XL dies de iniuncta sibi penitentia, sub ratihabitione venerabilis patris episcopi Halberstadensis, misericorditer relaxamus. Datum anno domini M° C° C° LXXX° III°.

Nach dem Original, mit einem guten Siegel, im königl. preuss. Provincial-Archive zu Magdeburg.

1283. Wismar. 1656.

Inschriftliche Nachricht über den Chorbau der Franciscaner-Kirche zu Wismar.

Anno domini M. CC. LXXXIII. dominus Helmoldus de Plessen fecit destrui antiquum chorum ecclesie sancte crucis et alium chorum ad honorem sancti Francisci edificavit. Orate pro eo.

Diese Inschrift stand im Chore der ehemaligen Grauen-Mönchen-Kirche zu Wismar. Abschriftlich ist sie in dem Kirchenbuche desselben erhalten. — Gedruckt in Schröders P. M., S. 774; Jahrb. VI, S. 100.

(1283.) Wismar. 1657.

Die Vorsteher des H.-Geist-Hospitals zu Wismar verkaufen die durch ein Vermächtniss erworbene Hälfte eines Hauses.

Dimidiam domum, quam mater Johannis de Reynoldesborg dedit domui sancti Spiritus. Johannes de Gogelloywe et Jordanus pellifex uendiderunt predicto Johanni de Reynoldesborg, et ita tota domus eadem pertinet sepedicto Johanni. Sed idem Johannes impignorauit eam domui sancti Spiritus pro IX marcis denariorum. Dum primo fuerit reuersus, dabit III marcas, et III in natiuitate Cristi, et tres in pascha, anno domini M° CC LXXXIIII.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 69.

1283. Wismar. 1658.

Aufzeichnung über die Zahlung einer Schuld der Rathmänner von Neu-Bukow an Radolf von Krukow zu Wismar.

Consules de Bucoywe persoluerunt domino Radolfo de Crucoywe in dimidio bona illa, que erga eum emerunt, uidelicet C marcas et XXXV marcas, et alias C marcas et XXXV marcas dabunt in natiuitate domini Jhesu Christi. Anno domini M° CC° LXXX° III°.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 70. — Getilgt.

(1283.) Wismar. 1659.

Hermann Küle weist der Marienkirche zu Wismar für eine Schuld seines Vaters von 11 Mk. seine Hebung von 2 Drömt aus Niendorf auf Pöl auf 8 Jahre zu.

Hermannus Kule habet in Pole in uilla Niendorp in redditibus annuatim vnum tremodium ordei et vnum tremodium auene, quos lenabit ecclesia beate Marie in Wismaria octo annis pro debitis, que pater ipsius Hermanni Nicolaus tenebatur predicte ecclesie. Primus annus elevationis erit anno domini M° CC°[L]XXXIII. Hec facta sunt cum consensu domini Willekini Hanstert et suorum fratrum. Debita Nicholai fuerunt XI marce.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 70.

(1283.) Wismar. 1660.

Radolf von Krukow überweist den Beguinen zu Wismar mit Zustimmung des Raths einen Theil eines Hauses an der Beguinenstrasse daselbst.

Dominus Radolfus de Crucoywe dedit bagginis vniuersis de domo dwerhus retro hereditatem Johannis de Crucoywe cum curia adiacente V vac, et consules consenserunt in eo tamdiu, vt ciuitati fuerit vtile.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 71.

(1283.) Wismar. 1661.

Radolf von Krukow schenkt den Armen zu St. Jacob vor Wismar 40 Schillinge jährlicher Rente.

Radolfus de Crucoywe dedit pauperibus in hospitali ante ciuitatem Wismarie XL solidos, videlicet de domo Widerici in platea antique Wismarie XXIIII solidos de censu aree et XVI solidos de domibus Ottonis et Johannis Frisonis super nouam ciuitatem, qui faciunt pultes. De censu aree et de istis predictis denariis dabuntur XX solidi in pascha et XX solidi Michaelis taliter, quod diuidentur equanimiter pauperibus ibidem congregatis. Hec dabuntur imperpetuum omni anno.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 73. Der Worthzins aus dem Hause Widerichs ist getilgt.

(1283.) Wismar. 1662.

Nanne von Krukow und Andreas Schrader zu Wismar schliessen einen Heirathsvertrag wegen ihrer Kinder.

Sic vniti sunt Nanno de Crucoywe et Andreas Sartor. Si Wernerus filius ipsius Nannonis obierit absque herede, quod Elysabeth filia Andree debet habere C marcas denariorum, et idem (!) Elysabeth leuabit annuatim XX tremodios annone de IIII^{or} mansis, quos dictus Nanno habet in Howentorpe, tamdiu, quousque predicte C marce sibi presententur. Radolfus et Henneco filii Nannonis pro defectu promiserunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 73.

(1283.) Wismar. 1663.

Aufzeichnung über den Kauf eines Hauses in der Meklenburger Strasse zu Wismar.

Euerhardus de Daliendorp emit domum domine Vusteken, quam resignauit magister Georgius rector puerorum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 74.

(1283.) Wismar. 1664.

Hinze, Pelzer zu Wismar, kauft einen halben Hopfengarten daselbst auf dem Weberkamp.

Hence pellifex emit de Wezcelo Sapienti dimidium ortum humuli in Weuerscampe.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 75. Der Weberkamp kommt hier zuerst vor. Der Name ist jetzt verschollen, während man im 16. Jahrhundert noch einen grossen und kleinen Weberkamp kannte. Ohne Zweifel wurde mit diesem Namen das zwischen dem Mecklenburger Thor, dem Alt-Wismar-Thor und dem Mühlenwasser belegene Land bezeichnet, dessen am Mühlenteiche belegener Theil jetzt der „platte Kamp" heisst. (Vgl. Schröter's Beiträge, S. 11, und Kirchberg, bei Westphalen IV, p. 792). Der Name verlor sich, da durch die Befestigung der Stadt unter Wallenstein dieses Terrain ganz besonders umgestaltet ward.

1283. Jan. 5. Rostock. 1665.

Eike von der Neustadt zu Rostock verpfändet seinen halben Antheil an einem Schiffe mit der Verwillkürung, diesen vor Abtrag seiner Schuld nicht zu veräussern.

Eyco de noua ciuitate posuit Johanni de Borkem dimidiam nauim suam, quam habet cum Griphe, pro XXVI marcis, ita quod nec ipsam uendere poterit, nec exponere, nisi prius dicti denarii sint persoluti. Si autem idem Eyco fideiussores dicto Johanni posuerit, quibus confidere uoluerit, tunc eadem nauis de libro debet deleri. Super hiis omnibus causa commissa est Bernardo Nigro, Henrico de Sande, Thidemanno de Essende et Henrico Wittinc. Actum anno domini M° CC. LXXXIII., in vigilia epyphanie.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 61. — Getilgt.

1283. Jan. 31. Camin. 1666.

Hermann, Bischof von Camin, bestätigt dem Kloster Ivenack alle Besitzungen und Zehnten.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum ex officii nostri debito religiosam vitam eligentibus nostrum conueniat adesse presidium, precipue tamen sanctimonialibus feminis in nostra dyocesi constitutis sic consulere, sic prouidere tenemur, quatinus in eis diuina laus, cui die noctuque debent insistere, non tepescat, et vt a sancto sue religionis proposito propter defectum temporalium non deuient vel recedant. Hinc igitur est, quod ad vniuersorum presentium et posterorum noticiam volumus per-

uenire, quod nos priuilegiis sanctimonialium in Yuenak, ordinis Cisterciensis[1], dyocesis Caminensis, que habent super proprietates ac possessiones suas, perspectis et per magistrum Gerardum scolasticum nostrum diligenter examinatis didicimus, eas a suis fundatoribus et ceteris Christi fidelibus, tam uiuis, quam defunctis, in elemosinam ista, que subsequentur[2], tam in villis, quam in mansis sparsim iacentibus recepisse. Nomina possessionum et decimarum numerus hii sunt: ipsam villam Yuenak, in qua[3] situm est monasterium, cum integris decimis viginti quatuor mansorum, quos habet villa dicta, in villa Greskowe decimas XVIII° mansorum, in villa Vorenholte decimas XXX[a] mansorum, in villa Wrodowe decimas XII[cim] mansorum, in villa Pinnowe decimas decem mansorum, in villa Wakkarowe[4] decimas X mansorum, in villa Gustekowe decimas XI mansorum, in villa Tvedorp decimas unius mansi et dimidii, in villa Glandelyn decimas XXV mansorum, in villa Hassendorpe[5] decimas XIIII mansorum, in villa Bucholte decimas duorum mansorum, in villa Wittenwerder decimas duorum mansorum, in villa Nyendorpe[6] decimas XXV[que] mansorum, in uilla Magno Repelyn[7] decimas duorum mansorum, in Paruo Reppelyn decimas duorum mansorum, item IIII[or] mansos cum censu et decima pertinentes ad dotem ecclesie Cerberzyn ac decimas XIIII mansorum pertinentes ad eandem ecclesiam et VII mansorum decimas et dimidii in Benteyn pertinentes ad eandem ecclesiam et ius patronatus eiusdem ecclesie Cerbercyn[8], item ius patronatus ecclesie Kerstiansdorpe[9] cum IIII[or] mansis in censu et decimis et duos mansos in Rosenowe et totidem in villa Golenbeke cum censu et decimis ad dictarum villarum capellas pertinentes, que iure filiationis dicte ecclesie Kerstiansdorp debito sunt subiecte; item in villa Clokowe VIII mansorum decimas, in Godyn duorum mansorum decimas, item in Relyn duorum mansorum decimas de consensu nostri capituli confirmamus, necnon percepta, que a tempore donationis fidelium usque ad diem nostre donationis et confirmationis predictarum decimarum dicto cenobio et uirginibus ibidem deo famulantibus condonamus et liberaliter indulgemus. Ne igitur super hac donatione nostra et confirmatione calumpnia ualeat suboriri, presentem cartam super hoc conscriptam nostri (!) et nostre ecclesie[10] sigillis fecimus communiri. Testes horum sunt: Johannes decanus, Henricus custos, Gerardus scolasticus, Wizlauus[11], Henricus prepositus Stetinensis, Mauritius, Johannes de Warborch, Bernardus, canonici Camynenses. Data Camyn, anno gratie M° CC° LXXXIII°, pridie kalendas Februarii.

Nach dem einen Original (A) im Haupt-Archive zu Schwerin. Ein zweites daselbst befindliches (B) zeigt folgende Abweichungen: [1] Cistersiensis — [2] subsecuntur — [3] in quo — [4] Wakarowe — [5] Hassendorp — [6] Nyendorp — [7] Magno Reppelyn — [8] Cerberzyn — [9] Kerstiansdorp — [10] ecclesie nostre — [11] Gerardus scolasticus, Henricus prepositus Stetinensis, Bernardus, Wizlaus, Mauritius, Johannes de Warborch, can. Cam. — An beiden Urkunden sind die Siegelschnüre ungedrehete Fäden von rother und weisser (gelber ?) Seide. Die Urkunde A hat das Capitelsiegel verloren, B hat noch beide Siegel, das des Bischofs (wie an A) und das des Capitels. Des Bischofs rundes Siegel ist beschrieben in Bd. II, zu Nr. 799, das (neuere) Capitelsiegel daselbst zu Nr. 1245.

1283. (Febr.) Rostock. 1667.

Nicolaus von der Möhlen verkauft sein an der Wokrenterstrasse belegenes Erbe an Volquin Runge.

Nycolaus de Molendino vendidit Volquino Runggen hereditatem suam, quam habuit in Wocrentenstrata, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Herdherus et Reyneco de Lawe tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 74. — Etwa aus derselben Zeit stammt die Notiz über Runge's Aufnahme in die Stadt Rostock im Stadtbuch A, Heft 5, Lage 14^{b}, fol. 5:
„Volquinus Runge de Robele ciuis est".

1283. Febr. 5. Rostock. 1668.

Heinrich und Johann, Fürsten von Werle, verkaufen dem Kloster Doberan das Dorf Kl.-Grenz.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Henricus et Johannes dei gracia domini de Werle uniuersis sancte matris ecclesie filiis in perpetuum. Quoniam generacio preterit et generacio aduenit et omnia instabilitati sunt subiecta, idcirco necesse est, ut ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod tam presentibus, quam futuris notum esse uolumus, quod nos de maturo fidelium militum terre nostre consilio uillam nostram, que Paruum Grenzce dicitur, cum omnibus utilitatibus et prouentibus, quos eadem uilla habet in siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscinis et piscacionibus ac stagnis, in bosco et plano, nemoribus, usuagiis, campis cultis et incultis, in viis et semitis, communibus et priuatis, venerabili domino Seghebodoni abbati in Doberan pro sexcentis et viginti marcis denariorum Roztoccensium liberam et absolutam, sine numero mansorum, sed sub terminis, quos hucusque habuisse et adhuc habere dinoscitur, cum omni iure et iudicio, quod ecclesia Doberanensis in abbacia sua habet, vendidimus perpetuo possidendam, ita videlicet ut homines in prefata uilla commorantes ab exstructione urbium et poncium, ab exactione vectigalium et theloneorum et ab omni expedicione sint liberi et immunes, adeo ut nemini ex debito nisi soli deo et Doberanensi ecclesie de seruitutis iure respondere teneantur; nec aduocatum quemquam de nostris habebunt super se uel iudicem, nisi abbatem solum uel cui abbas uicem pro se commiserit iudicandi; hoc addito, ut nemo de nostris presentibus uel futuris predictam uillam de numero mansorum possit uel debeat conuenire. Ne autem ab heredibus nostris uel a quoquam alio iam dicte ecclesie vlla in posterum oriri possit calumpnia, quod absit, presentem paginam inde conscriptam testium annotacione et sigillorum nostrorum appensionibus, ut iugiter inconwlsa

permaneat, fecimus roborari. Testes vero hii sunt: milites: Henricus dictus de Flotowe, Nicolaus Gallus, Gerardus dictus de Cropelin, Jordanus de Croppelin, Johannes Cosz, Johannes de Ducin, Nicolaus de Bruseuiz; item armiger noster Reynerus dictus de Potlest; burgenses vero in Rozstok: Gerardus de Lawe, Johannes Albus et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Rozstok, anno ab incarnacione domini M° CC° LXXX° III°, nonas Februarii.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Schnüren von rother und gelber Seide hangen die fürstlichen Siegel, wie sie in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildet sind. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1529, und bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 92.

1283. Febr. 13. Rostock. 1669.

Der Rath zu Rostock beurkundet, dass Gerhard Voss in seinem Testamente sich als Schuldner dreier Rostocker Bürger bekannt habe, und ersucht den Rath zu Lübek, zu verfügen, dass diese Schulden aus den zu Lübek befindlichen Gütern des Verstorbenen bezahlt werden.

Viris prudentibus et honestis aduocato, consulibus et commun[i] ciuitatis Lubycensis consules ceterique burgenses de Rozstoc, quicquid dilectionis, seruitii potueri[n]t et honoris. Venientes ad nostram presentiam Henricus Wise et Herdherus, nostri dilecti conburgenses et socii de consilio, asserebant uoce publica, quod Gherardus Uos pie memorie testamentum suum faciens coram eis in extremis positus recognouit, quod obligatus esset Gherardo Heseler, nostro burgensi, in II marcis et dimidia et XVIII denariis, et Burchardo clipeatori in VIII marcis et dimidia, Wilbrando nostro humulario in VI marcis denariorum; et hoc sunt iidem H[enricus] et H[erdherus], nostri socii de consilio, coram nobis secundum leges ciuitatum rationabiliter protestati, quod nos ulterius coram uobis presentibus protestamur. Rogamus ergo uestram discretionem attentius, qualinus tam respectu iuris, quam nostri seruitii intuitu sic ordinare dignemini, ut iam dicta debita de bonis prelibati Gherardi defuncti, que in vestra sunt ciuitate, cum alias res vel bona non reliquerit, persoluantur et exhibitori presentium B.. absque difficultate qualibet presententur, agentes in hac parte taliter, sicut in casu simili in nostra ciuitate fieri uobis velitis. Datum Rozstoc, anno domini M° CC. LXXXIII., sabbato ante septuagesimam.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 398, aus dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Originale ohne Siegel.

1283. Rostock. 1670.

Der Rath zu Rostock vom 22. Febr. 1283 bis dahin 1284.

Anno domini M° CC. LXXXIII. consilio presidebant: Engelbertus de Pomerio, Reymbertus, Petrus de Butzowe, Henricus de Cropelin, Thidericus Friso, Albertus

de Cosvelde, Albertus Spicenaghel, Nycolaus de Molendino, Johannes Pape, Reyneco de Lawe, Conradus de Lawe, Arnoldus de Susato, Henricus Monachus, Henricus de Ore, Godescalcus, Euerardus Nycticorax, Johannes de Bruneswic et Johannes filius Yconis.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 62.

(1283.) Febr. 27. Rostock. 1671.

Die Mörder des zu Kopenhagen erschlagenen Nicolaus von Wittenburg werden verfestet.

Pro occisione Nycholai de Wittenburg per iustas sententias proscripti sunt in ciuitate Rozstoc Hennikinus de Haren, Thidemannus Wllenpund, Volcekinus, quem in Kopenhauen nequiter occiderunt, sedente pro tribunali Dethardo aduocato, Henrico Monacho, Johanne de Bruneswich, Alberto de Cosveld et Euerardo Nachtraven; presentibus: Henrico Albo et Nycholao fratre suo, Ottone de Mone, Johanne de Sternebergh, Conrado Treppere, Johanne Aurifabro, Herbordo de Abelde[re]nbeke et aliis quam pluribus. Sabbato ante carnispriuium hec contigerunt.

Nach dem Rostocker Stadtbuch B, fol. 68. — Die Zeitbestimmung beruht darauf, dass die 4 Rathsherren zusammen 1283 fungirten. Vgl. Nr. 1670.

1283. März 3. 1672.

Helmold, Graf von Schwerin, stiftet zur Memorienfeier seines Geschlechtes in der Domkirche zu Schwerin die St. Bartholomäus-Vicarei mit dem Dorfe Pingelshagen, 10 Hufen zu Grevenhagen und 5½ Hufen zu Böken.

In nomine domini. Amen. Nos Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis omnibus hoc scriptum audituris in perpetuum. Modernorum obtinuit consuetudo utilis et honesta, ea que geruntur ab hominibus pro tempore, ne simul cum tempore pereant, literarum testimonio perhennari. Hinc est, quod ad universorum, tam presentium, quam futurorum, cupimus noticiam pervenire, quod nos de benivolo ac [unanimi][1] consensu dilectorum fratrum nostrorum pariter et heredum proprietatem, reditus ac proventus decem mansorum in villa Grevinne[n]hagen, integram villam de Schonenhagen[2] [et] quinque mansos et dimidium in villa Bocken ecclesie sancte Marie sanctique Johannis in Zwerin in ipsorum terminis et disterminacionibus, [cum][3] aquis, aquarum decursibus, [agris cultis et incultis][4], pratis, pascuis, silvis, nemoribus, et cum omni iure et iudicio vasallorum nostrorum, [preter sententiam][5] maioris supplicii, videlicet manus et colli, contulimus perpetuo libere possidenda(m), instituendo ex his reditibus vicariam in honorem beati Bartholomei apostoli [atque][6] in salutem animarum progenitorum nostrorum,

et addendo dicte vicarie honus tale, quod, qui eidem pro tempore prefuerit, in die beati Bartholomei canonic[i]s[7] servicium faciet [refectoriale, et][8] anniversarium progenitorum nostrorum peragere debet in crastino dicti festi dando ad vigilias et missam unam marcam denariorum, canonico duplum, vicario simplum; elemosynam quinque marcarum, que stipa dicitur, in paratis denariis pauperibus erogabit. Preterea fratribus minoribus unam marcam, [domui sancti Spiritus][9] quatuor solidos, hospitali quatuor solidos eodem termino presentabit. Jtem vinum et oblatas ad divinum officium ecclesiis terre nostre annis singulis ministrabit. Coloni vero dictorum mansorum ad omnia iura vasallorum nostrorum in servitio, quod borgwerch dicitur, et ad defensionem terre, que vulgo lantwere dicitur, cum ceteris hominibus tenebuntur. Ut autem huius nostre donacionis libertas perpetuo stabilis perseveret et a nostris successoribus minime infringatur, presentem paginam sigilli nostri testimonio fecimus roborari. Testes huius rei sunt: Ludolphus Moltzan, Gherardus de Exen, Johannes de Dambecke, milites; clerici vero: dominus Richardus dictus Hasencop, Johannes de Trybow[10], Guntzelynus et Johannes fratres nostri dilecti, et alii quam plures fide digni clerici et layci. Datum et actum in Zweryn, anno domini M. CC. LXXXIII., in capite ieiunii.

Das Original dieser Urkunde ist nicht mehr vorhanden. Clandrian bemerkt 1603 über dasselbe (Protoc. fol. 204): „Ein vermuddeter brieff, daran der Grauen zu Zwerin insigel hanget, vnd kan man „souiel darauss noch lesen vnd versteben, dass ein Grafe zu einer Vicareien in der Kirchen zu Zwerin „gegeben hat den eigenthumb vnd hebungen an zehen Hufen zu Greuinnenhagen vnd 5½ Hufen zu Boke. „Anno domini M° CC... Das ander ist wegk." — Hederich fand eine Abschrift im Registr. eccles. Zwerin., fol. 108b, und citirt daraus an mehreren Stellen seines Index. — Der vorliegende Abdruck beruht auf dem Druck bei Rudloff, Urk.-Lief., S. 113, nach einer ungenauen und lückenhaften Abschrift in der Behrschen Sammlung, welche sich aus einer im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten niedersächsischen Uebersetzung aus dem 16. Jahrh. und aus der in einer Abschrift des 16. Jahrh. erhaltenen Bestätigungsurkunde des Grafen Nicolaus vom J. 1357 hat berichtigen lassen. Wir merken an: [1] Lücke bei R; van woldath vnsser leuen bruder vnnde erfftnemen: Ueb. — [2] Schonenhagen: R., Hed.; Pingelhagenn: Ueb., Pingelsshagen: Best.-Urk.; bei Clandrian fehlt dies Dorf ganz. Da kein Schönenhagen nachzuweisen ist, scheint es mit Pingelshagen identisch zu sein. — [3] cum: fehlt R. — [4] Lücke bei R.; Uebers.: mit water, lope der water, acker puvet vnnd vngepuvet, wyske. — [5] nostrorum pariter summo mai.: R.; iudicio tantum maioris supplicii, videlicet manus et colli, et ..borchwere.., necnon ..landtwere.. sibi et suis successoribus reservatis dumtaxat: Best.-Urk.; besunder dat hogeste ordel alse handt vnnde hals beholden wy vns vryg: Ueb. — [6] nach Ueb.; R.: Bartholomei aplicandam. — [7] nach Ueb.; canonicus: R. — [8] ref. et: eingeschaltet nach Hed. und Best.-Urk. — [9] Lücke bei R., ergänzt aus Ueb. und B.-U. — [10] Tribom: Ueb. (irrthümlich). — Gedruckt mit Verbesserungen bei Lisch, Maltz. Urk. I, S. 62.

1283. März 13. (Greifswald.) 1673.

Heinrich, Lippold, Harnest und Ulrich Behr, Ritter, verkaufen den dritten Theil der Habichtshorst (bei Sanz in Vorpommern) an den Greifswalder Bürger Eberhard von Kiel.

Uniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Hinricus Vrsus, Lippoldus Vrsus, Harnestus Vrsus, Olricus Vrsus, milites, salutem in omnium saluatore. Ut

ea, que per nos rationabiliter in presenti negocio acta sunt, robur optineant et vigorem, volumus, ut sic in eis veritas elucescat, ne successorum versucia locum habeat in eisdem. Eapropter notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos de communi heredum nostrorum consensu et voluntate Everardo de Kile, in Gripeswalt burgensi, nobis dilecto suisque heredibus legitimis vendidimus terciam partem loci, qui Hauekhorst dicitur, cum omnibus attinentiis, secundum quod nunc infra suos iacet distinctos terminos, quam videlicet Havekhorst habebit idem Everardus nomine suorum heredum ab Olrico Vrso prenotato et a suis pueris collacionis titulo, sine seruicio, iure hereditario perpetuis possidendam temporibus suisque vsibus libere profuturam. Si eciam processu temporis dicta Havekhorst sive tercia pars vendita lignis sectis et depositis in agros redigeretur, eosdem agros sue partis tercie dictus Everardus et sui heredes colent libere et sine omni decima et censu perpetualiter optinebunt. Ceterum si dictum Everardum aut suos imposterum heredes de ipsa Havekhorst aliquis impeteret, nos communiter ipsos de omni impeticione tenemur et volumus warandare. Ne autem hec imposterum infringantur, nec inmutentur a nostris successoribus, presens instrumentum predicto Everardo et suis heredibus nostrorum appensione sigillorum duximus largiendum. Testes huius rei sunt: Bolto de Kile, Gherwinus Niger, Arnoldus de Gripenhaghen, Ertmarus et commune consilium. Datum anno gratie M° CC° LXXX° tertio, III° idus Marcii.

Nach dem Original im Archive der Stadt Greifswald. An Schnüren von rother Seide hangen die 4 schildförmigen Siegel, welche hier in derselben Ordnung durch Holzschnitte, welche der Graf von Behr-Negendank auf Semlow geschenkt hat, abgebildet sind:

1) ein Siegel mit einem rechts aufsteigenden Bären, welcher eine Decke trägt, auf welcher in einer Reihe hinter einander drei Schwanenhälse stehen; über dem Bären steht im linken Oberwinkel des Schildes eine sechsblätterige Blume; die Umschrift lautet:

✠ S HЄINRICI BЄRIN[Є]I

2) ein Siegel mit einem rechts aufsteigenden Bären, welcher eine unter dem Halse und zwischen den Vorder- und Hinterbeinen seitwärts ausgeschnittene Decke trägt, auf welcher im Dreieck drei Schwanenhälse stehen, mit der Umschrift:

✠ S. LIPPOLDI . VR[SI] [DA] BARANS[T]ANE

(Vgl. Prof. Cassel im Berl. Wochenbl. 1863, Nr. 50; Lisch, Behr. Urk. III, S. 45.)

3) ein Siegel mit zwei rechts gekehrten Schwanenhälsen im obern und mit einem rechts aufsteigenden Bären im untern Theile des Schildes, mit der Umschrift:

✠ SIGILLVM : hAR[NASTI] . DIATI : [VRS]I :

4) ein Siegel mit drei rechts gekehrten Schwanenhälsen im Dreieck; Umschrift:

✠ SI[GIL]LVM . D[Ñ] . OLRIAI . BAREN

Diese Siegel sind auch bei Lisch, Urkunden des Geschlechts Behr, Bd. I, in Lithographie, Tab. II, abgebildet. — Die Habichtshorst war vermuthlich ein Theil der Hölzung des Dorfes Sanz, eines Gutes der Behr, welches jetzt im Besitze der Stadt Greifswald ist. Die Urkunde gehört dem Inhalte nach also nach Pommern; da aber die Familien Behr auch in Meklenburg ansässig sind, so ist sie hier wegen der höchst seltenen und merkwürdigen Siegel mitgetheilt.

1283. April 2. Herrnburg. 1674.

Burchard, Bischof von Lübek, schlichtet den Streit zwischen dem Bischofe Ulrich von Ratzeburg und dem Johanniter-Orden über das Patronat der Kirche in Mühlen-Eixen und die Pfarrbesetzung in Gr.-Eixen.

Omnibus presens scriptum visuris Borchardus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus salutem uite presentis pariter et future. Cum inter venerabilem patrem dominum U. Raceburgensem episcopum, ex parte vna, et magistrum ac fratres hospitalis Jerosolimitani in Elemania (!), ex altera, super possessione uel quasi iuris patronatus ecclesie in Molnecsen, Raceburgensis dyocesis, et quorundam iurium parrochialium eiusdem ecclesie, item super amotione presbyteri ecclesie in Ekessen ab eisdem fratribus, ut idem dicebat episcopus, illegitime facta, questio mota fuisset, et pro contumatia dicti episcopi, ut iidem dicebant fratres, in possessionem uel quasi iurium predictorum introducti fuissent et eis nomine expensarum in decem marcis puri argenti idem esset episcopus condempnatus; item cum pro turbata ipsorum possessione et non solutis expensis, sicut asserunt, idem fratres contra iam dictum episcopum procurassent iure uel iniuria quasdam grauaminum sententias promulgari: nos, cui earundem sententiarum publicatio fuerat demandata, partes nostras ad bonum pacis et concordie interponentes, ipsas ad ineunda pacis federa curauimus inuitare, que tandem nobis acquiescentes in nos tamquam in amicabilem compositorem contulerunt componendi inter eos vnanimiter potestatem. Cumque pro parte magistri et fratrum hospitalis prefati commendator domus in Werben frater Mauricius nobis ad faciendam pro ipsis concordiam se offerret, dicens sibi ad hoc ab eodem magistro suo coram fratribus dicte domus in Werben plenam potestatem fuisse collatam pariter et mandatum, dicto eciam episcopo pro eadem causa suam nobis presentiam exhibente, de consensu earundem parcium sic

duximus ordinandum: quod magister et fratres hospitalis predicti a thesaurario Osnabrugensis ecclesie, eorum executore, procurabunt iure uel iniuria contra iam dictum episcopum promulgatas sententias reuocari et ab eodem sibi absolutionis munus impendi iuxta traditam sibi a sede apostolica potestatem. Jtem fratres renunciabunt satisfactioni expensarum, quas expensas remittent episcopo, in quibus eis est condempnatus. Remittent eciam episcopo omnes iniurias et dampna, quas passi sunt uel incurrerunt occasione litis habite inter ipsos. Jtem renunciabunt fratres omnibus instrumentis impetratis et impetrandis super iam dicta lite uel causa et ea manibus domini episcopi ex integro presentabunt. Dominus vero episcopus predictis fratribus et eorum ordini ius patronatus vtriusque ecclesie recognoscet et cedit a questione proprietatis et possessionis in vtrisque ecclesiis, ius in hiis eorum ordini in perpetuum recognoscendo. Curam animarum episcopus conferet illis, quos iidem fratres sibi ad easdem ecclesias duxerint presentandos, et taliter instituti episcopo in episcopalibus, archidyacono in archidyaconalibus iuribus respondebunt, diffinientes, quod, si instituti ex eorum ordine fuerint, fratres sine episcopo eos mutare uel destituere poterunt et valebunt, si vero fuerint seculares et ad perpetuam curam earundem ecclesiarum ab eisdem presentati et ab episcopo instituti, ab eisdem non debent absque episcopo amoueri. Jtem dominus episcopus suas reuocabit sententias contra dictos fratres de facto uel de iure latas in locis, in quibus fuerant publicate. Jtem dominus episcopus mandabit sacerdoti, qui ecclesiam illam tenet, quod fratribus cedat et de ea se ulterius non intromittat. Jtem suis litteris fratrem Geuehardum presentabit populo et mandabit, ut sibi obediant ut pastori. Nos dei gracia Vlricus Raceburgensis ecclesie episcopus, pro nobis, et ego frater humilis Mauricius commendator domus in Werben, potestatem habens in hiis plenariam et mandatum, pro venerabili viro magistro meo per Alemaniam, in hanc compositionem consentimus, ipsam recipimus et approbamus, et ut perpetuum robur obtineat, sigillorum nostrorum munimine perhennamus. Datum et actum Herneborch, anno domini M° CC° LXXX° III°, IIII° nonas Aprilis.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. An drei Pergamentstreifen hangen:

1) das parabolische Siegel des Bischofs Burchard von Lübek: der Bischof sitzt auf einem mit Thierköpfen verzierten Sessel, erhebt die Rechte zum Segnen und führt mit der Linken den Krummstab; die Umschrift ist abgebrochen bis auf die wenigen Buchstaben:

— B — — hA — — — — — — —

2) das in Bd. II, zu Nr. 867, abgebildete Siegel des Bischofs Ulrich von Ratzeburg;

3) das runde Siegel des Comthurs von Werben: in einem stehenden Schilde eine Mütze mit zusammengeschlungenen Sturmbändern und nach links fallendem Zipfel; in den Kreisabschnitten stehen: oben die Sonne, links der Halbmond, rechts ein sechsstrahliger Stern. Umschrift:

* S. FRA — — MAVRIC — — VLMGN

— Gedruckt in Jahrb. I, S. 209; Schl.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 118 (incorrect).

1283. April 7. Rostock. 1675.

Heinrich Kruse und seine Schwester Hedwig vergleichen sich um ein Schiff und ein Haus zu Rostock.

Notum sit, quod inter Henricum Crispum et Hadhewigem sororem suam et pueros taliter est complanatum. Henricus manebit apud coggam integram, et Hadhewigis manebit apud hereditatem integram. Sed de dicta hereditate dabit eadem Hadhewigis dicto Henrico in festo pasche ad annum V marcas et post hoc iterum in festo pasche ad annum V marcas. Et sic est inter eos et pueros suos causa totalis terminata; et quod postea debent esse amici et alter alterum in omnibus promouere, et quod neuter alterum uel quisquam alium ex parte alterius de quoquam de cetero debeat impetere uel infestare, arbitratum est vtrobique sub LX marcis argenti. Actum anno domini M°CC°LXXXIII., feria quarta ante festum palmarum. Arnoldus de Susato et Godescalcus et Henricus de Ore tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 85. Dieselben Geschwister hatten schon im J. 1282 (Jan.), nach fol. 53ᵃ, einen Vergleich geschlossen: „Henricus Crispus remanebit apud dimidiam hereditatem et „apud dimidiam coggam. Si autem dimidiam coggam uendere uoluerit, denarios inde prouenientes nusquam „alias, sed in hereditatem aliam in ciuitate Rozstoc deponet et iam dictam dimidiam hereditatem et here„ditatem, que empta fuerit cum denariis de cogga prouenientibus, nusquam propter deum uel alibi poterit „erogare, sed super sororem suam iam dictam H. uel eiusdem heredes hereditabit. Ceterum easdem here„ditates nullo modo uendere poterit, nisi paupertas uel uite necessitas ad hoc cogat." — Aehnliche Verwillkürungen wie die obige kommen auch sonst vor, z. B. daselbst, fol. 55: „Notum sit, quod inter „hereditates Herdheri et Ecberti institoris sic est distinctum et ordinatum. Cloaca, sicut nunc est, per„petuo permanebit. Herdherus autem ponet tangas suas iuxta glint Egberti, sed pali sub dicto glint „existentes sunt Egberti. Et sic totalis causa est inter eos terminata, et hoc sub arbitrio V mar„carum argenti." — Verwillkürungen anderer Art: „Wolder de Stobelov arbitratus est coram consilio, „quod in anno integro non debeat ludere cum globis et tesseribus; si autem fecerit, nichil habebit in „bonis, que ipsum de amicis suis et matre contingunt. Actum M° CC° LXVIII., feria IIII" post Tyburcii „et Val." (Stadtbuch B, fol. 65). — „Domina Heylewigis vxor Gherlagi sub aqua dedit Henrico filio „suo dimidium last ceruisie; et idem Henricus coram communi consilio arbitratus est, si ipsam ceruisiam „male expenderit, quod nunquam in hereditate paterna uel materna habere debet aliquam porcionem." (Stadtbuch A, Heft 5, Lage 3, fol. 6, zum J. 1283.)

1283. April 9. Rostock. 1676.

Johann, Nicolaus und Borwin, Fürsten von Rostock, und ihre Mutter, die Fürstin Agnes, verkaufen die Mühle der Kunigunde am Rostocker Mühlendamme wegen mangelhafter Entrichtung des Zinses anderweitig an Dankmar und Gerlach zu einem Kornzins und finden Kunigunde mit 20 Mk. ab.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes, Nicolaus et Burwinus, dei gracia domicelli de Rotzstoc, eadem gratia Agnes, eiusdem ciuitatis domina predictorum domicellorumque mater, omnibus presens scriptum uidere

uel audire contingentibus salutem in eo, qui est uera salus. Ne per obliuionem hominum ea, que aguntur in tempore, recedant atque euanescant simul cum tempore, prouida discretio doctorum uirorum ammonet nos, id quod a nobis immutabiliter agitur, autentico scripturarum testimonio perhennare. Sciant ergo presentes ac posteri, quod hereditas molendini duarum rotarum in dammone Rotzstoc sitarum, que fuerat cuiusdam matrone Kunnegundis nomine, propter censum nostrum, quem ab eodem molendino per plurimos annos, sicut tenebamur, minime fuimus adepti, ad manus nostras est plenarie deuoluta. Postmodum uero acquiescentes discretorum uirorum consiliis, uendidimus eandem hereditatem Dagmaro et Gerlaco, duobus uiris ydoneis, ac ipsorum heredibus pro LXXX^{a} marcis denariorum libere possidendam; tali quippe interposita conditione, quod idem uiri et ipsorum heredes prenotati nobis ac nostris heredibus singulis annis censum nostrum, videlicet vnum last siliginis et vnum last ordeacei bracii et duo last auenatici bracii, prompte procurabunt de molendino iam dicto. Nos eciam, misericordia moti super paupertate Kunnegundis matrone prehabite, simulque precauentes, ne ipsa uel aliquis suorum heredum de cetero ullam moueant querimoniam de hereditate supradicta, dedimus eidem XX^{ti} marcas denariorum de pecunia memorata. Vt autem hec uendicio nostra ac nostrum rationabile factum ratum et inconuulsum permaneat, presentem paginam exinde conscriptam nostrorum sigillorum appensionibus statuimus muniendam. Testes huius rei sunt: Johannes Molteko, Gerhardus de Rotzstoc, Johannes Babbe, Reddagus, Fredericus de Kercdorpe, milites; Ernestus filius Simonis, Albertus Spicenagel, Reinekinus iuxta quatuor rotas molendinorum, Johannes Bruneswic, Symon et Lambertus fratres predicti Ernesti, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° LXXX° III°, V° idus Aprilis, in ciuitate Rotzstoc.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Schnüren von rother Seide hangen zwei Siegel aus weissem Wachs:

1) das auf der vorhergehenden Seite abgebildete runde Siegel des Fürsten Johann von Rostock mit einem links gekehrten, schreitenden Greifen; Umschrift:

✠ SIGILLVM IOhANNIS . DOMIGALLI DG ROZSTOC

(Das Siegel ist an der rechten Seite schon lückenhaft, es ist aber kein besseres Exemplar mehr vorhanden.)

2) das ebenfalls auf der vorhergehenden Seite abgebildete runde Siegel der Fürstin Agnes von Rostock: die stehende Figur der Fürstin hält mit jeder Hand einen Wappenschild, rechts mit einem rechts gekehrten, aufsteigenden Greifen, links mit dem holsteinschen Nesselblatt; von der Umschrift sind nur noch am Ende drei Buchstaben vorhanden:

— — — — — — — — — — ...STO.

— Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief., S. 115.

Das Rostocker Stadtbuch C enthält auf fol. 84, zum J. 1283, folgende Einzeichnung:

„Domina terre vendidit Dancmaro molendinario hereditatem in dammone, que fuerat „Rotcheri et Conegundis, et eandem sibi Thidericus clauiger a parte domine terre ratio„nabiliter resignauit. Similiter Johannes Capud et Johannes Hileghe, quicquid Coni„gundis in eadem habuit, ex parte sua resignauerunt. Sed predicta hereditas molen„dini dimidia est Gherlaci."

— Die „Conegundis molendinaria" wird auch sonst in diesem Stadtbuche erwähnt, z. B. 1281 (fol. 48) verkauft sie um 10 Mk. einen Garten auf dem Bruche, wiederkäuflich in 1—2 Jahren. Im Stadtbuche A, Heft 5, Lage 2, fol. 6b, zum J. 1281, heisst es: „Conegundis assignauit genero suo Johanni Houet etc."

1283. April. 23. 1677.

Konrad, Abt von Doberan, sichert dem Dorfe Brusow für 35 Mk. den dermaligen Umfang der Dorffeldmark und Befreiung von der Nachmessung der Aecker zu und beurkundet die dem Kloster aus demselben zustehenden Einkünfte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Frater Conradus abbas monasterii de Doberan omni generationi in perpetuum. Licet substantia veritatis verborum amminicula non requirat, expedit tamen quandoque scripturam fieri, per quam geste rei veritas clarius elucescat. Hinc est, quod tam presentibus, quam futuris notum fieri volumus litteras per presentes, quod nos de maturo seniorum domus nostre consilio, necnon de tocius conuentus nostri communi beneplacito, mediantibus beneplacitis quorumdam discretorum virorum, recepimus a colonis et ciuibus in villa nostra Brusowe manentibus XXXV marcas denariorum vsualis monete, tali condicione, vt ipsi et quilibet iusti successores eorum in eadem villa manentes agros suos cum campo adiacente, qui campus slauicalis dicitur, sicut nunc habent inter terminos et cum terminis suis vbicunque, sic perpetuo fixos ex integro possideant et quiete, ita siquidem, vt ipsi agri, qui cum prelibato slauicali campo in XIIII mansos sunt diuisi ac districti, nulla deinceps mensuratione a nobis vel a quoquam nostrorum successorum debeant vel valeant immutari vel de nouo metiri. Horum mansorum decem sunt censuales, de quibus singulis pro censu habebimus vnum tremodium siliginis annuatim cum decima, tam maiori, quam minuta, et pullis fumalibus; de tribus vero mansis, qui in villa eadem sunt liberi,

tres dumtaxat modios siliginis recipiemus; et de manso, qui nouem modios soluit sacerdoti in Cropelin, tres etiam modios siliginis annis singulis percipiemus. Jgitur ne quis in posterum huiusmodi ordinationem nostram reuocare valeat vel mutare, dictis ciuibus de Brusowe presens scriptum super eo confectum cum appensione nostri sigilli in testimonium et munimen duximus concedendum. Testes itaque huius facti sunt: viri religiosi Conradus prior, Wlfardus celerarius, Hinricus camerarius, Johannes infirmarius, monachi officiales in Doberan, Ludolfus plebanus in Cropelin; Johannes dictus Babbo, Georgius dictus Moltheko, Wernerus dictus Cranz abbatie aduocatus, milites; Theodericus dictus Brodhagen, Theodericus, Hermannus dicti Klinperowe, Bertoldus dictus Babbo, layci, ciues in Brusowe, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini M° CC° LXXXIII°, in festo beati Georgii pape.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel ist verloren, auch das aus dem Pergament der Urkunde selbst genommene Siegelband abgeschnitten.

1283. April 23. 1678.

Helmold, Graf von Schwerin, bestätigt dem Pfarrer zu Döbbersen den Fischfang daselbst, welchen seine Vorfahren bereits geschenkt hatten.

Helmold[us] dei gratia comes Swerinensis omnibus hoc scriptum audientibus in perpetuum. Solent actus humani scriptis sigillatis inseri ac firmari, ne postmodum tempore procedente per oblivionis scrupulum valeant deprauari. Eapropter scire cupimus tam posteros, quam modernos, quod nostri progenitores pie memorie gurgustrum supremum in piscina Doberschen collocatum pro suarum remedio animarum ecclesie dicte ville in supplementum expensarum plebani deo ibidem pro sue possibilitatis modulo seruientis liberaliter perpetuo contulerunt. Vt igitur hoc pium factum, quod gratum habemus ac ratum tenere volumus, maneat a nostris successoribus illibatum, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXIII., in die beati Georgii martyris.

Nach einer Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. Die Urkunde ist ungenau und mit der falschen Jahreszahl 1282 gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 2955, und Westphalen, Mon. III, p. 1705. Die Jahreszahl 1283 geben auch eine hochdeutsche und eine niederdeutsche Uebersetzung im Haupt-Archiv zu Schwerin.

1283. Mai 16. Lübek. 1679.

Helmold, Graf von Schwerin, und Burchard, Graf von Wölpe, ermächtigen Namens des Herzogs von Sachsen die Stadt Lübek, mit den wendischen Fürsten und deren Mannen und Städten, den dermaligen Feinden des Herzogs, ein Landfriedens-Bündniss zu schliessen.

Omnibus hoc scriptum inspecturis Helmoldus dei gratia comes Zwerinensis, Borchardus dei gratia comes de Welpia salutem in omnium salutari. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod, cum ciues Lubicenses in dissensione inter illustrem ducem Saxonie, ex vna, et dominos Slauie, vasallos et ciuitates eorum, ex altera, tempore aliquo perdurante, ipsis ad communem terre pacem firmiter obseruandam compromittere non auderent, eo quod ipse dominus dux sit predicte tutor nomine imperii ciuitatis, cum igitur nos simus iurati et ipsius consilii potiores, de ore dicti ducis pariter et consensu consuluimus et mandauimus ipsis ciuibus Lubicensibus, quod cum predictis dominis, vasallis et eorum ciuitatibus pace facta se in unum confederarent violentie et iniurie cuilibet resistendo. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXX° III., dominica Cantate.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 400, aus der Urschrift auf der Trese zu Lübek. An Pergamentstreifen hangen:

1) das in Bd. II, Nr. 1201, abgebildete Siegel des Grafen Helmold von Schwerin, in der Umschrift verletzt,

2) das schildförmige Siegel des Grafen Burchard von Wölpe mit zwei verbundenen Schröterhörnern im Felde; zwischen diesen und in jeder Schildecke steht eine Lilie; Umschrift:

— — — — — DG WGL — —

1283. Mai 24. Neu-Kalen. 1680.

Die Rathmänner von Neu-Kalen beurkunden, dass das Kloster Dargun ihrem Mitbürger Johann Meineke auf seine, seiner Frau und seines Sohnes Lebenszeit die beiden von ihm erkauften freien Schulzenhufen zu Warsow, doch ohne das Schulzengericht, verliehen hat.

Hinricus Slauus, Petrus de Warburg, Fridericus Vormen, Hinricus de Clobesowe, consules opidi Kalant, vniuersis hanc litteram visuris salutem in omnium saluatore. Vniuersitati vestre tenore presencium protestamur, Johannem conciuem nostrum cognomine Meyneko duos mansos liberos in uilla Warsowe sitos pro quinquaginta marcis ab eiusdem ville villico comparasse, quos dominus Hilduardus abbas ecclesie Dargunensis cum consensu conuentus sui eidem porrexit, seruato tamen sibi et ecclesie sue omni iudicio, quod ad eosdem mansos racione villicacionis aut alio quoquo modo uidebatur pertinere, tali eciam interiecta condicione, videlicet vt, cum idem Johannes vna cum vxore sua Alburg dicta et

filio suo Meyneko uocato ex hac uita migrauerit, predicti mansi absque ulla retractacione vel heredum contradictione ad ecclesiam Dargunensem libere reuertantur. Preterea Volradus Sagittarius et Hermannus Scerpink simul cum prefato Johanne manu coniuncta promiserunt, quod idem Johannes in lignis succidendis et pascuis depascendis nichil prorsus aget, nisi quod de beneplacito Dargunensis ecclesie fuerit et consensu. Ne ergo hoc racionabile factum per obliuionem posteris in dubium ueniat, presentem paginam exinde conscriptam damus ipsis fratribus in Dargun sigillis opidi nostri videlicet et ipsorum abbacie consignatam. Datum Kalant, anno gracie M° CC° LXXXIII°, ante ascensionem feria secunda.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An weissen leinenen Fäden hangen 2 Siegel:

1) das hieneben auf Kosten der Stadt Neu-Kalen abgebildete Stadtsiegel von Neu-Kalen: unter dem Stadtthore der rechts gelehnte Schild mit dem Stierkopfe und über dem Schilde der Helm mit Helmbusch, das Wappen der Fürsten von Rostock; Umschrift:

✠ SIGILLVM : CIVITATIS : DC : CALANT

— Dies Siegel ist auch abgebildet bei Milde, Mekl. Städtesiegel, Heft I, Taf 12, Nr. 28.

2) An zweiter Stelle hängt ein kleines parabolisches Siegel mit der Gestalt eines Abtes, welcher mit der Rechten einen Stab und mit der Linken einen Kelch vor die Brust hält; Umschrift:

✠ SIGILLVM . ABBATIS . I . DARGVN

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 172.

(1283.) 1681.

Entwurf eines Bündnisses gegen die Markgrafen von Brandenburg, zur Aufrechthaltung des Landfriedens, zwischen dem Herzoge Johann von Sachsen, mehreren wendischen Fürsten und deren Mannen, einerseits, und verschiedenen Städten, namentlich Lübek, andererseits.

Notum sit, quod dominus Johannes Saxonie dux, domini Slauie tales et taliter et eorum vasalli et ciuitates tales et taliter se federauerunt iuramentis et fidei promissis, quod quiuis eorum alii debet assistere in omnibus iustis causis. Vnde si vel alicui de premissis dominis vel eorum vasallis vel ciuitatibus seu ciuitatum incolis, eciam quibuscunque rurensibus terras istorum dominorum et vasallorum inhabitantibus, quicquam iniurie vel indebiti grauaminis inferretur, super tali grauaminis iniuria omnes ad istam confoederacionem pertinentes peticionibus et procuracionibus, quibus poterint, ordinare studebunt, quod talis iniuria retractetur. Si vero tali via infra mensem finis debitus non fuerit consecutus, et si grauamen

vel iniuria contra iusticiam, vt dictum est, illata fuerint dominis aut vasallis, tunc dicte ciuitates coniunctim in hac presenti gwerra (contra dominos marchiones) seruient dominis vel vasallis cum CC dextrariis, de quibus ipse ciuitates iam quitauerunt L dextrarios cum duce Saxonie, ex eo quod ei M marce denariorum Lubecensium sunt collate. Sin autem ciuitatibus et earum inhabitatoribus iniuria grauaminis inferetur, super tali modis prehabitis omnes ad hanc confederacionem pertinentes peticionibus et promocionibus infra mensem facient, quicquid poterint, quod illud in statum debitum perducatur, vt, si via tali non valeat retractari, domini et vasalli predicti iuuent ciuitates et earum incolas cum CCCC dextrariis (et in omnibus terris). Jtem si predictis dominis et vasallis et ciuitatibus visum fuerit expedire, quod ad aquas nauigio quicquam contrectari debeat de premissis, tunc ciuitates pro C dextrariis cum CC armatis viris bene expeditis nauigio seruient, quantum possunt. Preterea si dicti domini cum ciuitatibus gwerram cum dextrariis aggressi fuerint, tunc rustici vel villani terras dictorum dominorum inhabitantes de quibuslibet VI mansis cum uno equo seruient (p[a]lefredo) et eciam uno viro. Ceterum si domini cum ciuitatibus inimicorum terras intrauerint et ibi per exactiones, que vordinginge dic[un]tur, vel per captiuos (aut per res ab inimicis optentas) bona vel pecunia fuerit conquisita, de illis due partes cedent dominis et tercia pars debet ciuitatibus exhiberi. Volumus eciam, quod omnes strate dictarum terrarum sint pacifice transeuntibus tali modo, vt, si cuicunque rebus aut corpore fuerit illatum quicquam grauaminis aut iniurie, omnes, ad quos clamor et schrichte taliter pregrauati peruenerit, insequi debent eum vel eos, qui iniuriam intulerint, valide toto posse; qui vero tales maleficos audito schrichte non fuerint insecuti, illi debent soluere et emendare, quicquid passo vel passis iniuriam est illatum. Eodem modo fiet ad aquas eadem securitate et insecucione, sicut ad terras est superius ordinatum. Si vero quisquam dominorum, vasallorum vel ciuitatum paucorum aut plurium de premissis premissa violauerit, aut, ut est prehabitum, cooperari noluerit, illum monebunt sui proprii vasalli et ciuitates cum ceteris dominis, vasallis et ciuitatibus, quod memor sue fidei et iuramenti infra mensem faciat in hiis omnibus, que promisit. Si vero tam pertinax fuerit, quod in hiis facere noluerit, quod tenetur, ille pro hoste tenebitur et ipse per predictos omnes et per eius proprios vasallos et ciuitates gwerris inuadetur per omnia sicut hostis, et tandem, eo conuicto, ipse soluet omnes expensas in talibus erogatas. Eodem modo erit de ciuitatibus et vasallis, si rebelles fuerint et si non tenuerint omnia, quemadmodum in presenti pagina sunt expressa. Jtem omnes ciuitates in hac confederacione comprehense perfruentur tam in theloneis, quam vngeldis, quam in omnibus aliis iuribus, libertatibus et graciis, priuilegiis ac aliis ostensionibus, quas demonstrare poterint se habere et hactenus habuisse, que singula debent cuilibet ciuitati, secundum quod demonstrauerit, innouari. Et specialiter libertates et gracie et omnia iura, que Lubicensibus sunt concessa in omnibus

terris et terminis, que fuerant sublimium dominorum Barnim et Warcislai ducum Slauorum, debent ipsis Lubicensibus innouari et de nouo priuilegiis conferri ciuitatibus in confederacionibus huiusmodi comprehensis. (Preterea domini, vasalli et ciuitates ac omnes in hac confederacione comprehensi non aggredientur aliquam gwerram racione grauaminis cuiuscunque, nisi de communi consilio eorum, qui pertinent ad confederacionem presentem.) De rectore seu iudice et iuratis assessoribus eius quolibet anno innouandis. De domino, vasallo vel ciuitatense iurato decedente et alio loco sui iurare volenti. De pandatione facienda super aduersarios.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 401. „Das auf der Treso befindliche Original ist offenbar ein blosser Entwurf mit vielen Correcturen und Einschiebseln auf einem länglichen Pergamentblatte, ohne Spuren eines Siegels. Die in dem gegenwärtigen Abdrucke mit ( ) eingeklammerten Worte sind im Originale durchstrichen." — Die Verbindungs-Urkunde, welche aus diesem Entwurfe hervorgegangen ist, folgt unter Nr. 1682.

1283. Juni 13. Rostock. 1682.

Johann, Herzog von Sachsen-Lauenburg, und die Fürsten, Vasallen und Städte der wendischen Ostseeländer schliessen ein Landfriedensbündniss vorläufig auf zehn Jahre.

In nomine domini. Amen. Johannes dei gracia dux Saxonie, Bugezlaus dei gracia dux Slauorum, Wizlaus dei gracia princeps Ruianorum, Henricus et Johannes dei gracia domini de Werle, Helmoldus et Nicolaus dei gracia comites Szwerinenses, Bernardus dei gracia comes de Dannenberg, Johannes, Hinricus et Johannes dei gracia domini Magnopolenses, Johannes, Nicolaus et Borwinus dei gracia domicelli de Rozstock, vniuersique fideles et vasalli intra terras et terminos dictorum dominorum constituti, consules et vniuersitas ciuitatum Lubeke, Wismarie, Rozstok, Stralessund, Gripeswald, Stetin, Demin et Tanclim, necnon omnes ciuitates earundem terrarum, vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris salutem in eo, qui est salus omnium. Quantum sit emolumentum pacis et hominibus et terris, in quibus pax vigere dinoscitur, et quod ex aduerso detrimentum sit eis, intus quos hominum pestilencium et peruersorum malignitas nullo pacis aut iusticie timore refrenatur, omnium prudencia non ignorat. Et si princeps ac terrarum domini suscipiunt pacem, populo tunc in fidelibus, vasallis, ciuitatibus atque subditis ualebit iusticia reperiri; nisi enim iusticia et pax se mutuis recipiant osculis, necesse est secundum prophetam, ut et longe stet iusticia et veritas corruat in plateis. Cum igitur pax bonusque status nobis cordi sint, sicut debent, notum esse volumus tam posteris, quam presentibus, quod nos fide data iuramentisque prestitis confederati sumus ita, quod quilibet alii debet assistere in omnibus iustis causis. Vnde si cuiquam de premissis principibus, dominis uel eorum vasallis aut ciuitatibus uel ciuitatum incolis siue eciam quibuscunque ruren-

sibus uel villanis terras istorum principum et dominorum vel eciam bona vasallorum inhabitantibus quicquam iniurie uel indebiti grauaminis illatum fuerit, super talis grauaminis iniuria omnes ad hanc confederacionem pertinentes peticionibus et procuracionibus, quibus potuerint, ordinare studebunt, quod talis iniuria retractetur. Si uero tali via infra mensem finis debitus non fuerit consecutus et si grauamin[is][1] iniurie contra iusticiam illate sunt dominis aut vasallis, tunc dicte ciuitates coniunctim cum ducentis dextrariis, eciam in hoc presenti bello et gwerra, seruient dominis et vasallis suis propriis sub expensis, de quibus ipse ciuitates quinquaginta dextrarios iam quitauerunt cum domino Johanne duce Saxonie, ex eo quod mille marce Lubicensium denariorum sibi a(c) ciuitatibus sunt collate, que mille marce si ciuitatibus restitute fuerint, tunc ipse seruient iterum dextrariis cum ducentis. Si uero ciuitatibus et earum inhabitatoribus iniuriam grauaminis inferri contigerit, super tali grauamine modis prehabitis omnes ad istam confederacionem pertinentes peticionibus et promocionibus aliis infra mensem facient, quidquid potuerint, quod illud in statum debitum reducatur; et si talis iniuria via huiusmodi retractari non valebit, principes, domini et vasalli iam dicti sub suis expensis propriis ciuitates iuuabunt et earum incolas cum quadringentis dextrariis, preter dominum Johannem ducem Saxonie et Helmoldum et Nicolaum comites de Zwerin, necnon dominum Johannem Magnopolensem atque dominum Bernardum comitem de Dannenberg, qui dominos ceteros et ciuitates pro suo posse iuuabunt, et aliis principibus et dominis se nulla racione adiungent, nec in ciuitates eorum et municiones quempiam in dampnum dominorum et ciuitatum sub confederacione predicta conclusorum intromittent, nec ipsas debent cuiquam aperire. Ceterum si predictis principibus, dominis et vasallis atque ciuitatibus visum fuerit expedire, quod ad aquas nauigio de premissis quicquam contractari debeat, tunc pro quolibet centenario dextrariorum principes et domini vna cum ciuitatibus cum ducentis armatis uiris bene expeditis nauigio seruient, quantum possunt. Preterea si dicti principes et domini cum ciuitatibus equites bellum siue gwerram agressi fuerint, tunc rurenses et villani terras dictorum principum et dominorum inhabitantes de quibuslibet sex mansis cum vno equo seruient et vno viro armis sibi decentibus expedito. Jtem si prefati domini [cum] ciuitatibus inimicorum terras intrauerint et ibi per exactiones, que vordinghe dicuntur, pecuniam aliquam uel bona acquisierint, uel eciam per captiuos, tam intra terras, quam extra terminos suos, eorundem dominorum, ab ipsis bona conquiri contigerit, vbicumque locorum uel qualitercumque conquisita fuerint, hec, sicuti captiui, secundum numerum armatorum in hoc pro vtraque parte existencium equaliter diuidentur. Si uero de ciuitatibus captiuari contigerit et domini captiuos aliquos superstites habuerint, super eos, cum quibus suos homines, si qui de suis forsan captiuati fuerint, bene possunt redimere, illos inquam captiuos superstites dabunt in concambium pro eis, qui sunt de ciuitatibus captiuati, et e conuerso facient ciuitates. Si autem dominorum

quempiam captiuari conti(n)gerit, ille se ipsum redimet. Sed si a uasallis et ciuitatibus princeps aliquis siue dominus fuerit captiuatus, ille debet dominis ad vsus eorum tantummodo in subsidium presentari. Et si domini municionem aliquam perdiderint, dampnum subportabunt, si autem aliquam ceperint et expugnauerint, profectum habebunt; sed pro recuperacione municionis predicte omnes vnanimiter, quantumcumque poterunt, laborabunt. Jtem omnes strate dictarum terrarum pacifice debent esse transeuntibus tali modo, ut, si cuiquam rebus aut corpore fuerit illatum quicquam grauaminis et iniurie, omnes, ad quos clamor siue scruchte taliter pregrauati peruenerit, insequi debent eum uel eos, qui iniuriam intulerunt, ualide toto posse; et qui tales maleficos audito scruchte non insecuntur, et eos post hec de hoc incusari contigerit, quod, sicut tenebantur, s[e]cuti[2] non fuerint, ac se super eo, quod clamor ad ipsos non peruenerit, excusare voluerint: si miles est, armiger siue famulus, quinque pociores et meliores de tota perantela (!) sua et amicis assumet, et sic ipse sextus existens se ab obiectis huius[modi] expurgabit, villanus vero siue rurensis ipse decimus nouem melioribus sue condicionis et fide dignioribus coassumptis. Quicumque vero, sicut prehabitum est, se expurgare recusauerint, illi soluent et emendabunt, quidquid passo uel passis iniuriam est illatum. Eodem modo fiet ad aquas eadem pace, securitate et insecutione, sicut est ad terras superius ordinatum. Ceterum si predonem aliquem, incendiarium, homicidam uel latronem siue maleficum talem deprehendi contigerit, ita quod crimen publicum sit et notorium, neque princeps[3], neque dominus, neque vasallus, neque aduocatus, neque ciuitates, neque iudices, qualescumque fuerint, pecuniam ullam siue donum accipient, sed idem pene et sentencie iuris, quam meruit, modis omnibus subiacebit. Jtem nullus omnino, qualiscunque sit, maleficum quemquam manutenebit uel fouebit: sed si forsan esset aliquis, qui maleficum aliquem fouere uel manutenere presumeret, cuiuscumque condicionis hic extiterit, pro hoste per omnia sicut maleficus est tenendus. Verum si maleficus quisquam euaserit, ille per omnes terras supradictorum dominorum et ciuitates quaslibet habebitur pro proscripto. Si autem quisquam prelibatorum principum, dominorum, vasallorum uel ciuitatum premissa violauerit, aut, vt est prehabitum, cooperari noluerit, illum monebunt sui proprii vasalli et ciuitates cum ceteris dominis, vasallis et ciuitatibus, quod memor sue fidei et iuramenti infra mensem faciat in hiis omnibus, que promisit; et si tam pertinax fuerit, quod in hiis facere noluerit, quod tenetur, ille pro hoste tenebitur et ipse per predictos omnes et per eius proprios vasallos et ciuitates gwerris invadetur per omnia sicut hostis, et tandem, eo conuicto, ipse soluet omnes expensas in talibus erogat[a]s[4]. Eodem modo erit de ciuitatibus et vasallis, si rebelles fuerint et non tenuerint omnia, quemadmodum in presenti pagina sunt expressa. Preterea si vasallos inter se discordare contigerit, rectores, iudices et iurati, qui pro tempore statuentur, sibi causam illorum assument et ipsam diligencius discucientes iniustam partem compescent, iustam vero in omni-

bus tuebuntur. Jnsuper nullus omnino hostes in cibariis, nec in vno, nec in alio, confortabit; sed si forsan quisquam esset, qui hostes in cibariis uel in aliquibus aliis confortare presumeret, qualiscumque talis esset, pro hoste deberet per omnia reputari. Jtem vniuersi supradicti principes et domini conscensum ad hoc adhibuerunt plenarium, quod ciuitates eorum, tam magne, quam parue, ciuitatibus ceteris in omnibus secundum [s]uam possibilitatem assistant. Jtem omnes ciuitates in hac confederacione comprehense perfruentur tam in theloniis, pedagiis et exaxcionibus dictis vnghelt, quam in omnibus aliis, iuribus, libertatibus et graciis, quas priuilegiis uel aliis ostensionibus demonstrare potuerint se habere et hactenus habuisse, que singula debent cuilibet ciuitati, secundum quod demonstrauerint, innouari. Sed specialiter libertates et gracie et omnia iura, que Lubicenses habuerunt in omnibus terris et terminis, que fuerant sublimium dominorum Barnim et Warzlai ducum Slauorum, debent ipsis Lubicensibus innouari et per auctentica priuilegia de nouo conferri. Ciuitatibus uniuersis in confederacionibus huiusmodi comprehensis, similiter et vasallis debent omnia iura, libertates et gracie, quas a primis et antiquis unquam habuerunt temporibus, inuiolabiliter obseruari. Ceterum sepedicti principes et domini cum marchionibus vel hostibus suis aliis composicionem prorsus nullam inibunt, nisi sit cum voluntate ciuitatum communium et consensu. Omnia vero placita memorata et statuta atque pax per decem annorum durabunt circulum; et si extunc vasallis et ciuitatibus vtile et expediens visum fuerit, ut perdurent diucius, per quantum temporis ipsis placuerit, perdurabunt ulterius, quod tamen nequaquam in dominis, sed in vasallis et ciuitatibus tantum stabunt (!). Si autem quemquam dominorum antedictorum medio tempore ab hoc seculo emigrare contigerit et si filii sui seu heredes prelibata seruare rennuerint, vasalli, fideles et ciuitates ipsis homagium siue vasallagium nequaquam facient, nec ipsos debent habere pro dominis, nisi prius seruent omnia, que sunt superius memorata. Si vero vasallus quisquam mortuus fuerit, filii sui seu heredes idem, quod pater promisit, facient; alioquin principes et domini bona sua feodalia nequaquam porrigere sibi debent. Ad omnia antedicta statuenda et ordinanda, necnon errata corrigenda, tam de vasallis, quam discretioribus ciuitatum singulorum dominorum et terrarum, rectores, iudices et iurati singulis suis debent eligi, qui quater in anno quolibet, videlicet in octaua pasche, in octaua beati Johannis baptiste, in octaua beati Michaelis et in circumcisione domini, secundum quod apud se decreuerint, debent ad statuendum, ordinandum et corrigendum singula conuenire; et quicquid ab ipsis extricari et enodari nequiuerit, ad euocandum et iudicandum ad dominum Johannem ducem Saxonie deferetur, qui ab vniuersis dominis et vasallis et ciuitatibus super hiis omnibus iudex et capitaneus est electus; et si per aliquam absenciam, extra terras forsan existens, presens esse non poterit, cum consilio et voluntate prehabitorum dominorum, vasallorum et ciuitatum iudicem debet ponere loco sui. Super hec omnia, si qui vasalli essent uel ciuitates intra sepedictorum

dominorum terras et terminos, qui se ab huiusmodi pactis et confederacionibus uellent abstra[h]ere, illi iuribus, libertatibus et graciis prehabitis minime perfruentur. Quod autem tam racionabile [factum][5] et salubre inmutari non valeat uel infringi, prelibati principes et domini, videlicet: Johannes dux Saxonie, Buge(r)zlaus dux Slauorum, Wizlaus princeps Ruianorum, Henricus et Johannes domini de Werle, Helmoldus et Nicolaus comites Zwerinenses, Johannes, Hinricus et Johannes domini Magnopolenses, Bernardus comes de Dannenberg, Johannes, Nicolaus et Borwinus domicelli de Rozstock, fide, pactis et iuramentis prestitis compromittentes coniurauerunt vna cum vasallis et ciuitatibus vniuersis intra suas terras et terminos suos constitutis, necnon ciuitate Lubicensi, ita quod quilibet alii in omnibus superius fideliter expressis debet asistere et insuper in cunctis aliis iustis causis. Sunt autem hii milites et vasalli, qui una cum dictis principibus, dominis et vasallis in manus ciuitatum, et e converso civitates in manus eorum fide data et iuramentis prestitis promiserunt: cum domino Johanne duce Saxonie spoponderunt et iurauerunt hii: Vol[c]marus et Vol[c]marus[6] filius eius, Dauid de Carlowe, Ditleuus de Parkentin, E[m]eke[7] Hake, Heyno Schacke de Lunenborch, Hartwicus de Ritzerowe[8], Johannes de Balch, Borchardus de Gezow, milites, Johannes de Crumesse, famulus; cum domino Wizlao principe Ruianorum: Matheus et Euerardus fratres dicti Molteken, Nicolaus de Diuiz, Henricus Pape, Wernerus de Tribeses, milites; cum comitibus de Zwerin: Ludolfus Molsan et Fredericus filius suus, Ludolfus Hasenkop, Johannes de Dambeke, Ericus, Anthonius, Voz de Retberg, Gherrardus de Eczen, Stochuisch, milites; cum domino Bernardo comite de Dannnenberg: Eghardus Ribo, Bertoldus de Stortelebo[t]le[9], milites; cum domino Johanne Magnopolensi: Fred[e]ricus Smekere, Eggehardus de Gutow, Hinricus de Bulow, milites, Nicolaus de Bulow, famulus; cum Henrico et Johanne dominis de Werle: Godeko Luch, Volradus Dargez, Johannes Koz, Nicolaus Gallus, H. de Vlotow, Tidericus de Büren, Jordanus et Gherrardus fratres de Cropelin, Johannes Cabolt, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Sifridus de Kuthdorp, Radolfus de Hunwardestorp, Grub[o], Duding, Volzeke Tunneke, Mathias Galerus, Hermannus de Langhe[v]orde[10], Heydenricus de Lu, Bernardus de Lesten, Johannes de Goldenbog, Jo. de Duc[zi]n[11], Johannes de Lipe, Hen. Storm, milites; cum H[enrico] et Johanne domicellis Magnopolensibus: Bertoldus Pren, Otto de Reuentlo, Hinricus de Barnekow, Ludolfus de Trauenemunde, Benedictus de Rodenbeke, Hennigus de Stralendorp, Marquardus de L[o][12], Gherrardus et Hartwicus fratres dicti Metzike, Hennigus dictus de Cremon, Johannes de Sernin, Otto Wackerbart, Gotdescalcus Pren, Tedwicus de Ord[z]en[13], Godeke Dotenberch, milites; cum Johanne et N[icolao] et Borvino domicellis de Rozstok: Gerardus de Rozstok, Johannes Babbe, Reddagus, Johannes, Fredericus et Conradus fratres dicti Molteke, Goscalcus Polene, Henricus Lupus, Georgius Molteke, Gerardus de Oldendorp, Henricus de Tune, Godeke de Tribow, Henricus Kat,

Lambertus de Manegoldeshaghen, Volradus Smeker, Bordeko et Tidericus de Kalant, Bertoldus de Jork, Wernerus de Axekow, Bertoldus Latekop, Fredericus Ker[c]dorp[14], Wernerus Gezevitz, Marquardus de Dragun, milites, et alii quam plurimi milites et armigeri fide digni. Ad euidenciam autem pleniorem prehabitorum et firmitudinem [c]erciorem[15] omnium memoratorum principum et dominorum atque ciuitatum sigilla anexa sunt presenti cartule ad cautelam. Actum et datum in ciuitate Rozstok, anno domini M° CC° LXXXIII°, dominica proxima ante festum beati Viti.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 403 figd., aus einer „auf der Trese [zu Lübek] befindlichen gleichzeitigen Ausfertigung ohne Siegel." Doch gibt diese Ausfertigung fehlerhaft: [1] grauamine — [2] sicuti — [3] (n. pr.: fehlt L. U.-B.) — [4] erogatis — [5] fecimus — [6] Volemarus et Volemarus — ([7] Eineke und [8] Retzekow: sind Druckfehler) — [9] Stortelebocle — [10] Langhebordo — [11] Duclen — [12] Le — [13] Orden — [14] Keredorp — [15] Serciorem. — Früher gedruckt: bei Sartorius II, S. 127, und darnach und nach einer Revision des Prof. Dr. Deecke bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 65, Hahn. Urk. I B, S. 94; Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 39, Nr. CLIII.

1283. Juni 23. Rostock. 1683.

Die Stadt Rostock macht bei dem Juden Salathiel eine Anleihe und verheisst demselben Schutz und für den Fall, dass er sich über einen längeren Aufenthalt mit der Landesfürstin nicht einigen würde, freien Abzug.

Notum sit, quod Salathiel Judeus concessit ciuitati Rozstoc CCC marcas, et in festo beati Johannis baptiste ad vnum annum C et L marce sibi debent restitui, et extunc ulterius ad vnum annum in eodem festo beati Johannis C et L marce sibi restituentur a ciuitate impedimentis omnibus amputatis. Actum anno domini M° CC° LXXXIII., in vigilia beati Johannis baptiste. Si autem dictum S. Judeum ab hoc seculo emigrare contigerit, ipsa ciuitas memoratos denarios vxori sue et pueris temporibus antedictis persoluet. Et insuper ipsa ciuitas eundem S. Judeum et vxorem suam et pueros in suam protectionem recepit. Finitis autem duobus annis, si cum domina terre vniri non poterit, cum bonis suis recedendi habebit liberam potestatem, ita quod a nemine debet impediri, et ad hoc ciuitas ipsum modis omnibus adiuuabit. Preterea[1] ciuitas dabit in festo beati Michaelis eidem S. Judeo C et IIII marcas de censu dando domine terre, item[2] XXVIII solidos, in quibus ciuitas tenetur eidem.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 65. Die Worte: [1] „Preterea — terre" sind anscheinend später nachgetragen, noch später die Worte: [2] „item — eidem". An die ersteren schliesst sich die nächste Einzeichnung an: „Item ciuitas dabit de eodem censu Alberto de Cosfelt XXVIII marcas et II solidos, et Johanni Albo XL marcas". Diese wie die Worte „Preterea — eidem" sind der Länge nach durchstrichen; später ist die ganze obige Einzeichnung durch Kreuzlinien getilgt. — Vgl. 1284, Nov. 8, und 1286, Juni 28, auch Nr. 1684.

1283. Rostock. 1684.

Der Rath zu Rostock gestattet dem Juden Salathiel nebst seinen Kindern auf Widerruf, sein Haus zu bewohnen und dasselbe, doch nur mit Genehmigung der Stadt, zu verkaufen.

Notum sit, quod hereditas illa, in qua Salathiel Judeus moratur, ab eodem Judeo est ad manus ciuitatis resignata, ita quod idem Salathiel Judeus et pueri sui in ipsa morabuntur et ea libere perfruentur, quamdiu in uoluntate fuerit ciuitatis; et si uendere uoluerit, habebit liberam facultatem, et hoc, si in voluntate fuerit ciuitatis.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 88. Getilgt. — Auf fol. 56, zum Jahre 1282, findet sich diese Einzeichnung: „Johannes Mutere vendidit Henrico de Dannenbergh hereditatem suam, in qua Judeus moratur, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit." Getilgt. — Vgl. Nr. 1683, und über Salathiel's Haus die Stadtbuch-Inscriptionen vom Jahre 1288.

1283. Rostock. 1685.

Adelheid Vot verkauft ihr Erbtheil und wird mit 90 Mk. ins Kloster gegeben.

Alheydis filia Conradi Vot vendidit Johanni Cintener sororio suo suam sextam partem hereditatis et omnes res et bona, que sibi cedere poterant, et sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Et proinde cum XC marcis claustro est tradita. Volmarus de Cosfelt, Bruno Friso et Johannes Piesten, tutores eiusdem Alheydis, presentes fuerunt et Conradus de Buren et Jordanus Rufus assensum plenarium adhibentes. Arnoldus de Susato et Euerardus Nycticorax tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 88. Getilgt. — Vermuthlich bezeichnet „claustrum" das Kloster zum heil. Kreuz in Rostock, welches sonst in den Stadtbüchern oft nur durch „moniales" oder „claustrum dominarum" ohne den Zusatz „S. Crucis" bezeichnet ist.

1283. Juni 24. Neu-Kloster. 1686.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und deren Söhne Heinrich und Johann verleihen dem Kloster Sonnenkamp (Neu-Kloster) das Dorf Nepersmühlen mit der Mühle und einem Theile der Fischerei auf dem angrenzenden See und dem Teiche Borkow.

In nomine domini. Amen. Anastasia et filii eius Heinricus et Johannes dei gracia domini Magnopolenses omnibus hoc scriptum cernentibus post salutem

presencium presidium futurorum. Quoniam humanitatis memoria temporum reuolucione, rerum occupacione in obliuione consenescit, littere perseuerantis remedio labenti memorie prudenter consulitur, vt, quecumque pie deuocionis ordine sub ueridicorum testimonio uirorum fuerint decisa, posteritatis successio, que prona semper reperitur ad malum, in irritum numquam ualeat reuocare. Itaque cum progenitores nostri a primo cultu christiane fidei ecclesiarum lucris et locorum spiritualium intenderint efficaciter incrementis, ut eas de suis proprietatibus copiose dotarent et in pace ac tranquillitate in diebus suis studiosissime conseruarent, nos eorum uestigia fideliter consectantes claustro ancillarum Christi in Campo Solis, ut iugiter dilecti patris nostri et precordialissime matris nostre simulque nostri memoria in earumdem sanctis oracionibus cum participacione bonorum operum, que ibidem exercentur, reuiuiscat, contulimus villam Newopersmolen in terminis suis cum molendino et omnibus reditibus eius, in stagno adiacenti quartum dimidium tractum cum sagena et piscina Borchowe, secundum quod distenditur in terminis domini[1] nostri ad medium aque, que uocatur Mildeniz; concedimus autem eidem claustro iudicium tale, sicut habet in aliis uillis terre nostre. Vt ergo hanc donacionem nostram, quam ex libenti animo et gratuito fecimus ex affectu, nullus successorum nostrorum presumat in posterum irritare aut in aliquo deprauare, sigillis nostris presentem paginam fecimus communiri. Testes autem sunt: patrui nostri dominus prepositus Zverinensis et dominus Johannes de Godebuz; clerici: dominus Heinricus de Bybowe, Gerardus de Naquinesdorpe; milites autem: Benedictus de Rodenbeke, Conradus Pren, Gunterus de Lewezowe. Quicumque ergo contra hoc factum nostrum aliquid malignari presumpserit, dei omnipotentis et beatissime genitricis sue indignacionem se nouerit incursurum. Hec in Campo Solis facta sunt, anno incarnacionis dominice millesimo CC° LXXXIII°. Datum in natiuitate sancti Johannis baptiste.

Nach dem Diplomatarium des Klosters Neu-Kloster aus dem Ende des 13. Jahrhunderts. [1] domini steht wahrscheinlich statt dominii, wenn man domini nicht auf den pilgernden Gemahl der Fürstin beziehen will.

Ueber das Original dieser Urkunde sagt D. Clandrian in einem Repertorium der Urkunden von Neukloster:

„Anno 1583. den 5. Octobris hat der durchlauchtiger hochgeborner Fürst und Her, Her „Vlrich Hertzog zu Mekelnburg etc. dem Kloster Dobertin cediret vnd abgetretten die „Schlouer vnd Nopersmolensche Feldtmarken, die See vnd andere Zugehörungen, „item de Lenwahr der Kirche zu Daboll. Derwegen was hieuon in den briefen gedacht „wirt, dem Ambte Newencloster nicht zutreglich ist. Vnd sein die Briefe vber Nopers„molen dem Kloster Dobertin eingeantwortet. Actum 5. Septembris Anno 1584."

Die vorstehende Urkunde und die Urkunden vom 22. Sept. 1288, vom 18. Juli 1306, 24. Juni 1307 und 26. Januar 1502 befinden sich daher im Archive des Klosters Dobbertin. — Fragm. gedruckt bei Schröder, P. M., S. 771; vollständig bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 70.

1283. Juni 27. Dargun. 1687.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt dem Kloster Dargun alle Privilegien und versichert demselben ausserdem vier freie Waden auf dem Frischen Haff.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Buguzlaus dei gracia dux Slauorum vniuersis fidei christiane professoribus in perpetuum. Cum sacro testante eloquio mundus transeat et eius concupiscentia, que in voluptate, diuiciis et honore presentis vite consistit, hoc solum inter omnia vtilius iudicamus, si transitoria eternis et terrena celestibus commutentur. Pro quorum consequentia nostri progenitores, parentes ac consanguinei dispensatorie dei gracie super multis beneficiis eis misericorditer inpensis in aliqua parte graciarum actiones inpendere cupientes, claustrum, quod Dargun dicitur, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie genitricis eiusdem fundauerunt et ipsum de sue proprietatis habundancia, prout decuit, dotauerunt, transferentes in ipsum claustrum et monasterium in eo constructum villas, annuos redditus aliasque res diuersas tytulo proprietatis feliciter possidendas, quatinus persone in eodem monasterio institute et instituende diuinis laudibus libere et absque rerum defectu temporalium possent insudare et pro se suisque fundatoribus et benefactoribus, necnon et pro vniuersitate fidelium inplorare clemenciam saluatoris. Super quorum reddituum, villarum rerumque aliarum donacione licet abbas et conuentus monasterii predicti predecessorum ac consanguineorum nostrorum, videlicet Kazimari antiqui, fratris proaui nostri, et Kazimari iunioris, attaui nostri, et etiam Wartizlai, filii patruelis patris nostri, ducum Dyminensium et Pomeranorum, fundatorum predicti monasterii, necnon pie memorie Barnym patris nostri sufficienter essent priuilegiis muniti, tamen, postquam ad nos dominium ducatus Dyminensis et Pomeranie esset iure hereditario deuolutum, supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas et conuentus predicti monasterii in Dargun, quatinus fundationem et donationem claustro et monasterio ipsorum a predictis ducibus factam, gratam et ratam curaremus habere et eam nostri patrocinio priuilegii confirmare. Quorum precibus iustis ac rationabilibus inclinati, fundationi, libertatibus, proprietatibus ac ceteris donationibus eidem monasterio factis consentientes annuimus et annuentes approbamus et approbantes gratas et ratas ac perpetuo manere volumus illibatas in tantum, vt, quicquid fratres predicti monasterii per priuilegia progenitorum nostrorum collatum sibi fuisse poterunt demonstrare, hoc neque nobis, neque alicui vmquam hominum de cetero liceat infringere vel mutare. Ceterum ad laudem et honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie et in remissionem peccaminum nostrorum, necnon etiam in reconpensationem et restaurum iniuriarum et dampnorum, si que forte aliquociens per nos vel per officiales nostros, quod tamen dolemus, prelibati monasterii fratribus sint irrogate, videlicet ipsos inquietando vel subditos suos minus debite grauando aut alio quocumque modo ipsos

offendendo, damus et assignamus eis in Recenti Mari, quod wlgariter VerscHaf dicitur, duas sagenas, que materna lingua waden siue garne nominantur. Adicimus eis nichilominus in solacium anime patris nostri felicis memorie et alias duas sagenas in prefato Recenti Mari, quas quidem longe retroactis temporibus dinoscuntur habuisse, sed de quorundam instinctu per eundem patrem nostrum usque ad presens tempus eis sunt priuati. Has itaque sagenas quatuor in vniuerso sepedictis fratribus damus et ab omni exactione et censu reddimus exemptas et inmunes perpetuo iure libere et quiete possidendas, ita plane, quod, si in omnes sagenas vniuersaliter vel in quasdam particulariter exactionem facere nos contingat, iste, quia sunt oblacio nostris pro delictis, omnimoda gaudeant libertate, adeo quod neque nos, neque aduocati vel officiales nostri ipsas super aliquo censu aut exactione vmquam inpetere debeamus uel possimus, sane cum iussu prophetico deum in sanctis suis laudare iubemur, precipue tamen in se ipso venerari tenemur eum et laudare, quod tunc digne fit, si sollempnitati sacrosancti corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi, que proxima quinta feria post dominicam sancte trinitatis agitur, digne participemur, cuius participacio crimina delet, virtutes auget, graciam confert in hoc seculo et gloriam prebet in futuro. Ad huius igitur sollempnitatis reuerenciam et honorem ordinamus et assignamus ipsis fratribus in Dargun de annua pensione predictarum sagenarum sex marcas, de quibus ipso die sollempnitatis corporis Christi conuentui seruicium faciet, quicumque tunc pro tempore abbas ibidem fuerit, prout melius et honestius per eandem summam potuerit ordinare, in quo etiam die eiusdem sollempnitatis memoria in conuentu deuote celebretur. Ne ergo hanc nostram confirmationem simul et donationem rite et rationabiliter celebratam in posterum cuiusquam malicia vel astucia circumuoluat, presentem paginam exinde conscriptam damus ipsis fratribus in Dargun sigilli nostri munimine roboratam. Testes horum sunt: Hylduardus tunc abbas in Dargun, Johannes de Heruordia, Wichardus, Johannes de Raceburch, Conradus Claua, Johannes de Honovere, Hermannus de Lubeke, Hinricus de Robele, monachi ibidem; Hinricus Ursus, Theodericus de Campo, Fridericus Vvlpis, Johannes de Gramesowe, Hinricus Uulpis, Hermannus Mustiko, Bernardus de Pomerio, milites, Wernerus de Alta Domo, Arnoldus de Sanna, ciues in Stetin, Johannes Seghebode, ciuis in Dymin, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Dargun et data per manum Bernardi notarii nostri, anno domini M° CC° LXXX° III°, V° kal. Julii, indictione XI^a^, concurrente IIII^a^, epacta XX^a^, cyclo lunari XI°.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einer rothseidenen Schnur hängt ein grosses, rundes Siegel von grünem Wachs: im leeren Siegelfelde ist ein rechtshin sprengender Reiter mit einem Schilde mit dem pommerschen Greifen, mit einer befahnten Lanze und einem befiederten Helm dargestellt; die Hufe des Rosses stehen in der Umschrift, welche lautet:

S . BVGVZLAI DGI GRA: ILLVSTS DVCIS SLAVOR Z KASSVBIA

Von einer zweiten Ausfertigung in einer fettern und grössern Minuskel ist das Siegel abgefallen. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 174, und Lisch, Urk. d. Geschl. Behr I B, S. 158.

1283. Juli 6. Boizenburg. 1688.

Otto, Herzog von Braunschweig-Lüneburg, schliesst mit den Herren der wendischen Ostseeländer ein zehnjähriges Bündniss zu gegenseitigem Beistande, im Anschlusse an den zu Rostock geschlossenen Landfrieden.

Nos Otto dei gracia dux Brunswicensis recognoscimus litteris presentibus puplice protestantes, quod de maturo consilio nostrorum fidelium cum nobilibus viris, consangwineis nostris dilectis, Bughesclawo duce Sclauorum, Wizsclauo principe Ruianorum, Heinrico et Johanne dominis de Werle, Helmoldo et Nicholao comitibus Zwerinensibus, Bernardo comite de Dannenberg, Heinrico et Johanne dominis Magnopolensibus, Johanne, Nicholao et Boruwino dominis de Roczstok vniti sumus manuali federe cum nostris militibus infrascriptis et conuenimus in hunc modum, quod ipsis astare debemus toto posse contra quoslibet ipsorum inuasores, dampno et lucro, propriis sub expensis, exceptis tamen venerabili domino Conrado Verdensi electo, patruelibus nostris dilectis ducibus Brunswicensibus, necnon auo nostro dilecto Gerhardo comite Holtsacie, contra quos nichil discordie presumimus attemptare. Si uero dictis dominis intra terminos ipsorum ueniremus in auxilium et iuuamen, nobis et nostris in expensis prouidebunt, quod eiisdem (!) versa uice faciemus; in inimicorum uero terminis quiuis sibi propriis expensis prouidebit. Preterea si captiuos aliquos haberemus, non necessarios ad redemptionem nostrorum captiuorum, eosdem dictis dominis presentabimus ad solucionem suorum captiuorum, quod nobis facient e conuerso. Et si in expedicione aliqua captiuos aliquos caperemus simul, hos secundum numerum armatorum equaliter diuidemus. Jtem si aliquis principum vel dominorum premissorum, quod absit, in conflictu uel alio quoquo modo ab hostibus caperetur, et principem uel dominum, per quem possit redimi, non haberemus, se ipsum propria pecunia liberabit. Jnsuper cum dominis sepedictis prestito iuramento compromisimus communem pacem terre, que wlgariter lantfrede dicitur, per decem annorum spacium duraturam, secundum continentiam priuilegiorum, que super dicta pace a dominis Sclauie et ciuitatibus in Roczstok sunt conscripta. Et si medio tempore mori nos contingerit, milites, vasalli, terrarum ac ciuitatum nostrarum inhabitatores, quod fide promisimus, inuiolabiliter obseruabunt. Jn gwerra autem nunc existente omnes inducie, treuge siue sona in dictorum dominorum stabit arbitrio, a qua nullatenus excludemur. Sopita uero hac gwerra, si nos vel dictos dominos aliam habere contingerit, cuiuscumque fuerit, illius arbitrio inducie siue sona committentur ordinanda, suis tamen coadiutoribus non exclusis. Nomina uero dominorum et militum nobiscum promittentium sunt hec: nobilis vir comes Borchardus de Welpia, Johannes dominus de Adenes, Johannes de Esscerde, Theodericus de Walmoden, Ludolfus de Hanense, Meinricus de Heinbroke, Eckehardus de Boizcenburg,

Manegoldus Struuo, Gheuehardus Magnus, Mundeke aduocatus, Eckehardus Scacko, Wernerus de Zwerin, Theodericus de Berge, Theodericus de Alten, Heinricus de Wrestede.

At uero, si principem haberemus captiuum vel dominum quemquam, mulctam, quam pro sua liberacione dari contingerit, cum dictis dominis equaliter diuidemus, et eius redemptio spectabit ad omnes dominos prelibatos. Vt autem hec nostra confederacio firmiter obseruetur, sigilli nostri munimine presentes litteras fecimus roborari. Datum Boizceneburg, anno domini M° CC° LXXX° tercio, octaua apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein rundes Siegel mit dem braunschweigischen Löwen. Von der fast ganz weggebrochenen Umschrift ist nur zu erkennen:

✠ SIGI — — — — — — SWIG

Der Schluss von „At uero" an ist nach einem Absatze von 2 Zeilen Breite von derselben Hand hintenan geschrieben. — Gedruckt bei Schröter, Spec. dipl. Rostoch. p. V, bei v. Ledebur, Allg. Archiv für die Geschichtskunde des Preuss. Staats, Bd. XVIII (1835), Heft 3, p. 262, und bei Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 43, Nr. CLV. — Vgl. Nr. 1682 und 1689.

1283. Juli 6. Boizenburg. 1689.

Wizlav, Fürst von Rügen, Heinrich und Johann, Fürsten von Werle, und Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, bezeugen, dass die Stadt Lübek ihren Beitrag zu der nach dem Landfriedensbündniss von den Städten zu stellenden Mannschaft mit 375 Mark Silbers an den Herzog Otto von Lüneburg geleistet hat.

Dei gracia Wizslaus princeps Ruianorum, Hinricus et Johannes domini de Werle, Helmoldus et Nicolaus comites Zwerinenses omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in domino salutem. Diffinitum erat, quod in dissensione nunc terris incumbente ciuitates site in terris dominorum ineuncium pro bono communi confederacionem seruire debeant ipsis dominis cum ducentis dextrariis, de quibus ipse ciuitates iam quitauerunt quinquaginta dextrarios ex eo, quod illustri principi domino Johanni Saxonie duci mille marce denariorum Lubicensium sunt collate. Optinuerunt eciam domini, quod illustris princeps Otto domicellus de Luneborch adiutor esse debeat in premissis, propter quod ciuitas Lubicensis pro ea parte, quam ipsa deberet exibere de centum et quinquaginta dextrariis residuis, dedit eidem domicello de Luneborch trecentas et septuaginta quinque marcas examinati argenti, per quarum erogacionem ipsa ciuitas Lubicensis est libera penitus et soluta de parte eam re(s)spiciente in ducentis dextrariis primitus nominatis, quemadmodum nobis dominis, vasallis ac nunciis ciuitatum Rozstok, Wismarie et quarundam aliarum ciuitatum apud Boyceneborch in placitis congregatis consen-

cientibus extitit ordinatum. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus muniendum. Datum Boyceneborch, anno domini M° CC° LXXXIII°, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 408, aus der auf der Trese zu Lübek befindlichen Urschrift, mit daran hangenden fünf Siegeln. — Gedruckt bei Sartorius II, S. 132; Fabricius, Rüg. Urkunden II, S. 42, Nr. CLIV.

1283. Juli 27. Sonderburg auf Alsen. 1690.

Erich, König von Dänemark, gewährt den Bürgern von Lübek, Wismar, Rostock, Demmin, Stralsund, Greifswald, Stettin und Anklam auf das Jahr Schutz und Handelsfreiheit in seinem ganzen Reiche und namentlich auf den schonischen Märkten.

Ericus dei gracia Danorum Sclauorumque rex omnibus hoc scriptum cernentibus in domino salutem. Nouerint vniuersi, quod nos burgensibus et ciuibus omnibus de ciuitatibus Lybek, Wismar, Roozstook, Dimin, Stralasund, Gripswald, Stetin et Anclem ad nundinas nostras Scanienses uel quocumque alibi in regno nostro venire volentibus plenam securitatem et liberam facultatem pro nobis et omnibus aliis causa nostri aliquid facere uel omittere volentibus anno isto concedimus per presentes illuc veniendi, ibidem morandi, emendi, vendendi et mercimonia sua exercendi, prout consueuerant ab antiquo, ac iterum ad propria redeundi. Ne igitur super dicta securitate eis possit aut debeat in posterum ambiguitatis materia suboriri, presentes litteras eisdem contulimus sigilli nostri robore communitas in testimonium et cautelam. Datum Sunderburgh Alsie, anno domini M° CC° octogesimo tercio, sexto kalendas Augusti, testibus: dominis Alberto comite de Glichen, H. priore de Andwarthscogh et Petro dapifero.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 409, aus der zu Lübek befindlichen Urschrift mit wohl erhaltenem Siegel. — Gedruckt bei Sartorius II, S. 133, und Liljegren, Diplomatar. Suecanum II, p. 660.

1283. Aug. 4. Lübek. 1691.

Zehn Lübische Rathmänner bekennen vor Notar und Zeugen, von dem päpstlichen Zehnten-Collector Raynerius de Orio 1500 Mk. Lüb. Pf., welche derselbe in Lübek und in den Bisthümern Lübek und Ratzeburg als Zehnten für das heilige Land erhoben hat, empfangen zu haben, und verpflichten sich, diese Summe demselben zu Brügge mit 128 Pfund Turnosen zurückzuzahlen.

In dei nomine. Amen. Anno a natiuitate domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio — —, quarto intrante Augusto — —. Nos — — consules

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

ciuitatis Lubicensis — — protestamur, nos nomine nostro et ciuitatis predicte habuisse et recepisse in depositum et nomine depositi a viro discreto domino Raynerio de Orio, Leodinensi canonico et collectore decime in Coloniensi, Bremensi et Magdeburgensi prouinciis ac dioecesi Caminensi per sedem apostolicam deputato, de pecunia decime ciuitatis et dioeceseos Lubicensis ac Raceburgensis, terre sancte subsidio deputate, mille et quingentas marcas Lubicensium denariorum, sexdecim solidis Lubicensibus pro marca qualibet computatis. — —

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 410, aus „dem auf der Trese [zu Lübek] befindlichen Originale, woran die Siegel des Lübekischen Bischofs, des Capitels und der Stadt hängen."

1283. Aug. 11. Grevesmühlen. 1692.

Der Rath zu Grevesmühlen bezeugt, dass Engelbert vom Bischofe Ulrich von Ratzeburg die Zehnten von der Feldmark Vilebeke und aus dem Dorfe Minnow auf 7 Jahre gepachtet hat.

Omnibus presens scriptum visuris consules ciuitatis in Gnewesmolen salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod Engelbertus suique heredes coram nobis constituti publice confessi sunt et veraciter recognouerunt, quod venerabilis pater dominus Vlricus Raceborgensis ecclesie episcopus decimas suas de campo Vilbeke et de villa Minnov, tam agrarias, quam minutas, exposuit eis per septennium pro quadam pecunie quantitate, ita quod per idem septennium dictarum decimarum fructibus possint vti; quo finito predicte decime ad supradictum episcopum suosque successores libere reuertentur. Erit autem istud septennium computandum ab anno domini M° CC° LXXX° III°, et a die inuencionis sancti Stephani, in quo anno et in quo die talis conuentio est habita inter eos. Datum et actum in Gnewesmolen, anno domini supradicto et primo die post peractionem festi beati Laurencii.



Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neu-Strelitz. An dem aus der Charte geschnittenen Siegelbande hängt noch das hieneben abgebildete Fragment des zweiten Grevesmühlschen Stadtsiegels. Die Umschrift ist ganz abgebrochen; dagegen erkennt man noch deutlich das Mühlrad und auf den 4 im Kreuze stehenden Speichen desselben den Stierkopf mit der Lilienkrone, welche auf der senkrechten Speiche ruht, während die Ohren auf den beiden horizontalen liegen. — Vgl. die in Bd. II, zu Nr. 1385, gegebene Abbildung des ersten Siegels der Stadt Grevesmühlen. Ein drittes erscheint in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts, ein viertes ist abgebildet bei Milde und Masch, Siegel des Mittelalters etc. II, 8, Nr. 8. — Vgl. Bd. II, Nr. 996 und 1002.

1283. Aug. 13. Rostock. 1693.

Meineke von Malchow leihet der Stadt Rostock auf 2 Jahre 200 Mk. Pf. gegen 20 Mk. jährlicher Rente.

Notum sit, quod Meyneco de Malechowe ciuitati Rozstoc concessit CC marcas denariorum, de quibus ciuitas de redditibus suis dabit eidem Meyneconi singulis annis XX marcas, X in natiuitate domini, X in pascha, quas camerarii pro tempore existentes prenotatis temporibus absque difficultate qualibet erogabunt. Et a die assumptionis beate virginis ad duos annos memoratas CC marcas eodem die sibi a ciuitate et camerariis absque impedimento quolibet refundentur. Consilio presidebant: Reyneco de antiqua ciuitate, Henricus de Cropelin, Thidericus Friso, Albertus de Cosfelt, Johannes Pape, Conradus de Lawe, Albertus Spicenaghel, Arnoldus Sinneke, Nycolaus de Molendino, Henricus de Ore, Godescalcus de noua ciuitate, Euerardus Nocticorax, Henricus Monachus, Johannes Bruneswic, Johannes filius Jkonis, Reyneco de Lawe, Petrus de Butzowe. Actum anno domini M° CC. LXXXIII., in die beati Ypoliti et sociorum eius.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 90.

1283. Aug. 18. Rostock. 1694.

Gerhard von Rostock, Ritter, verkauft den Brüdern Albrecht Lore und Johann Pape, Bürgern zu Rostock, das Dorf Kassebohm zu Lehn, mit der Verpflichtung zu einem Jahreszins.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Gherardus miles dictus de Rozstoc salutem in domino sempiternam. Licet substantia veritatis uerborum amminicula non requirat, tamen expedit aliquociens scripturam fieri, per quam geste rei ueritas clarius elucescat. Notum igitur esse desidero tam posteris, quam presentibus, me de bona voluntate et pleno assensu meorum heredum dilectis mihi Alberto Cerdoni et Johanni Papen, fratribus, burgensibus in Rozstoc, necnon et eorum heredibus, quicunque fuerint, villam meam Kersebome rationabiliter vendidisse et eandem ipsis cum omnibus pertinenciis suis, videlicet siluis, campis, areis, pratis, paschuis, agris cultis et incultis, possessionibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, virgultis, paludibus, viis et inuiis, exitibus et regressibus, seu aliis quibuscunque, prout infra terminos suos et per terminos suos in latum et in longum protenditur, in iustum pheodum porrexisse cum omni vtilitate et iudicii integritate, quemadmodum ego more vasallorum dominii Rozstoc dictam villam Kersebom habui et possedi, ad manum communem perpetuis temporibus libere possidendam; hoc excepto, quod de ipsa villa in nullo servicio,

nec exactione tenebuntur, sed pro servicio michi meisque heredibus siue successoribus duas marcas usualis monete annis singulis ministrabunt. Et ut hoc, quod a me racionabiliter et euidenter actum est, per alicuius malignantis ingenium immutari vel infringi non valeat, presentem cartulam memoratis fratribus Al[berto] et Jo[hanni] ac eorum heredibus ad cautelam tradidi sigilli mei munimine roboratam. Testes sunt: Henricus plebanus ecclesie sancte Marie in Rozstoc, Albertus plebanus de Bistouen, clerici; Elerus Pannicida, Henricus de Sande, Henricus de Cropelin, Henricus Wittinc, Gherardus Diues et Reyneco frater suus, burgenses in Rozstoc, et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum Rozstoc, anno domini M° CC° LXXXIII., feria quarta post assumptionem beate virginis Marie.



Nach dem Original im Raths-Archive zu Rostock. An einer Schnur von grüner, rother und gelber Seide hängt das hienoben abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Gerhard von Rostock: auf dem dicht mit Sternen belegten Felde liegt ein rechter Schrägebalken mit fünf Quersprossen (Steigbalken, Sturmleiter); Umschrift:

✠ S' . ꝺhꝺRꝫ[RD]I . ꝑIL[I]TIS . Dꝺ . ROZ[ST]OK

Man möchte versucht sein, dieses Schildzeichen für das Wappen der Familie von Kalant zu halten, welche ebenfalls in der Herrschaft Rostock ansässig war, von der Burg (Alt-) Kalen den Namen hatte und einen „Steighaken" im Schilde führte, d. h. eine nach oben spitz auslaufende Stange mit einem Haken auf der Spitze und mit Quersprossen in der Stange (wie die v. Bredow). Aber in dem Wappen des Ritters Gerhard von Rostock ist der Balken überall gleich breit, oben scharf abgeschnitten und ohne Haken, so dass man das Zeichen einen an beiden Seiten gezinnten Schrägebalken nennen kann. Diese Familien von Rostock und von Kalant hangen also wohl nicht zusammen, obgleich die Möglichkeit nahe liegt. Eben so wenig wird mit dem Ritter Gerhard von Rostock die im Anfange des 18. Jahrh. ausgestorbene Familie von Rostock oder Rostke auf Vulen-Rostock oder Faulen-Rost[ke] zusammenhangen, die von dem Ritter H. von Rostock stammt, welcher schon im J. 1275 mit Faulenrost belehnt ward (vgl. Bd. II, Nr. 1352, und Jahrb. XX, S. 261); diese Familie von Rostke führte nach alten Siegeln sicher einen gespaltenen Schild, rechts mit einer halben Lilie, links mit einem Flügel.

Gedruckt mit dem Datum: „feria III" u. s. w. in den Wöchentl. Rostock. Nachr. 1752, St. 33.

1283. Aug. 23. Penzlin. 1695.

Heinrich, Fürst von Werle, bestätigt der Kirche zu Penzlin den Besitz von 2 Hufen oder 6 Mark Hebungen in Schmort, welche ihr der Ritter Gerhard Metzeke für ein vom Kloster Broda gekauftes gerüstetes Streitross überlassen hat.

Henricus dei gracia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus, in quorum presencia presens scriptum fuerit recitatum, salutem in domino. Quoniam longi tractus temporum generant antiquitatem, antiquitas uero obliuionem, obliuio uero actarum rerum annichilacionem, necesse est, ea que in tempore geruntur, ne simul pereant cum tempore, lingua testium et scripti serie memorie hominum

commendari. Noscat ergo presens etas et posteritas affutura, quod Gherrardus Meciko, miles, fidelis nobis dilectus, emit de domino Waluano preposito Brodensi dextrarium, qui fuerat Hinrici dicti Busche, cum armis pro LX marcis slauicalium denariorum equiualentium Lubicen. den., pro quibus assignauit ecclesie Pencelin in villa Smorte VI marcarum redditus, quousque dicto preposito et ecclesie nominate II mansos assignauerit uel LX marcas persoluerit, cum quibus emet prepositus tantos redditus ad utilitatem ecclesie Pencelin, pro quibus dicentur III misse pro salute anime Hinrici Busche, scilicet qualibet secunda feria et quarta missa pro defunctis et quolibet sabbato missa de domina nostra, in ecclesia Pencelin supradicta. Si autem dominus Gherrardus Meciko preposito et ecclesie II mansos assignauerit, proprietatem illorum mansorum preposito et ecclesie conferimus cum omni vtilitate et prouentibus perpetuo possidendam. Vt autem huius empcionis ordinacio et nostra collacio stabilis et a posteris irreprobabilis permaneat, presentem litteram scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes adhibuimus, quorum nomina sunt hec: dominus Thidericus plebanus in Pencelin, dominus Nicolaus et dominus Jacobus, capellani eiusdem, dominus Echardus et filius suus, dominus Reyniko Crispi, dominus Hermannus de Langeuorde et dominus Rauen, dominus Eghardus de Ankere, milites; Nicolaus Grope, Johannes de Ghece, Ricbertus, famuli; Wernerus, Fredericus Stedinc, Hermannus Jacike, Gherrardus Pistor, Willekinus de Malchin, Thidericus Sutor, consules ciuitatis Pencelin. Datum Pencelin, anno domini M° C° C° LXXX° III°, in vigilia beati Bartolomei apostoli.

Nach dem Original im Archive zu Neu-Strelitz. An einem Pergamentstreifen hängt das in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildete Siegel des Ausstellers. — Gedruckt in Jahrb. VI, S. 203.

1283. Aug. 28. Schwerin. 1696.

Hermann, Bischof, und Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, bitten die dänischen Reichsstände, dahin zu wirken, dass der König Erich von Dänemark das Land Halland, welches dem Grafen Nicolaus von Halland zum Ersatz des zur Befreiung des Königs Waldemar abgetretenen halben Landes Schwerin zugewiesen ist, dem Grafen Jacob (von Halland) übergebe.

Venerabilibus in Christo patribus archiepiscopis, episcopis, necnon illustribus viris ducibus, comitibus, nobilibus, baronibus, militibus et vasallis in regno Dacie constitutis H. dei gratia episcopus, Helmoldus et Nicolaus comites Sverinenses salutem et eternam in domino charitatem. Qvemadmodum veraciter nobis constat ex notitia rei geste, ita vestre universitati scribimus et tenore presentium publice ac fideliter protestamur, qvod, dum olim bone memorie dominus Gunzelinus, qvi una cum domino Henrico comitatum Sverinensem habuit, inclytam puellam

Odam, filiam suam, nobili viro pie memorie qvondam domino Nicolao comiti Hallandie matrimonialiter copulasset, medietatem castri Sverinensis ac totius terre adiacentis predicte tanqvam heredi legitime pat[er]norum[1] bonorum assignavit pro dote ad onera matrimonii supportanda. Tandem vero, cum idem Nicolaus ex eadem Oda filium generasset sui nominis et predicte dotis heredem legitimum, videlicet Nicolaum, patrem Jacobi nunc viventis, et ipse primus Nicolaus postmodum universe carnis debitum persolvisset, pie memorie dominus Voldemarus, inclytus rex Danorum, prout ex propinqva consangvinitatis linea poterat et debebat, eiusdem Nicolai in etate pupillari tunc existentis legitimus tutor erat. Qvi dum a supradicto H. comite Sverinensi captivus teneretur et alias a captivitate liberari non posset, mediantibus omnibus, qvorum interesse videbatur, hoc extitit placitatum, qvod predictus pupillus, Nicolaus videlicet Nicolai filius, pro redemptione captivitatis predicti regis hereditatem suam, videlicet dotem matris sue prefatam, in manus illustris domini Alberti tunc ducis Saxonie libere resignavit, propter qvod in restaurationem eiusdem dotis dictus rex dicto puero terram Hallandie in regno Dacie liberaliter assignavit, sibi suisque heredibus in perpetuum libere possidendam, prout hec omnia in instrumentis regum et principum inde confectis plenius continentur, et sicut fide perspeximus oculata. Qvapropter universitatem vestram reqvirimus et rogamus attentissime supplicantes, qvatenus illustrem dominum Ericum regem monitis et precibus votivis ac sedulis efficaciter inducere studeatis, qvod Jacobum nobilem virum, nostrum consangvineum et bonorum predictorum, qve in restauramen dotis predicte data sunt, heredem legitimum, propter deum et iustitiam restituere non differat et restitutum uti permittat eisdem pacifice et qviete. Datum Sverini, presentibus toto capitulo Sverinensi ac multis fidelium et vasallorum nostrorum et aliis qvam pluribus fide dignis, anno domini 1283., in die sancti Augustini.

Nach einer Abschrift im königl. dänischen Geheimen Archive zu Kopenhagen, gedruckt bei Suhm, Historie af Danmark X, S. 1016 (vgl. S. 867), und Liljegren, Svenskt Diplom. I, p. 634. — Wir geben: [1] paternorum st. patrinorum. — Vgl. Bd. I, Nr. 374, und unten Nr. 1698, und wegen der abweichenden Angabe über die Abstammung der Gräfin Oda Bd. I, Nr. 229, Note, und Nr. 275.

1283. Sept. 1. Stargard in Pommern. 1697.

Bogislav, Herzog von Pommern, nimmt durch Vermittelung des Fürsten Johann von Werle seine Stadt Stargard zu Gnaden an und bestätigt ihre Freiheiten in Gemässheit des Rostocker Landfriedens.

In nomine domini. Amen. Buguslaus dei gracia dux Slavorum omnibus in perpetuum. Quoniam omnium rerum gestarum habere memoriam et nullius

obliuisci humane conditioni non competit, sed divine, et ex lapsu primi parentis genus humanum obliuionis et ignorantie nubilo obfuscatur, quod in rebus gestis nullius rei certitudo sub celi ambitu continetur, necessarium et utile comprobatur, ut acta principum sub fluxibilitate temporis ordinata, que in sempiternum sunt mansura, testibus verificis et scripture legittimis documentis adeo perhennentur, ut in eisdem excludatur occasio malignandi. Quam ob causam noscat deuota nacio fidelium et felix successio futurorum, quod nos interveniente consilio et auxilio inclyti Johannis de Werle, nostri carissimi avunculi, et de nostrorum consilio fidelium vasallorum cum ciuitate nostra Stargard concordauimus in hunc modum, videlicet quod civitatem Stargard et inhabitatores eius faciemus apud omnem iustitiam, libertatem atque gratiam permanere, quam a primo fundationis tempore usque nunc priuilegiis progenitorum nostrorum et nostris poterint demonstrare, et hoc in nullo diminuendo, sed in omnibus, quibus poterimus, volumus augmentare. Jnsuper civitas antedicta et inhabitatores eius manebunt apud gratias et libertates, quas principes, nobiles, vasalli ac civitates confederate noviter sunt adepte, et hec mutuis priuilegiis tanquam ciuitates alie confirmabunt. Preterea nos et nostri vasalli cessamus ab omni odio et rumore, quem habuimus adversus aliquem burgensium prehabite civitatis, ita quod apud nos et vasallos nostros de factis preteritis nunquam habebitur mentio aliqualis. Jtem dedimus predicte ciuitati et inhabitatoribus eius ad commodum et profectum eorundem unam aream cum uno manso ante introitum Yne fluuii in nostra proprietate, ubi ipsis commodius fuerit et ubi elegerint, cum omni utilitate et qualibet libertate, cum prouentibus universis, qui in dicta area et manso uno sunt vel in posterum fieri poterunt vel acquiri. Ceterum dilectos consules nostros ac uniuersos burgenses ciuitatis predicte excipiemus a promisso, quod fecerunt fratribus nostris Barnym et Ottoni, et iuramento prestito coram Romanorum rege vel ipsius iudice delegato et coram principibus, nobilibus, vasallis ac ciuitatibus confederatis ad iustitiam et ipsorum per omnia voluntatem. Et nos prememorate civitati et inhabitatoribus eius esse volumus dominus gratiosus et eos volumus in omnibus eorum necessitatibus promouere tanquam nostras alias civitates, et quod nobis fideliter deservient, prout facere id tenentur. Ut autem hec prescripta inconuulsa permaneant tempore sempiterno, promisimus cum avunculo nostro Johanne de Werle et honestis militibus nostris: Henrico de Meldinge, Hermanno de Musteke, Jer. de Osta, Willekino de Trampe, militibus, Jacobo de Guntersberch, Johanne Pape, Wernero de Alta Domo, Nicolao de Woldin, Marquardo de Viddechow, Johanne de Doberen, Heinemanno schulteto et communi consilio Stetinensium sub fidei sacramento, et ipsi nobis similiter hoc fecerunt et suis priuilegiis confirmauerunt, quod debemus ea, que sunt placitata et conscripta, inviolabiliter obseruare. Jn cuius rei evidentiam sempiternam presentem paginam appensione sigilli nostri et carissimi auunculi nostri et civitatis Stetin duximus muniendam. Actum Stargard

et datum ibidem, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, kalendis Septembris.

Aus dem pommerschen Archive mitgetheilt von dem weil. Professor Kosegarten zu Greifswald. Mit der in dieser Urkunde erwähnten Conföderation ist der Rostocker Landfriede (Nr. 1682) gemeint; vgl. Balt. Studien II, 1, S. 101. — Gedruckt in Jahrb. VIII, S. 250.

1282. Sept. 8. Wordingborg. 1698.

Erich, König von Dänemark, überträgt dem Grafen Jacob (von Halland) die nördliche Hälfte des Landes Halland, welche der König Waldemar zum Ersatz für das zu seiner Auslösung aus der Gefangenschaft abgetretene Land in der Grafschaft Schwerin dem Grafen Nicolaus von Halland zugesprochen hatte.

Ericus dei gratia Danorum Sclavorumque rex omnibus presentes literas inspecturis in domino salutem. Suffocaret breviter gesta fidelium processus temporis, nisi scriptis vel testimonio bonorum firmarentur. Noverint igitur universi, tam posteri, quam presentes, quod, quia ex relatu memoriali et testimonio nobilium satis evidenter intelleximus, gloriosum principem dominum regem Waldemarum preclare memorie, avum nostrum, ex consilio regni sui meliorum medietatem terre Hallandie cum omnibus proventibus, libertatibus et iuribus ac omnibus et singulis serviciis et attinentiis corone regni pertinentibus domino comiti Nicholao et suis heredibus pro terra sua in Zwerin, cum qua a captivitate inimicorum redemptus fuisse dinoscitur, reddidisse in plenam recompensationem et legaliter sub vere scotationis titulo assignasse iure perpetuo possidendam, secundum quod in privilegiis super hoc confectis expresse declaratur, nos, scotationem huiusmodi ex voluntate, consensu et consilio regni nostri meliorum ratissimam habere volentes, medietatem dicte terre Hallandie ad partem aquilonarem ultra Etthrae cum omnibus solutionibus, libertatibus et iuribus ceterisque attinentiis et servitiis corone attinentibus exhibitori presentium comiti Jacobo, consanguineo nostro, libere resignasse et sub forma predicte scotationis assignasse sibi et suis heredibus iure perpetuo possidendam. Ne igitur ipsi comiti et suis heredibus aliqua in posterum super hoc a nobis vel a nostris successoribus possit suboriri calumpnia, presentes literas cum sigillo nostro et sigillo ducis Waldemari, necnon et sigillis venerabilium patrum dominorum Johannis archiepiscopi Lundensis ac episcoporum Jacobi Slaswicensis, cancellarii nostri, Tuconis Arusiensis, Tuconis Ripensis, Jngwari Roskildensis, Petri Wibergensis, Johannis Rewaliensis, Johannis Ottoniensis et fratris Nicholai electi confirmati Burglanensis, necnon et sigillis dominorum Wizlavi principis Ryanorum, Gerardi iunioris comitis Holsatie et dominorum comitum Alberti de Glichen, Alberti de Ewersten, Henrici de Gelichen duximus roborandas in testimonium huius et cautelam pleniorem. Actum et datum Worthin-

burgh, anno domini M° CC° LXXX° tertio, in nativitate beate virginis, presentibus dominis supradictis et universis melioribus totius regni Dacie tunc in concilio existentibus.

Nach Suhm, Historie af Danmark X, S. 1017, aus dem Original im königl. Geh. Archiv zu Kopenhagen. Eine gleichlautende Abschrift findet sich in den Manuscr. Bartholin. Tom. VIII, p. 111, Nr. 17, auf der Universitäts-Bibliothek zu Kopenhagen. — Gedruckt auch in Liljegren's Svenskt Diplomatar. I, p. 635. — Vgl. oben Nr. 1696 mit den Citaten.

1283. Oct. (25.) 1699.

Johann, Fürst von Werle, stirbt.

Johannes dei gratia dominus in Werle. Obiit anno domini M° CC° LXXXIII., octauo (X°) kalendas Nouembris.

Aus dem vormaligen Necrologium im Kreuzgangsfenster zu Doberan, nach einer um 1500 angefertigten Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt in Jahrb. I, zu S. 136. — Es fällt auf, dass der Monatstag nicht lieber durch Jd. Oct., als durch octauo X° kal. Nov. bezeichnet ist. — Kirchberg berichtet dagegen, ohne Zweifel nach Doberaner Quellen, im 173. Capitel:

Dy czid der alde her Johan
irstarb vnd quam geyn Doberan,
bern Nyclaws vatir offinbar,
du man schreib ozwelfhundirt iar
vnd dry vnd achczig recht gewis,
in dem achten kalendas Nouembris.

— Hiernach halten wir das Datum in der Abschrift des Necrologiums für verschrieben.

1283. Oct. 27. Rostock. 1700.

Heinrich Klein, Winzer, kauft für sich eine Präbende in dem Hospital zum heiligen Geist zu Rostock.

Notum sit, quod Henricus Paruus, vinitor, prebendam apud sanctum Spiritum suis propriis emit denariis, ita quod, quandocunque sibi placuerit et ipsam domum sancti Spiritus intrare decreuerit, in eandem debet recipi contradictione qualibet amputata. Huius rei testes sunt consilio presidentes, videlicet Reimbertus de antiqua ciuitate, Petrus de Butzowe, Henricus de Cropelin, Thidericus Friso, Albertus de Cosfelt, Albertus Spicenaghel, Reyneco de Lawe, Nycolaus de Molendino, Johannes Pape, Arnoldus de Susato, Henricus Monachus, Conradus de Lawe, Henricus de Ore, Godescalcus, Euerardus Nycticorax, Johannes Bruneswic et Johannes Jconis. Actum anno domini M° CC° LXXXIII., in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 75.

1283. Oct. 28. Lüneburg. 1701.

Otto, Herzog von Braunschweig-Lüneburg, schreibt an die Fürsten Wizlav von Rügen und Heinrich von Werle wegen einer Summe von 1000 Mark.

Nobilibus viris Wiceslav Ruyanorum principi necnon Hinrico domino de Werle, consanguineis suis . . . . . Bruns[wic], paratam in obsequendis omnibus voluntatem. Exhibitorem presentium Sif . . . . . mittimus supplicantes, quatinus argentum, videlicet mille marcas, fide data . . . . . Datum Luneborgh, anno domini M° CC° LXXX° III°, die apostolorum Symonis [et Jude].

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 413, aus dem sehr beschädigten Original auf der Trese. In dem Siegel ist nur noch ein Stück des Löwen zu sehen, und von der Umschrift

— — — — — ACIA DV — — —

— Gedruckt auch bei Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 44. — Vgl. oben Nr. 1698 und 1689.

1283. Oct. 28. Fürstensee. 1702.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, schenkt dem Johanniter-Ritter-Orden, zu Händen der Comthurei Mirow, das Eigenthum des Dorfes Repente und 6 Hufen in Zootzen.

Albertus dei gratia marchio Brandenburgensis vniuersis Cristi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad omnem boni operis consu[m]mationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut, cum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit actiones, non formidanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, set quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos proprietatem uille, que Repente dicitur, et sex mansos in uilla, que Sucene dicitur, quorum possessio fuerat olim domini Wichmanni Glude militis et Johannis de Hauelberch, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitane beati Joannis baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excipimus seu eximimus predicta ab omni exactione seu petitione, angaria, p[a]rangaria[1], constructione vrbium, pontium seu munitionum, et generaliter ab omni vexatione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari uel aliqualiter impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iustitia et iudicio et aduocatia et omni illo, quod vulgariter recht et unrecht dicitur, et cum omnibus terminis suis hactenus habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis et

omnibus pertinenciis sibi adherentibus de consuetudine, gratia uel de iure, damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrowe ac eorum ordini perpetuo quiete ac pacifice possidenda. Inserenda quoque premissis: hoc solum excludimus, quod de ville predicte Repente medietate et de s[ex][2] mansis pretactis in villa Sucene duo solidi denariorum Brandenburgensium in festo beati Martini nobis et heredibus nostris annis singulis census nomine persoluentur. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus uel a quibuslibet etc. Acta sunt hec in Vurstenshe, anno domini M° CC° LXXXIII°, V° kalend. Nouembris, presentibus domino Henrico de Wildenhagen, domino Zabello de Redingstorph, domino Henrico Son[eke], domino Misnh[e]r[o][3], domino Henrico de Polchow pincerna, domino Ludekino de Plote et domino Ro[m]lo[4] et aliis fide dignis.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brandenburg. I, Bd. 2, S. 329, aus „dem Original des Sonnenburger Ordens-Archives." Der Abdruck scheint nicht ganz correct zu sein; wir geben: [1] parangaria st. perang. — [2] sox st. septem (vgl die Urk. vom 15. Aug. 1303 bei Riedel a. a. O. S. 330) — [3] Misnh[e]r[o] st. Misnhora — [4] Romlo st. Romilo. — Gedruckt bei Boll, Starg. I, S. 305. — Wegen der Abfassung vgl. unten 1285, März 13 und Mai 9.

1283. Nov. 10. 1703.

Gerhard, Domcustos zu Lübek, thut Rechnung von seiner Verwaltung der grösseren und kleineren Collectur.

Datum anno domini M° CC° LXXXIII°, in vigilia beati Martini.

Gerardus custos, cum esset solus collector, et maior et minor, de maiori collectura ita collegit et collecta distribuit. De granario in Sussowe — —. Jtem de territorio Pule singulis *[sc. prebendis]* duo tremodia ordei pro mesa et duas mesas auene. — — Quod autem de locis supradictis superest, pertinet episcopo. — — De ordeo de Pule superexcrescente permanent XL tremodia; illa XL tremodia vendidit pro XXV marcis.

Sequitur de collectura minori, de qua ita collegit. Primum de annona. —

Jn Slauia: de villa Sedorpe collegit III mesas siliginis et IIII^{or} modios, de villa Johannisdorp IIII^{or} mesas siliginis, de villa Benigdorpe sex mesas siliginis et IIII^{or} modios, item IIII^{or} mesas ordei et IIII^{or} modios, item ibidem de molendino talentum ordei et duo talenta auene.

De villa Gogolawe XIIII mesas siliginis, que faciunt in Lubike XV mesas siliginis, item XIII tremodia ordei, item XII tremodia auene, et de nouo addent XVI modios auene.

De villa Vera collegit XXXIII mesas siliginis, ordei et auene et decimam minutam. Jtem ibidem de morte Abbonis XXXVIIII tremodia siliginis, ordei et

auene, hoc est X tremodia siliginis et XIII tremodia ordei et XVI tremodia auene, debuerat collegisse; sed Anastasia rapuit. —

Sequitur de pecunia de minori collectura soluenda, quam sic collegit de locis infrascriptis: — — in Slauia: de molendino Sedorpe III marcas, item de ipsa villa Sedorpe XX solidos, item ibidem de pratis sex solidos, que longe plus valent; item de villa Gogolowe sex marcas slauicorum. Jtem de cetero noster prepositus[1] soluet singulis annis capitulo XII marcas denariorum Lubicensium de Noua Uilla[2] iuxta Godebusg. —

Nach Leverkus, Urk. d. Bisth. Lübek I, S. 311 flgd., aus dem Reg. Cap. Lub. I, 188[1]. — 1) Am Rande steht von einer andern Hand: „qui tenet eam in feudo a decano et capitulo". Der damalige Dompropst zu Lübek war noch Nicolaus von Meklenburg. — 2) Am Rande steht von sehr alter Hand: „Jsta est vendita Will. de Parlin".

1283. Dec. 4. Rostock. 1704.

Wizlav, Fürst von Rügen, verleihet dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum von „Cutsecowe".

— — Datum anno domini M°CC°LXXXIII° in Rostoch, die beate Barbare virginis. Testes huius rei sunt: venerabilis in Cristo dominus Hermannus episcopus Zwerinensis, dominus Henricus plebanus in Trebuses, Helmericus notarius ac plebanus in Stenhaghen; dominus Reynfrydus de Penzse, Johannes de Osten, Thomas cum Torace, milites; Hernestus Buddo et alii multi fide digni.

Nach dem vollständigen Abdruck bei Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 44, aus dem Original im Stettiner Provincial-Archive. — Der Name „Cutsecowe" kommt nachher nicht mehr vor und ist nach des Archivars Klempin Vermuthung einem deutschen Ortsnamen gewichen. Die Lage des Ortes lässt sich jedoch nicht nachweisen.

(1283.) Rostock. 1705.

Aus einer Rostocker Kämmerei-Rechnung.

Ciuitas dedit vxori Pulleman IIII marcas, item pro pabulo equorum V marcas, item domine terre C et XXV marcas; — — item magistro Henrico et Alexandro lapicidis IX marcas, item eisdem XXIIII marcas, item famulis magistri Thiderici V marcas et sibi ipsi VIII solidos; item Ludolfo Pedi XVIII marcas, item Burchardo clipeatori XLI marcas, item Volmaro VIIJ marcas pro tunicis nunciorum; — — item XXIIII solidos pro cera et II marcas pro ceruisia; item percussoribus laterum II marcas; — — item pro vectura stelleholt XX solidos; item famulis lapicidis IIJ marcam IIII solidis minus; — — item

balistario III marcas IIII solidis minus; — — item percussori laterum XIII marcas, item pro vino XV marcas, item ad expeditionem Henrico Monacho XVIII marcas, item sagittariis VŁ marcas, item ..... scutellis II marcas et I solidum, item pro duabus tunnis h . . c . . . VIIŁ marc., item pro stocvische III marcas et I solidum; — — item pro domo fartorum in noua ciuitate III marcas.

Jtem Alberto de Cosvelde IIII marcas I solido minus pro IX lateribus carnium; — — item Gherardo theloneario XX solidos, item Johanni theloneario V marcas; — — item III marcas pro lapidibus campestribus, item I marcam pro borc, item XII marcas pro lignis vstibilibus; item illis, qui duxerunt lapides de Gotlandia, I marcam; item IIIŁ marc. pro carnibus, que mittebantur Retz; item lapicidis V marcas; item Johanni aurige XXII marcas; item pro vino XL marcas; item IIII marcas pro berencorn; item Johanni de domo venatoria X marcas. Jtem reysa in Norwegiam constitit XXXVŁ marc. — Jtem fossatum iuxta portam Bramowe constitit XXX marcas. Jtem reysa Warne constitit VIII marcas, item reysa Boyceneborg X marcas. Jtem sancto Jacobo XVIII marcas pro lateribus; — — item II marcas pro lapidibus de Gotlandia. Jtem reysa Dymin constitit VIII marcas. Jtem V marcas regi Swecie. Jtem lapicidis VI marcas, item lapicidis IIII marcas; — — item percussoribus laterum XXXII marcas, item pro vestibus magistri Thiderici VIII marcas et II solidos, item V marcam pro cimento, item lapicidis V marcas, item IX marcas pro sparcalc, item III marcas pro lateribus, item lapicidis V marcas, item VII marcas pro cimento, item pro lapidibus ad portum Warnemunde IIII marcas et IIII solidos, item lapicidis V marcas, item illis, qui adduxerunt lapides de Gotlandia, III marcas. — — Jtem reysa Lubeke et ad Daciam XII marcas, item alia reysa ad Daciam XIIIŁ marc. et I solidum. Jtem aduocato in Nore XIII marcas et IIII solidos. Jtem pro stelleholt et arcubus V marcas, item lapicidis IIII marcas, item pro vino XVIII marcas. — — Jtem reysa Plawe constitit III marcas, item reysa Dymin III marcas. — — Jtem fossoribus in Retz VIŁ marc. Jtem reysa Demin IIII marcas; item reysa ad Nouum Castrum IIII marcas; — — item pro expensis captiuorum XXIIII solidos. Jtem lapicidis III marcas, item Johanni de domo venatoria IIŁ marc., que presentabuntur Henrico houemester, item seruo eiusdem Johannis XXIIII solidos — —. Jtem VII marcas pro arena; — — item aurige in antiqua ciuitate V marcas II solidis minus.

Anno domini M° CC. LXXXIIII. date sunt percussoribus laterum XVŁ marce.

Nach dem Rostocker Stadtbuch A, H. 5, Lage 14*. — Das ganze Register ist von einer Hand geschrieben, aber, nach der verschiedenen Farbe der Dinte zu schliessen, nicht hinter einander fort, sondern zu 3 verschiedenen Zeiten. Der letzte Absatz (aus dem Jahre 1284) spricht dafür, dass das Register ins Jahr 1283 gehört, im Jahre 1284 ist es nicht weiter fortgesetzt.

(Um 1283. Lübek.) 1706.

Walther Pornehagen aus Grevesmühlen verfügt letztwillig über sein Vermögen.

In nomine domin[i]. Amen. Ego Wolterus Pornehagen de Grewesmolen, adhuc dei gracia compos mei mente et corpore, sic meum ordino testamentum. Si morte preuentus fuero, sciendum, quod uxor mea habebit inante de bonis meis IX marcas denariorum slauicalium; postmodum omnia bona dimidia ei lego. Item do pueris fratris mei Bernardi et eidem Bernardo fratri meo XX marcas slauicalium denariorum; item fratribus maioribus et minoribus et domui sancti Spiritus in Lubek cuilibet VIII solidos, item hospitali Grewesmolen I marcam slauicalium denariorum, item sancto Nicolao ibidem I marcam denariorum, item quatuor sacerdotibus in Grewesmolen cuilibet IIII solidos, item claustro Rene VIII solidos, item plebano et ecclesie in Vredeberneshagene cuilibet IIII solidos, item plebano Proceke IIII solidos et ecclesie IIII solidos, item fratribus minoribus in Wismaria VIII solidos, item domui sancti Spiritus ibidem VIII solidos, item hospitali Dartzowe VIII solidos; item Johanni filio meo V marcas denariorum. Reliqua bona mea do fratribus meis et sorori mee equaliter diuidenda. Executores testamenti mei constituo fratrem meum Bernardum et dominum Hermannum Vpal, Johannem de Questin. Huius rei testes sunt: domini consules de Lubeke Marquardus de Cosfelde et Albertus Brunonis. Bernardus frater meus leuabit de vltimis bonis eque aliis meis fratribus.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 480, aus dem zu Lübek auf der Registratur befindlichen Original. Die Herausgeber des Lüb. U.-B. setzen dieses Testament „vor 1289", weil die Lübischen Testamente seit diesem Jahre ein Datum führen, vermuthen aber, dass es in die Jahre 1277—1283 gehöre. Die Rathsherren Marquard von Kosfeld und Albrecht Bruns kommen zusammen 1278 und 1283 vor (U.-B. der Stadt Lübek II, S. 932, I, S. 410), der Letztere weiterhin wohl nicht mehr, Marquard aber noch 1290 (Lüb. U.-B. I, S. 503).

(1284.) 1707.

Emeke Hake, Ritter in Ratzeburg, nimmt den halben Zehnten des Dorfes Buchholz (bei Ratzeburg) von dem Dom-Capitel zu Ratzeburg in Erbpacht.

Ego Hem[ico] dictus Hake, miles in Raceburg, promitto uobis, domine preposite .., et capitulo Raceburgensi pro me et meis heredibus nunc existentibus et futuris, quod quolibet anno in die beati Martini dabo uel heredes mei dabunt camerario ecclesie uestre sex marcas denariorum Lubicensis monete pro dimidia decima ville Bocholt, quam michi pro tali pensione et meis heredibus in perpetuum taliter locauistis. Si uero in die predicta illas sex marcas ego uel mei heredes non soluerimus, ipsa[s] in die natiuitatis domini procul dubio persol-

uemus; quodsi in die natiuitatis domini non soluerimus, usque ad diem purificacionis subsequentem iuducias habebimus ad solvendum. Si autem tunc non soluerimus, camerarius nomine Raceburgensis ecclesie predictam decimam in agris ville predicte per suum nuncium colligi faciet omni anno, et nos detentam restituemus ei nichilominus pensionem. Jsti promissioni ego Thetleuus de Parkentin, ego Henricus de Crummesse, ego Hartwicus de Ritzerowe, milites, interfuimus et cum sigillo domini Hemekonis nostra eciam sigilla presenti suo instrumento duximus apponenda.

Nach dem Original im bischöflich ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz. Das eine Siegelband, welches aus der Urkunde geschnitten ist, hat sein Siegel verloren; das andere, ein durchgezogenes Pergamentband, trägt zwei Siegel: das eine zeigt noch den Ritzerowschen Turnierkragen und die Buchstaben: — TWICI D. R.TS — das andere einen Strahl von drei Kreuzen begleitet (es ist also das Siegel des Heinr. v. Crumesse). — Die vier hier genannten Ritter kommen zusammen als Zeugen vor in der Urkunde der Herzoge Johann und Albrecht von Sachsen, d. d. Ratzeburg, 1284, März 25 (U.-B. der Stadt Lübek I, S. 416).

1284 (?). Lyon. 1708.

Hermann, Bischof von Schwerin, ertheilt allen denen, welche das Nonnenkloster Wennigsen an bestimmten Festtagen besuchen oder auch unterstützen, einen vierzigtägigen Ablass.

Nach dem Original, von dem das Siegel schon abgefallen ist, abgedruckt bei v. Hodenberg, Calenberg. U.-B., Bd. VII, S. 42 (Urk. 69). Das Datum lautet: „Datum Lugduni, anno domini M°CC° LXXXIIII°. Doch ist nicht abzusehen, was den Bischof Hermann von Schwerin im Jahre 1284 nach Lyon geführt haben sollte. Dagegen finden wir ihn im Jahre 1274, am 21. Mai, daselbst (s. Bd. II, Nr. 1326), ohne Zweifel, um an dem am 7. Mai eröffneten ökumenischen Concil Theil zu nehmen. Es steht daher zu vermuthen, dass in der obigen Urkunde das Datum verschrieben oder verdruckt ist.

(1284.) Rostock. 1709.

Die Stadt Rostock nimmt den Chirurgen Bertram zum Bürger auf und befreiet ihn von Steuern und Wachdiensten.

Notum sit, quod ciuitas Bertramum cyrurgicum in ciuem recepit et ipsum, quamdiu in ciuitate manserit, a collecta et vigiliis supportauit.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 93. — Auf fol. 77, zum Januar oder Febr. 1284, heisst es: „Henricus Reschinkel vendidit magistro Bertrammo medico hereditatem, quam emerat a filiis et vxore Gherlaci sub aqua". „Bertramus cyrurgicus" lebte noch 1308, Oct., nach dem Stadtb. 1304—1314, fol. 70.

(1284.) Wismar. 1710.

Der Rath zu Wismar kauft einen kleinen Ort an der frischen Grube.

Hence Spoldener dixit consulibus, quod [haberet] apud recentem fossam vnum ordeken; pro quo dederunt consules sibi XVI solidos, ita quod ipse Henricus dimisit ciuitati predictum ordeken.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 112.

(1284.) Wismar. 1711.

Der Rath zu Wismar entschädigt Radolf von Krukow für die Einbusse, welche er durch die Befestigung der Stadt erlitten hat.

Dominus Radolfus de Crucowe est depositus ex parte ciuitatis de area, super qua sederat Nicholaus portenarius, et de omnibus, que habuit ante ciuitatem, vbi defossatum est, ita quod ciuitas dedit sibi XXV marcas, et sic omnia stabunt perpetualiter complanata.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 113.

(1284.) Wismar. 1712.

Dietrich, Herrn Rikolfs Neffe, der Bürgermeister zu Wismar, kauft ein Haus in der Gr. Schmiedestrasse daselbst.

Theodericus magister consulum emit paruam domum, que fuerat Johannis copperslegeres, sitam in platea fabrorum, quam resignauerunt sibi Henricus filius Vlrici et Henricus de Wesera, et dicti duo promiserunt pro warandia diem et annum et Theodericus met.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 114.

1284. Januar 10. Lübek. 1713.

Heinrich, Fürst von Werle, verspricht den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin, sie wegen der Bürgschaft, welche sie für ihn den Herzogen von Braunschweig und Lüneburg und dem Rathe der Stadt Lübek geleistet haben, schadlos zu halten.

Nos Hinricus dei gracia dominus de Werle omnibus presentes litteras audituris cupimus esse notum, quod nobiles viros H. et N. comites Zwerinenses,

awnculos nostros dilectos, ab omni promisso manuali ac debito, quod pro nobis illustribus principibus ducibus Brunswicensibus ac de Lunenborch, necnon consulibus Lubicensibus promiserunt, absoluemus indempnes, quod eisdem una cum militibus nostris infrascriptis promisimus data fide. Nomina uero militum sunt hec: G. Luch, H. de Vlotow, G. de Cropelin, T. de Buren, H. de Demin, H. de Wolde, M. de Ketelhůt et[1] de Goldebo. Super hiis firmiter obseruandis litteras presentes sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXIIII., quarto ydus Januarii.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hängt von dem in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildeten Siegel des Fürsten Heinrich von Werle noch der innere Theil mit dem werleschen Stierkopfe; der Rand ist abgebrochen. [1] Hinter et ist im Original eine Lücke für den Anfangsbuchstaben von dem Vornamen des von Goldebo gelassen. — Gedruckt in Jahrb. XVIII, S. 211; U.-B. der Stadt Lübek II, S. 44.

1284. Januar 16. 1714.

Ulrich, Bischof von Ratzeburg, stirbt.

✠ ANNO . DN̄I . M°CC°L ‖ XXXIIII° . XVII . KL . FEBR . E . . . . . ‖
. . . . . ‖ . . CŪ . SEDISSET . AN̄IS . XXIIII (OR) . M̄SIB' ‖
VI . DIEB' XVII.

= Anno domini 1284., 17. kalendas Februarii, obiit [Vlricus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus], cum sedisset annis 24, mensibus 6, diebus 17.

In dem Dome zu Ratzeburg, vor dem hohen Chor im Schiffe der Kirche, liegt ein grosser Leichenstein mit dem Bilde eines segnenden Bischofs unter einem Baldachin. Von der Umschrift sind nur noch die oben mitgetheilten Buchstaben zu lesen; die untere Seite (unsere 3. Zeile) ist ganz vertreten; die fünfte Zeile steht unmittelbar unter der ersten, im Innern der Platte. — In der Angabe der Regierungsjahre widerspricht dieser Stein allen urkundlichen Nachrichten. Denn nach dieser Inschrift müsste Ulrich erst am 30. Juni 1259 Bischof geworden sein, während seines Vorgängers letzte erhaltene Urkunde (Bd. II, Nr. 800) vom 15. Juli 1257 datirt ist, und er selbst bereits am 23. Aug. 1257 eine Urkunde ausstellte (Bd. II, Nr. 803) und am 1. Juni 1258 (Nr. 824) schon von dem deutschen Könige Richard ein Antwortschreiben auf seine Lehnsmuthung empfing. Auf das Antrittsjahr 1259 führt auch keine Angabe des Pontificatsjahres in den erhaltenen Urkunden, mit dem Jahre 1257 dagegen stimmen alle (Nr. 867, 926, 971, 1002, 1084, 1169, 1442, 1594, 1620, 1633, 1635). Nur über den Antrittstag des Jahres 1257 herrscht keine Uebereinstimmung in den Urkunden. Nach Nr. 803 muss Ulrich nämlich vor dem 23. August 1257 Bischof geworden sein, und die meisten der angeführten Nummern (867, 926, 1084, 1620, 1633, 1635) gestatten einen Tag zwischen dem 18. Juli (Nr. 926) und dem 23. Aug. (Nr. 803) anzunehmen; in Nr. 1442 ist aber ein Antrittstag nach dem 9. Sept. 1257 vorausgesetzt, und Nr. 1169 führt sogar frühestens auf den October 1257. Doch mag in den beiden letzten Fällen eine Nachlässigkeit des Concipienten vorliegen. — Vgl. über den Todestag auch die Angabe in der Note zu Nr. 1594.

1284. Januar 17. Rostock. 1715.

Rath und Gemeinde von Rostock versprechen für ihren Theil und Johann Moltke für die Fürstin Agnes von Rostock, der Stadt Lübek gemeinschaftlich bis zum 27. Februar 150 Mk. Silbers zu bezahlen, widrigenfalls in Lübek Einlager zu halten.

Omnibus presens scriptum cernentibus nos consules ceterique burgenses ciuitatis Rozstoc notum esse uolumus et presentibus protestamur, quod nos, pro parte nostra, et dominus Johannes Molteco, pro parte domine nostre, promisimus domino Johanni Monacho et Johanni Runesen ad manus ciuitatis Lubycensis centum et quinquaginta marcas puri argenti, quod quidem argentum in dominica, qua cantatur Jnuocauit, persoluetur. Si autem dictum argentum die prenotato persolutum non fuerit, dominus Johannes Molteco, pro parte domine nostre, et Reymbertus de antiqua ciuitate et Conradus de Lawe, nostri socii de consilio, pro parte nostra, ciuitatem Lubec dominica scilicet Jnuocauit intrabunt, nec abinde exibunt, nisi prius de summa prelibati argenti et damno, si quod supercreuerit, fuerit satisfactum. Jn cuius rei euidentiam sigillum nostre ciuitatis presentibus duximus apponendum. Datum Rozstoc, anno domini M° CC. LXXX. IIII°, feria secunda post octauas epyphanie.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek, Bd. III, S. 25, aus dem Original auf der Trese zu Lübek, welches das Siegelband, aber kein Siegel mehr daran trägt. — An demselben Tage, auch zu Rostock, beurkundete „Bugislaus dei gracia dux Slauorum:" „Nos cum nostris amicis feria secunda post octavam epyphanie fuimus „Rozstoc et ibidem placitavimus de certificacione pecunie, pro qua nos et amici nostri in Lubeke obligamur. „Et cum ibidem finem nostris placitis imponere non possemus, per preces validas viros honorabiles et discretos, „dominos consules Lubycenses videlicet Johannem dictum Monek et Johannem dictum Runese nobiscum Dymin „duximus et ibidem ipsos ad manus consulum de Lubeke certificavimus per nostrarum consules ciuitatum de „parte placitate pecunie nos tangente. Quodsi ad certificandum predictam pecuniam nostrorum consulum habere „copiam non possemus, nos predictis Johanni et Johanni in fide nostra promisimus dictam civitatem Lubeke „intrare feria tercia proxima ante purificacionem virginis glorioso [Febr. 1], nullathenus exituri, quin ipsam „pecuniam persoluerimus vel secundum eorum ordinaverimus voluntatem. Si autem ibi certificaverimus, „habebimus cum nostris amicis et consulibus inducias de ipsa pecunia vsque in diem dominicum proximum „Jnvocavit." (U.-B. der Stadt Lübek I, S. 413, nach dem Original zu Lübek.) — Es handelte sich also um Vorschüsse der Lübeker zum Kriege gegen die Markgrafen von Brandenburg. Der Fürst Wizlav von Rügen verpflichtete sich in Gemeinschaft mit dem Ritter Reinfried von Penz am 20. Januar zu Lübek, gleichfalls bei Strafe des Einlagers, der Stadt Lübek bis zum Sonntage Invocavit 1120 Mk. reines Silbers zu zahlen. (Daselbst S. 414.)

1284. Januar 25. Schwerin. 1716.

Richard und Volrath, Domherren zu Schwerin, als Bevollmächtigte des Domherrn Reiner von Lüttich, Einnehmers des Zehnten für das heilige Land,

bitten den Bischof Hermann von Schwerin, den Bann von dem Propste und der Klosterkirche zu Neukloster zu nehmen, da der Propst den Zehnten entrichtet habe.

Reuerendo in Christo patri ac domino suo Hermanno Zwerinensis ecclesie episcopo Richardus et Volradus eiusdem ecclesie canonici, collectores et inquisitores decime terre (!) deputate, per diocesim Zwerinensem detente, constituti a domino Reynerio Leodiensi canonico, collectore decime in quibusdam Alimanie partibus a sede apostolica deputato, cum debita subiectione reuerenciam. Mittimus ad vos dominum Johannem prepositum Noui Claustri, qui nobis de decima terre sancte deputata satisfecit, humiliter supplicantes, ut diuina in predicta ecclesia Noui Claustri restituatis et prepositum eiusdem ecclesie ab excommunicacione absoluatis et cum ipso super irregularitate, si qua incidit, misericorditer dispensetis. Datum Zwerin, in die conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CC° LXXX° quarto.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An zwei Pergamentstreifen, auf welchen (von dem Concept der Urkunde?) die ersten Zeilen der Urkunde geschrieben stehen, hangen 2 Siegel.

1) Das erste, kleine, runde Siegel hat im runden Siegelfelde einen linkshin sprengenden Reiter mit Schild und Lanze, über seinem Rücken steht im Siegelfelde in kleinen Uncialen: S. GEORG; die Umschrift lautet:

✠ S' RICHARDI DE L[VN]ENBVRG CAN ZVERINEN

(Vgl. Bd. II, Nr. 1363, wo der Domherr Richardus de Lunenborgh genannt wird, auch oben Nr. 1650.)

2) Das zweite Siegel ist sehr beschädigt; es scheint parabolisch gewesen zu sein und ist quer durch einen Baldachin getheilt; über demselben sind noch die Beine einer sitzenden Figur (wohl der Maria) erkennbar, unter demselben kniet ein rechtshin gewandter, betender Geistlicher ohne Schmuck, an dessen beiden Seiten zwei Wappenschilde stehen: vor ihm (rechts) ein Schild mit einem Fluge. Dies scheint das Wappen der von Plote zu sein; aber auch die von Trechow führten ein gleiches Wappen; ähnlich ist das Wappen der edlen Herren vom Berge, welche einen grossen Adlerflügel führen. Hinter ihm steht ein Schild mit einem Agnus Dei, wie es scheint. Die Umschrift ist ausgebrochen. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 72, Nr. XXXIII. — Vgl. Nr. 1691.

1284. Nach Febr. 7. Bremen (?). 1717.

Heinrich, Bischof von Pomesanien, verleiht dem Kloster Rehna einen Ablass.

Vniuersis presencia visuris H. dei gracia Pomezanie episcopus salutem in domino. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum deuocionis et ad opera caritatis allicere cupientes, nos, de omnipotentis dei misericordia confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui monasterio beate virginis in Rene suas elemosynas erogauerint, XL dies et carenam de iniuncta sibi penitentia accedente diocesani consensu misericorditer relaxamus. Datum Brem̄., anno domini M° CC° LXXX° IIII°, post dominicam Circumdederunt.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das aus dem Pergament geschnittene Siegelband ist abgerissen. Der Schluss ist im Originale nach Interpunction und Orthographie folgendermassen geschrieben: Anno dn̄i. M°. LXXX° IIII°. post Dnica C'cudederut."

1284. (Nach Febr. 26.) Rostock. 1718.

Die dermaligen Rathsherren zu Rostock.

Anno domini M° CC° LXXXIIII° consilio presidebant: Henricus Wise, Petrus de Butzowe, Conradus de Lawe, Thidericus Friso, Johannes de Lemhus, Johannes Pape, Lutbertus de Laghenstrata, Nycolaus de Molendino, Arnoldus de Susato, Hermannus Lyse, Henricus Monachus, Johannes Reimberti, Euerardus Nocticorax, Johannes Bruneswic, Henricus Friso, Johannes Yconis, Johannes filius Rotgheri, Thidericus de Lawe.

Nach dem Rostocker Stadtbuch B, fol. 79. — In etwas abweichender Reihenfolge, aber von derselben Hand, steht diese Einzeichnung auch auf fol. 92. Dieselben Personen stehen auch, doch in etwas anderer Reihenfolge und mit den lateinischen Namen: „Henricus Sapiens" (st. H. Wise) und „Johannes Clericus" (st. Pape), als Rathsherren vom Jahre 1284 verzeichnet im Stadtbuch A.

1284. Rostock. 1719.

Die Stadt Rostock befreiet Hermann, Engelmars Sohn, wegen des Schadens, den er in dem Gefecht bei Gadebusch erlitten hat, auf seine Lebenszeit von Wachdiensten und Steuern.

Notum sit, quod ciuitas dimisit Hermannum, filium Eghelmari, propter incommodum, quod passus fuit in conflictu iuxta Godebuz, solutum et liberum per dies uite sue a vigiliis et a collecta.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 92^b. — Mit fol. 92 beginnt eine neue Lage des Stadtbuches; auf der ersten Seite (fol. 92^a) steht einmal: Actum a. d. 1284, fer. 6. ante purificationem (Jan. 28); auf fol. 92^b folgt die obige Einzeichnung unmittelbar auf den Antritt des Raths (Febr. 22), und die nächste Inscription auf derselben Seite ist vom 17. März (Ghertrudis); auf fol. 93^a begegnet dann das Actum: 1284, fer. 4. ante pascha (April 5). Die obige Inscription kann also mit Sicherheit zwischen den 22. Febr. und den 17. März 1284 gesetzt werden.

Anm. Ueber die Schlacht bei Gadebusch vgl. die im „Kercken-Bo'ck thom Grauenncloster" zu Wismar enthaltene „Affschrift vth eyner Tafeln Jm kor hangende" (Jahrb. VI, S. 101): „De ffurstynne ouerst „ffrow Anastasia, dysses gefangenen hern Hinrici gemahel, eine dochter hern Barnymes, hertoghen tho „Stettyn, dewyle ehre here fenklich was, heft se grote verfolginge gehat van den vmbliggenden ffürsten, „ehren nabern, also Doringer, Meyssen, Brandenburger, Saxsen vnd Holsten, de mit velheit in ere landt „gefallen, in meininge dat landt intonemende, anno 1284, was im 12. jar ehres hern gefenknisse. Ouerst „godt halp er, dat se bystant krech, helt eyne schlachting vnd drepent twischen der Stepenisse vnd „Gadebusch, dar sie vnd ehre sons behelden de ouerwynninge mit voroueringe veler gutter." — Die obige Stadtbuch-Notiz beweist nun, dass die Schlacht spätestens im Jahre 1284, welches die Wismarsche Quelle gibt, vorfiel, und dass Detmar (bei Grautoff I, S. 160) sie unrichtig ins Jahr 1285 gestellt hat: „In deme jare Cristi MCCLXXXV., des neghesten daghes na sunte Johannis in der olyeboden, do was en „grot strid tuschen Godebusch unde Grevesmolen," u. s. w. — Wenn Detmar mit dem Tage „na Johannis in der olyeboden" den Tag nach Johannis ante portam Latinam („also he in deme olye ghesoden wart", wie es sonst heisst), also den 7. Mai bezeichnet, so widerspricht auch dieses Datum der Zeit, wo jene Stadtbuch-Einzeichnung gemacht ward. — Auf den 7. Mai 1285 zurückzugehen, veranlasst kein historisches Zeugniss.

(1284?) März 20. 1720.

Adelheid, Gräfin von Schwerin, stirbt.

Adelheidis cometissa de Zwrin.

Einzeichnung in dem Nekrologium des Klosters Wöltingerode am Nordharz aus dem 13. Jahrhundert, unter dem 20. März, mitgetheilt von E. F. Mooyer zu Minden. Nach Mooyer stammte diese Adelheid vielleicht aus den Grafenhäusern von Woldenberg oder von Werder (de Insula) im Hildesheimischen und war an einen Grafen von Schwerin vermählt, oder sie war aus dem schwerinschen Grafenhause in jene Grafenhäuser vermählt. Möglicher Weise ist Adelheid die bis jetzt unbekannte Gemahlin des Grafen Gunzelin IV. von Schwerin. — Vgl. Mooyer in der Zeitschrift des Hannov. Vereins, 1851, S. 51. und v. Hammerstein in derselben Zeitschrift 1857, S. 167 und 181.

1284. April 2. Neuenkamp. 1721.

Das Kloster Neuenkamp verkauft dem Rostocker Bürger Johann Witte, seiner Frau und seinen Erben für 300 Mk. eine Rente von 40 Mk. und behält sich den Rückkauf nach 4 oder 6 Jahren vor.

Frater Arnoldus dictus abbas Noui Campi omnibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod nos cum assensu totius nostri conuentus vendidimus Johanni Albo, burgensi in Roztoc, in festo pasche quadraginta marcarum redditus, sibi et vxori sue Alheydi et suis heredibus iure hereditario possidendos, pro trecentis marcis monete solubilis et datiue. Qui videlicet redditus eidem Johanni et vxori sue cum heredibus annuatim in festo natiuitatis domini a nobis persoluentur. Expletis autem quatuor annis, prefatus Johannes cum vxore sua et heredibus nobis in subsidium hoc dederunt propter deum, ut reemamus, si poterimus, redditus supradictos, nulla interposita conditione, sed de ipsorum bona et propria uoluntate, pro marcis trecentis, sicut nobiscum emptionis tytulum inierunt. Verum si tempore dicto insufficientes fuerimus, post duorum adhuc annorum terminum ob spem melioris emptores prefati liberam nobis concesserunt facultatem reemendi ut prius redditus supradictos, taliter vt, si eodem tempore, quo ab ipsis pecuniam recepimus memoratam, non reemerimus, ad nos de cetero non redibunt. Acta sunt hec in Nouo Campo, anno gratie M° CC. LXXX. quarto, in die palmarum. Huius rei testes sunt: frater G. prior loci eiusdem, dominus Alexander quondam abbas, frater Gy., frater Th. cellerarius, et frater Johannes de Lubeke, et alii quam plures.

Nach der Abschrift im Rostocker Stadtbuch C, fol. 80. Nicht getilgt.

1284. Rostock. 1722.

Johann Raven verkauft ein Erbe zu Rostock an Johann Gole, mit der Bedingung, dass es wachpflichtig bleibt und nicht an Mönche und Beguinen verkauft werden darf.

Johannes Rauen vendidit Johanni Golen hereditatem apud sanctum Johannem, quam emerat a Godekino Hunger, et illam sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Thidericus Friso, Johannes de Domo Argillea et Euerardus Nicticorax tabule presidebant. Sed dicta hereditas fratribus uel begginis uendi non debet. Jtem debet poni homo in dictam hereditatem, qui habeat arma et seruet vigilias modo debito. Et si dicta hereditas venderetur fratribus uel begginis, dicta hereditas cedetur ciuitati, quia taliter est arbitratum.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 80. — Getilgt. „Johannes Gole vendidit Hermanno Lest suam hereditatem apud sanctum Johannem, sicut sua fuit", heisst es auf fol. 130, zum Jahre 1285.

1284. Rostock. 1723.

Agnes, Fürstin von Rostock, und ihre Söhne verkaufen an Lambert von Wesel um 400 Mk. eine jährliche Rente von Korn und Malz aus zwei Rostocker Mühlen, mit Vorbehalt des Rückkaufs.

Domina nostra de Roztoc et Johannes, Nycolaus et Borwinus domini de Roztoc vendiderunt cum consilio militum suorum fidelium et consiliariorum in molendino Danemari, quod fuerat Conegundis, et molendino Johannis filii Willehelmi Lamberto de Wesele singulis annis redditus VIII last annone, videlicet II last siliginis, II last ordeacii bracii et IIII last bracii auenatici pro CCCC marcis, perpetuo hereditanda eodem iure et eadem potestate, qua ipsi habuerunt. Et quandocunque ad tantam facultatem rerum deuenerint, pro eisdem denariis bene possunt reemere; sed hoc semper debet esse in festo penthecostes.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 81. Vgl. Nr. 1676.

1284. April 14. Malchow. 1724.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt den Lübischen Bürgern für die ihm und allen wendischen Fürsten geleistete treue Hülfe die Zollfreiheit in seinem Lande.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Bugguzlaus dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Ne rerum gestarum

memoria processu temporis euanescat et pereat, discretorum virorum prudentia solet eas per litteras eternare. Cognoscat igitur presens etas et sciat postera, quod nos Bugguzlaus dux Slauorum libero arbitrio nostro, cum communi consensu hominum nostrorum, burgensibus Lubicensibus ob dilectionem et fauorem nobis et nostris progenitoribus exhibitum et nunc obinde precipue, quod, pluribus ciuitatibus, munitionibus et hominibus nostris ex instinctu emulorum nostrorum ad hostes nostros de nobis recedentibus, ipsi burgenses Lubicenses nos et omnes Slauie dominos, cooperatores nostros, fideliter iuuerint et multam pecuniam ac varios labores in nos conuerterint, libertates a felicis recordationis patre nostro domino Barnim et patruo nostro domino Wartizlao, quondam ducibus Slauorum, et ceteris progenitoribus nostris dudum ipsis collatas confirmamus et nunc eis de nouo conferimus, tales videlicet, ut liberi terram nostram negotiationis sue causa de omni exactione, theloneo et vngeldo ingrediantur et egrediantur, quocienscunque de quibuscunque terris veniant negotiationes suas exercendo dicti burgenses Lubicenses dilecti nostri et ipsos terram nostram adire contingat, nullatenus ab ipsis deinceps, nec a nobis, nec a successoribus nostris in toto dominio nostro perpetualiter theloneum, exactionem aut vngeldum aliquod extorquendum. Ceterum ut hoc factum illibatum permaneat et ne processu temporis deleri possit, presens scriptum exinde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Huius nostre donationis testes sunt: nobiles viri, consanguinei nostri dilecti, Hinricus dominus de Werle, Wrzlaus (?) princeps Rugianorum, Helmoldus et Nicolaus comites Zwerinenses; milites vero nostri: Johannes de Zarnyn, Johannes Molteke, Wiceko de Vzenem, Fredericus Molteke, Theodericus de Kampen et Reinbernus de Wacholte, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum et actum in ciuitate Malachowe, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo qvarto, in die martirum beatorum Tyburcii et Valeriani.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 417, aus „dem Original auf der Trese [zu Lübek], mit anhängendem Siegel." — Vgl. Bd. II, Nr. 1544 und 1545, Bd. III, Nr. 1682 und 1697.

1284. Mai 25. Stavenhagen. 1725.

Friedrich, Heinrich und Konrad Voss, Gebrüder, und ihre Mutter Hadewig geben dem Kloster Dargun um 250 Mk. die 12 Hufen in Gülzow zurück, welche die Mutter auf Lebenszeit vom Kloster hatte.

Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram visuris Fridericus, Hinricus, Conradus, filii domini Johannis Wlpis felicis memorie, salutem in vero omnium salutari. Cum ex fluxu temporis ac personarum successione res geste quantocumque racionabiliter ad ignoranciam deueniant, prudentum virorum discrecio consueuit

huiusmodi ignorancie sigillis ac testimonio litterarum obuiare. Hinc est ergo, quod scire volumus presentes et futuros, quod nos de consensu et beneplacito matris nostre domine Hadeuuigis duodecim mansos in villa Golessowe sitos, quos quidem mansos predicta mater nostra tantum ad tempora vite sue tenuit ab ecclesia Darghunensi, receptis ducentis et quinquaginta marcis monete currentis ab ecclesia iam dicta, vna cum matre nostra resignauimus in manus domini abbatis Darghunensis, abrenunciantes omni iuri, quod nos aut mater nostra quoquo modo habere videbamur in eisdem, ita plane, quod neque nos, neque aliqui heredum nostrorum in dictis mansis quippiam iuris de cetero nobis vendicare debeamus. Huius rei testes sunt: dominus Hilduardus tunc abbas in Darghun, Johannes de Pomerio monachus ibidem, dominus Reynerus auunculus noster, plebanus in Ducowe; milites: Fridericus et Hinricus Wlpes, patrui nostri; famuli: Arnoldus de Geben, Johannes de Goltstede, Rendagus villicus in Scerpesow et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Stouenhaghen, anno gracie M° C° C° LXXX° IIII°, in die sancti Vrbani pape et martiris. Ne autem hec nostra racionabilis actio cuiquam in dubium veniat, presentem paginam exinde conscriptam damus ipsis fratribus in Darghun nostro ac testium prescriptorum sigillis roboratam.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. In die Urkunde sind Löcher zu 5 Siegeln eingeschnitten; jedoch sind die 1. und die 5. Siegelstelle leer. Die übrigen, an weissen leinenen Fäden hangenden Siegel von grünem Wachs sind folgende Siegel, deren Holzschnitte von dem Herrn Grafen Voss auf Gr.-Giewitz zum Urkundenbuche geschenkt sind:

2 3 4





2) schildförmig, mit einem links aufsteigenden Fuchse; Umschrift:

✠ S'. IOHAR[R]IS : WLPIS

Dies ist entweder das Siegel des verstorbenen Vaters der Aussteller oder das ihres Vetters Johann, welcher 1293—1304 als Burgmann in Demmin erscheint;

3) schildförmig, mit einem rechts aufsteigenden Fuchse, dessen Vorderbeine und Schwanz in die Umschrift hineinragen; diese lautet:

✠ S'. FRADARICI ✠ VULPIS.

4) parabolisch, mit dem Erzengel Michael mit Flügeln und Heiligenschein, welcher, auf dem Drachen stehend, diesem die oben mit einem Kreuze verzierte Lanze in den Rachen stösst und in der linken Hand einen Schild mit einem rechts aufsteigenden Fuchse hält; Umschrift:

S'. RAYNARI. PLABANI. DA. DVCOVWA.

1284. Mai 28. 1726.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft der Stadt Bützow einen Acker für 150 Mk. und erlaubt derselben die Ausrodung des Wedingholzes.

Hermannus, Bischoff, hat dem Rhate vnd Burgerschafft zu Butzow den Acker vff dem Felde daselbst, den er von den von Mankemos an sich gebracht, vor 150 Mk. verkaufft. Hat auch der burgerschafft nachgegeben, das sie das holtz, der Wedinge genant, ganz und gar aussrotten vnd zu acker machen mugen. Anno 1284., in festo Pentecostes.

Nach Clandrian, Protoc., fol. 99[b], aus einem Transsumpt d. d. 1371, Dec. 23.

1284. Juni 5. Freiburg im Breisgau. 1727.

Rudolf, römischer König, verspricht der Stadt Lübek, zur Herstellung des Friedens Boten an die wendischen Fürsten und die Markgrafen von Brandenburg abzuordnen.

Rudolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . consulibus et vniuersis ciuibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Super iniuriis, quibus vestra tranquillitas et circumiacentis patrie incess[a]nter afficitur et turb[a]tur, vobis ex corde compatimur, volentes et immutabiliter disponentes ad hoc animum nostrum et vires dirigere, quod, depositis omnium discordiarum rancoribus, in pace valeat vestra devotio respirare. Nam nostros sollempnes nuncios ad dominos Slauie et ad marchiones de Brandenburg destinare disponimus, qui ea, que pacis et tranquillitatis fuerint, tractent, ordinent et consumment, sic quod pacis amenitas ubique refloreat, et respublica votiua quiete gaudeat, a persecutionibus liberata. Ad hec sciat vestra fidelitas, quod vester nuncius, lator presencium, quem benigne suscepimus, valde prouide et discrete, de contingentibus nil omittens, vestrum negotium celsitudini nostre proposuit et pro vestro bono statu, de quo libenter volumus cogitare, tam efficaciter laborauit, quod nos habemus eius sollicitudinem commendatam; petentes, quod vos eundem obinde vobis habeatis propensius recommissum. Datum Friburgi, non. Junii, regni nostri anno XI°.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 420, aus der auf der Treso zu Lübek befindlichen Urschrift, welche durch ein aufgedrücktes Siegel verschlossen war. — Vgl. Nr. 1728 mit der Note.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An Schnüren von rother und gelber Seide hangen 2 schildförmige Siegel:

1) das hieneben abgebildete Siegel des Fürsten Nicolaus II. von Werle, mit dem werleschen Stierkopfe und mit Sonne, Mond und Stern in den Schildwinkeln; Umschrift:

✠ SIGILLVM * DOMI[NI * N]ICHOLAI *
DG * WGRLG

Dieses Siegel gleicht in der Zeichnung ganz dem des Vaters, des Fürsten Johann I. von Werle, wie es in Bd. II, zu Nr. 1347 (unter 3), abgebildet ist.

2) An zweiter Stelle hängt das in Bd. II, zu Nr. 1347 (unter 2), abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich I. von Werle.

Mehr Siegel sind nicht angehängt gewesen.

Gedruckt ist diese Urkunde nach einer beglaubigten Abschrift schon bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 104.

1284. Juni 10. Rostock. 1730.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft mit Einwilligung seiner Söhne und Neffen der Stadt Rostock und dem Rostocker Bürger Heinrich Frese das Dorf Spotendorf mit dem Eigenthum.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gracia dominus de Werle uniuersis Christi fidelibus presentia uisuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Licet ad quorumlibet nostrorum fidelium seruicia prosequenda debeamus esse munifici, ad illos tamen dexteram nostre liberalitatis magis extendimus, quos fidei claritate conspicuos et circa nostra seruicia fructuosos et utiles euidentibus semper indiciis experimur. Eapropter presenti priuilegio notum facimus universis, tam futuris, quam presentibus, quod nos, attendentes inuiolabilem devocionis et fidei puritatem, quam ciuitas Rostoc erga nos constanter noscitur habuisse, dilectorum nostrorum filiorum Nicolai scilicet et Henrici, necnon fratruelium nostrorum Nicolai et suorum fratrum bona uoluntate et consensu plenarie accedente, dimisimus et uendidimus dicte ciuitati Rostoc et Henrico Frisoni, burgensi ibidem, uillam nostram Spotendorp et proprietatem eiusdem cum omni fructu et utilitate, accessibus et egressibus eius, syluis et pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, montibus, planis, uiis et inuiis, virgultis, nemoribus, piscacionibus, possessionibus, iusticiis et rationibus ac omnibus pertinenciis suis, prout infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, ita quod villam ipsam et qualiacunque alia ei adiacentia ultra dimensu-

racionis funiculus non attingat, et insuper cum omni plenitudine iuris, quo nos dictam uillam dinoscimur habuisse, ita quod nos in ipsa nobis nihil iuris usurpare poterimus. Et neque per nos, neque per aduocatos nostros seu successores nostros quoscunque in eadem villa uel eius terminis aliquid iudicabitur, nisi occisus et corpus mortuum fu[er]it ibidem presens, et extunc aduocato nostro ad hoc vocato et ibidem iudicante, si qua emenda emerserit, duas partes eiusdem emende nos habebimus et ciuitati Rostoc antedicte et Henrico Frisoni pars tercia tantum cedet. Ceterum si quempiam fugitiuum ex quacunque causa ad antedictam uillam seu eius terminos uenire contigerit, de hoc debemus ibidem secundum communem terre consuetudinem et iusticiam iudicare. Damus eciam ac promittimus, ut sepedicta villa Spotendorp et eius incole ad structuras poncium et ad urbana seruicia et uectigalia nullo modo teneantur; perpetuum silencium imponentes omnibus, qui contra hanc uendicionem et donacionem nostram presumpserint attemptare. In cuius rei euidenciam pleniorem presens instrumentum inde confectum sigilli nostri ac dilecti fratruelis Nicolai testimonio fecimus communiri. Testes sunt: Henricus de Vlotouue, Godeke Luch, Nicolaus Gallus, Jordanus et Gerhardus fratres de Cropelin, Johannes et Bernhardus fratres de Bellin, Rudolphus de Hunguardestorpe, Matthias Ketelhot, Theodericus de Buren, Bernhardus de Leesten, Henricus de Demene, milites, Ludeke Struk, Henricus de Niendorpe et alii quam plures. Actum et datum Rostoc, anno domini M. CC. LXXXIIII., IIII. idus Junii.

Nach einer notariell beglaubigten Abschrift eines Transsumpts des Bischofs Ludolf von Schwerin vom Jahre 1333. — Gedruckt in den Rost. Nachr. und Anz. 1752, Nr. 34, S. 137, und bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 106.

1284. Rostock. 1731.

Mechthild von Schnakenburg kauft von Johann von Rathenow ein Haus zu Rostock, welches nach ihrem Tode wieder an einen Rostocker Bürger verkauft werden muss.

Johannes de Ratenow vendidit domine Meychtildi, vxori domini Gherardi de Snakenburg, hereditatem suam apud sanctam Katherinam, sicut sua fuit, et sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Jn dicta autem hereditate eadem domina per uite sue dies manebit, et post mortem suam super heredes suos non hereditabit, sed vni burgensi in Roztoc uendi debet.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 99. — Vorauf geht eine Einzeichnung vom 14., und es folgt eine Einzeichnung vom 15. Juni.

(1284.) 1732.

Instruction für die Lübischen Abgeordneten zu den Verhandlungen der verbündeten Städte in Betreff der norwegischen Fehde.

De Normannis, vt bona non vadant per Sund.

De Dacis, qui de Norwagia adduxerunt in istas ciuitates aliqua bona, quomodo de eis esse debeat.

De Bremensibus, [1] vt de coassistendo dentur littere a ciuitatibus.

Vtrum nuncii in Daciam mittantur ad regem.

Moneantur domini Slauie, quod nos adiuuent in necessitatibus, quas patimur a Normannis.

Vt littere mittantur in Rigam et in omnes illas remotas ciuitates super negocio Normannorum, et vt littere mittantur eciam versus west.

Moneri debet dominus Hinricus de Werle pro nostra parte pecunie nobis reddende, cum qua conduci debuerant domini Hartonis[2].

Vt in dicto negocio Normannorum ciuitates Slauie faciant III partes expensarum, et quartam partem faciat ciuitas Lubicensis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 50, aus dem Concept auf einem Pergamentstreifen auf der Trese zu Lübek. — [1] Später beigeschrieben. — [2] „Oder: Harconis." (Vermuthlich: Hakonis.)

Anm. Es scheint nicht zweifelhaft, dass diese Instruction sich auf den in der nächsten Nummer (1733) beurkundeten Städtetag zu Rostock bezieht, und dass beide mit den nächstfolgenden Urkunden in den Anfang des Krieges der Seestädte gegen Norwegen fallen. Die Jahreszeit lässt sich nicht genau bestimmen; wir setzen diese Urkunden nur deshalb hierher, weil sich aus Nr. 1738 ergibt, dass in der zweiten Hälfte des Juni 1284 der Verkehr mit Norwegen von den Städten bereits verboten war, und diese Stadtbuch-Eintragung den ersten chronologischen Anhaltspunkt gibt. Vgl. übrigens die zweite unter den unten mitgetheilten Urkunden des Königs Erich von Dänemark vom 29. November 1284.

(1284.) 1733.

Die auf einer Versammlung zu Rostock durch ihre Rathmänner vertretenen Seestädte beschränken die Getreideausfuhr auf den Verkehr unter einander, verbieten die Einfuhr norwegischer Waaren und stellen den Bremern frei, ihren Beschlüssen beizutreten, wollen sich widrigen Falls aber alles Verkehrs mit ihnen enthalten.

In dei nomine. Amen. Notum sit, quod, cum consules istarum ciuitatum maritimarum comprehensarum in confederacione concepte pacis in ciuitate Rozstoc fuissent ad colloquendum pariter congregati, dicti consules inter se communiter decreuerunt, quod nulla penitus annona, fabe, pisa, bracium uel farina de terris et ciuitatibus istis quoquam duci debeant ultra mare, sed omnia bona premissa ad quaslibet ciuitates ex ista parte maris positas in confederacione predicta comprehensas licite et libere duci debent. Et si quisquam huius decreti transgressor

alias duxerit aut miserit uel ducere uoluerit, quam ad aliquam dictarum ciuitatum, ille vadiabit sue ciuitati X marcas argenti; bona quoque taliter educta manebunt in proscripto; et si cuiquam quicquam ablatum fuerit de bonis talibus illicite sic eductis, ablatores huiusmodi dictas ciuitates ideo non uitabunt, sed hac ablatione non obstante eas, cum uoluerint, licite uisitabunt. Jtem si aliqua bona, que de Norwegia quondam adduci solebant, ad aliquam istarum ciuitatum peruenerint, illa uendicione simul et empcione carebunt, et illa per eandem uiam, per quam uenerunt, reuertentur. Et si quisquam burgensium istarum ciuitatum occulte forsan emerit ipsa bona Norica, ille debet huiusmodi bonis priuari. Bona tamen Suecie et Dacie et omnis generis bona preter bona Norica vendicionem et empcionem libere in dictis ciuitatibus obtinebunt. Jtem si ciues Bremenses dictis ciuitatum statutis uoluerint adherere, eos ob dilectionem et fauorem eorum ipse ciuitates in omni beniuolencia promouebunt; sin autem, eos uitabunt in hunc modum, videlicet quod empciones et vendiciones in dictis ciuitatibus non habebunt. Et si pro hac causa cuiquam insultus aliquis uel dampnum [aliquod eue]nerit, illi prefate ciuitates communiter assistent, ut exinde debitam capiat rec[ompensam ... no]scat[1] igitur, quod ad peticionem domicelli nostri Magnopolensis et quorundam militum suorum [hanc litteram] fecimus sigillari.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek III, S. 26, aus „dem flüchtig auf ein unregelmässig geschnittenes Stück Pergament geschriebenen Originale auf der Treso zu Lübek. Der Brief war durch das grosse Stadtsiegel von Wismar (Siegel des Mittelalters aus den Archiven der Stadt Lübek, Lüb. 1856 ff., Heft 2, Taf. 7, 1 [und oben Bd. II, Nr. 764]) geschlossen, von dem noch erkennbare Reste übrig sind. Das in (eckigen) Klammern Stehende ist im Briefe ausgerissen. Das Subject zu „[1] noscat" fehlt: für eine grössere Ergänzung, als die im [Lübeker] Text gegebene (nämlich „rec[ompensationem no]scat"), bot die Lücke nicht Raum." — Vielleicht stand in der Lücke nur „recompensam", und war durch 2 Puncte die Stelle des Titels für die einzelnen Adressaten, für welche Ausfertigungen gemacht werden sollten (z. B. „uestra discrecio" oder dergl.), angedeutet. — Vgl. Nr. 1734 und Nr. 1732: Vt littere mittantur etc.

Möglicher Weise bezieht sich auf die Besiegelung und die Absendung des obigen Sendschreibens durch den Rath zu Wismar folgende Einzeichnung im Wism. Stadtb. B, p. 117:

„Notum sit omnibus hoc scriptum uisuris, quod illo tempore, quando aperta littera „mittebatur ciuitatibus orientalibus, omnes consules antiqui et noui congregati „fuerunt."

Nach Detmar's Bericht zum J. 1284 schloss Bremen sich den andern Seestädten nicht an.

(1284.) 1734.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihre Söhne ersuchen den König Erich von Norwegen, die Beschwerden der wendischen Seestädte abzustellen und für die ihnen zugefügten Schäden Ersatz zu leisten.

S. die Note zu Nr. 1735 über das auf der Trese zu Lübek befindliche, ehemals versiegelt gewesene Original. Vgl. auch Nr. 1733 (am Schlusse).

(1284.) 1735.

Heinrich, Fürst von Werle, ersucht den König Erich von Norwegen, die Beschwerden der wendischen Seestädte abzustellen und für die ihnen zugefügten Schäden Ersatz zu gewähren.

Glorioso principi domino E. regi Norwagie H. dei gracia dominus de Werle[1] sue possibilitatis seruicium semper promptum. Expositum est nobis ex parte ciuitatum maritimarum patrie nostre, quod in preterito mercatoribus e[a]rum in regno vestro contra iusticiam eorum bona accepta fuerint in multis quantitatibus, et quod paulo plus quam media pars eis fuerit restituta, propter quod querimonias ad vestre maiestatis presenciam direxissent. Remiseritis quidem[2] eis nuncios et litteras exprimentes, quod ordinare velletis, vt dicte iniurie deberent in omni bono reconciliari et passis iniuriam deberet emenda possibilis exhiberi. Ad que confidenciam habentes velificauerint ipsi mercatores more solito diuersa loca querentes, prout suis mercaturis nouerant expedire[3]; fuerit autem insidiatum eis ita velificantibus in libero mari per vestros, qui sine pacis qualibet[4] renunciacione captiuauerint, spoliauerint et interfecerint, quotquot[5] comprehendere potuerunt. Cum autem vna nobiscum principes, comites, nobiles, milites, mercatores et terrarum populi[6] iurauerint pacem communem ad assistendum cuilibet in omnibus iustis causis, obligati racione dicti iuramenti predictis ciuitatibus et aliis, maiestatem vestram cum diligencia deprecamur, quatenus dictas iniurias dignemini retractare ac passis iniuriam emendam possibilem procurare, vt illud, in quibus potuerimus deseruire, specialiter teneamur. Super quo nobis excellencie vestre propositum petimus remandari.

Auf der Rückseite: „Glorioso principi domino E. regi Norwagie“, *und unten von derselben Hand die Signatur:* „Domini de Werle[7].“

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 47, aus dem Original auf der Treso zu Lübek; die Brieffaltung, Einschnitte und Siegelbänder sind noch vorhanden, das Siegel ist aber abgesprungen. — Gedruckt auch bei Lange und Unger, Diplomatar. Norveg. I, 1, p. 66.

Das unter Nr. 1734 verzeichnete Schreiben der Fürstin Anastasia und ihrer Söhne lautet dem Briefe Heinrichs von Werle nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 47, gleich bis auf die folgenden Abweichungen: [1] A. dei gracia domina Magnopolensis et eius filii — [2] autem — [3] eorum (!) mercatores ad diuersa loca more solito, sicut mercaturis suis expedire nouerant — [4] qui vestri sine qualibet pacis — [5] quotquot ex eis — [6] pupuli — [7] Magnopolensis.

Es ist zu beachten, dass sich beide Briefe nicht in einem norwegischen, sondern im Lübischen Archive befinden. Sie sind also vielleicht nicht mehr an den König von Norwegen gelangt. — Vgl. wegen der hier geäusserten Verletzungen der Seestädte auch Nr. 1737, Note. — Vgl. auch in Nr. 1732 die Worte: „Mercantur domini Slauie, quod nos adiuuent in necessitatibus, quas patimur a Normannis.“ — Die hier genannte „pax communis“ ist der Rostocker Landfriede, Nr. 1682. Vgl. Nr. 1736.

(1284.) 1736.

Heinrich, Fürst von Werle, ersucht den König [Magnus] von Schweden, dahin mitzuwirken, dass der König von Norwegen den wendischen Seestädten Schadensersatz gewähre, und die Ausfuhr von Lebensmitteln aus Schweden nach Norwegen zu verbieten.

Glorioso principi ac illustri, socero suo karissimo, domino E. (!) regi Swecie Henricus dei gracia dominus de Werle cum omni sinceritate ac fidei puritate ad quecunque beneplacita uoluntatem indefessam, vigilem et sinceram. Excellenciam uestram latere non credimus, immo scimus uobis constare plenius, quod dominus rex Norwagie mercatores ciuitatum maritimarum nostrarum parcium per suos rebus suis et bonis spoliari fecit et insuper quosdam fecit captiuari, quosdam autem occidi; super quo ipse ciuitates nunquam adhuc poterant emendam aliquam optinere. Cum autem nos cum dictis ciuitatibus tam stabili amicicia et concordie atque pacis vnione connexi simus, quod ipsis cum omnibus amicis nostris astabimus, nec eas deseremus, quamdiu vita nobis comes fuerit: vestre sinceritatis dominationem rogamus omni affectione, qua possumus, quatinus dictum dominum regem Norwagie per vestras moniciones ad hoc curetis inducere, vt prehabitarum ciuitatum mercatoribus de dampnis et iniuriis sibi factis emendam competentem ordinet. Quod si facere renuerit, petimus, ut, si aliquem affectum bone uoluntatis nobis ostendere uolueritis, prohibere curetis, nec permittatis, quod de regno uestro in Norwegiam fruges uel cibaria aliqua deducantur, vt id debeamus apud uestram dilectionem cum omnibus amicis nostris perpetuo deseruire. Vestram nobis super hiis rescribi petimus uoluntatem.

Auf der Rückseite: „Glorioso principi domino E. regi Swecie.“

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 438, aus dem „Original“ auf der Lübeker Trese, an welchem sich keine Spur von einem Siegel findet.

Anm. Es ist aus dem Inhalte des Schreibens klar, dass es während des Krieges der deutschen Seestädte mit Norwegen abgefasst ist, also 1284 oder 1285; doch lässt sich nicht mit Sicherheit entscheiden, ob dieser Brief im J. 1285 den König Magnus von Schweden bewogen hat, zwischen den beiden Kriegsparteien zu vermitteln, oder ob der Fürst Heinrich sein Schreiben auf die Bitte der Seestädte (Nr. 1732), gleichzeitig mit Nr. 1735, entwarf. Letzteres dünkt uns wahrscheinlicher. Sehr auffallend ist das Versehen des Schreibers, dass er als Anfangsbuchstaben von dem Namen des schwedischen Königs — Magnus — in dem Briefe wie in der Aufschrift E. statt M. gibt, zumal da Magnus der Schwager des Fürsten Heinrich von Werle war. (S. 1288, Dec. 13.) Aber vielleicht fällt das Versehen nicht dem Concipienten, sondern nur dem Abschreiber zur Last; denn da das angebliche „Original“ in Lübek (welches man freilich auch eher in Stockholm suchen würde) von einem Siegel keine Spur zeigt, so mag es nur eine den Lübekern zur Kenntnissnahme mitgetheilte Abschrift sein, in welcher der Schreiber die üblichen beiden Punkte irrig durch den Buchstaben E. ersetzte.

(1284.) 1737.

Johann, Herzog von Sachsen-Lauenburg, als Hauptmann des Landfriedens-Bündnisses, fordert den König von England auf, den Norwegern während ihres Krieges mit den deutschen Seestädten keinen Vorschub zu leisten und die Ausfuhr von Lebensmitteln nach Norwegen zu verbieten.

Excellenti domino .. serenissimo regi Anglie dei gratia Johannes Saxonie, Angrie, Westfalie dux, burcgrauius Magdeburgensis, obsequiosam in omnibus voluntatem. Exposuerunt nobis sua cum querimonia dilecti nobis ciues Lubycenses et alie ciuitates maritime in nostris finibus, quod illustris princeps, noster dilectus consanguineus, rex Norwegie ipsis grauiter iniurietur. Cum autem dominorum et dictarum ciuitatum maritimarum in nostris confinibus simus capitaneus et iudex pacis iurate, ipsis in suis causis iustis deesse non possumus, nec debemus. Vnde vestre dignitatis excellenciam rogamus plenissimo cum affectu, quatinus homines regis Norwegie venientes ad terram vestram nostre peticionis intuitu promouere non velitis guerra durante inter ipsum regem Norwegie et dictas ciuitates, nec admittere velitis, quod aliqua comestibilia sibi compararent in terra vestra homines regis Norwegie prelibate, vt id apud vestram dignitatem debeamus deseruire.

Aufschrift: „Excellenti domino regi Anglie.“

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 934, aus Rymer's Collect. Vol. II, Nr. 71 (Ms. Add. Mus. Brit. 4574) ex Orig. in Turri. —

Auch die Stadt Lübek wandte sich in einem (undatirten) Schreiben gleiches Inhalts an den König von England und äusserte sich über die Beschwerden gegen Norwegen folgendermassen:

„Vestre magnificentie querulando compellimur intimare, quod Normanni per annum mercatoribus „aduenis in eorum regno tunc temporis constitutis violenter et contra iusticiam bona sua crude„liter receperunt. Propter quod querimonias ad domini regis Norwegie presenciam direximus „supplicando, quatenus de premissis dampnis et iniuriis dignaretur emendam possibilem ordinare. „Vnde statim ad nos et alias ciuitates vndique sollempnes nuncios et litteras ipse dominus rex „Norwegie dirigebat, multum fauorabiliter et studiose pronuncians, quod modis omnibus ordi„nare vellet, vt enormitates predicte deberent in omni bono reconciliari, et passis iniuriam de„beret emenda possibilis exhiberi. Ad quam plenam habentes confidentiam, ceteri mercatores „velificauerunt more solito, vestri culminis regnum et alia loca diuersa accedere cupientes, sicut „mercaturis suis nouerant exped[ire]. Medio quidem tempore, nulla pacis renuncicione preha„bita, insidiatum est mercatoribus n[ostris naui]gantibus in libero mari per dictos Normannos, „qui spoliarunt, captiuarunt, [occide]runt, quoscumque comprehendere potuerunt. Quod petimus „magnificencie vestre esse molestum et ingratum; et quare de laqueis et insidiis dictorum Nor„mannorum regnum excellencie vestre vna cum communibus mercatoribus visitare non possumus, „sicut antea feceramus, magnificencie vestre deuocius supplicamus — —“.

(U.-B. der Stadt Lübek II, S. 933, nach dem Orig. im Tower zu London.) Beide Briefe scheinen in den Anfang des Krieges mit Norwegen zu fallen, weshalb wir sie hier einfügen. — Vgl. die Note zu Nr. 1732 und Nr. 1682.

1284. (Nach Juni 16.) Rostock. 1738.

Johann Pape von Osnabrück erhält die Erlaubniss, zur Entgegennahme einer Forderung mit seinem Schuldner Halkill nach Norwegen zu reisen.

Recognovit dominus Halkillus, quod obligatus sit Johanni Papen de Osenbrugge in C marcis Rostoccensis monete et illas in Norwegia soluere sibi debet; et idem Johannes cum dicto domino Halkillo transeundi in Norwegiam pro eisdem denariis et abinde libere redeundi licentiam habet omnium ciuitatum, et sibi hoc pro excessu non poterit reputari.

Nach dem Rostocker Stadtbuch B, fol. 95°. Auf fol. 94^{b} stehen zwei Einzeichnungen vom 16. Juni 1284, auf fol. 95^{b} unten eine vom 21. Juli 1284. — Vgl. Nr. 1732 und Nr. 1733.

1284. Rostock. 1739.

Heinrich Wise vergleicht sich mit seiner Mutter und mit seinem Bruder Bernhard dahin, dass er ihnen das Haus zu Rostock, welches sie bewohnen, und die sogenannte Pfeffermühle überlässt.

In presentia consulum taliter est complanatum inter Henricum Sapientem et dominam Alheydim matrem suam et Bernardum fratrem suum: Henricus Sapiens cessauit omnino ab hereditate, quam mater sua et frater inhabitant, et insuper dimisit eis molendinum dictum Pepermolen integraliter. Et sic est inter eos causa totalis terminata, ita quod nullus contra alium seu eorum pueri de cetero mouere poterunt aliquam actionem.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 95. — Ueber die Lage dieser Mühle vgl. Stadtbuch 1295 bis 1304, fol. 142^{b}, zum J. 1301: „Petrus Tobie vendidit Gerhardo Voghen molendinum inferius, dictum Pepermole, eo iure, quo ipse tenuit — —"; Stadtbuch 1304—1314, fol. 71^{b}: „Petrus Tobie vendidit „Henrico Buman illos XX marcarum redditus, quos habuit in molendino Pepormolen, quod situm est „iuxta domum laterum sancti Spiritus, pro centum et decem marcis in festo b. Mich. redimendos. „Scriptum Lucc (Oct. 18, 1307), Arnoldo Copman consenciente". Arn. Kopmann bezog nämlich eine Kornrente aus der Mühle: „Hinricus filius Bernardi Sapientis vendidit Arnoldo Copman et suis heredibus pro„uentus molendini, quod Pepermole dicitur, videlicet tria tremodia ordeacii bracii et tria tremodia „auenatici bracii, et piscaturam, sicut patris sui fuerat", 1307 (daselbst fol. 47). „Joh. Voghe vendidit Hen„rico Buman, quicquit habuit in molendino iuxta domum laterum sancti Spiritus. — Sed [Henricus] „dabit Arnoldo Copman sex tremodia ordeacii et auenatici bracii", 1313, fol. 145^{b}. — Im Stadtbuch 1337—1353, fol. 109, zum J. 1345, heisst es: „molendinum Pepermole apud domum laterum beati Jacobi", und fol. 145 (zum J. 1348) steht neben „Pepermole" am Rande von jüngerer Hand: „De peperdiik." — Als „molendinum inferius" wird die Mühle ohne Zweifel bezeichnet im Gegensatze zu der oberhalb derselben in der Kröpeliner Vorstadt, am Ausflusse des „Vögen-Teiches", belegenen Mühle, über welche zu Nr. 1626 gesprochen ist. — Im 16. Jahrhunderte wird die „Pepermöle" als Kupfermühle vor der Bramowschen Zingel bezeichnet. — Auch zu Lübek, vor dem Holstenthore, gab es schon 1262 eine „Pepermole", und 1291 wird noch eine zweite (obere) erwähnt. S. U.-B. der Stadt Lübek I, S. 248, II, S. 46, 65 und 79.

1284. Rostock. 1740.

Johann Rathenow verkauft an Johann vom Gerberbruch 2 Buden zu Rostock an der kleinen Strasse bei dem Schusterhof in der Altstadt.

Johannes Ratenowe vendidit Johanni de palude duas tabernas in parua strata apud curiam sutorum in antiqua ciuitate, et sibi coram consilio rationabiliter resignauit. Henricus Monachus et Thidericus de Lawe tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 100. — Auf fol. 131, zum J. 1286, ist eingetragen: „Johannes „Quast vendidit redditus III marcarum census arealis in casis apud locum stationis sutorum antiquo „ciuitatis —". Die Schusterbuden in der Altstadt kommen früh und oft vor, z. B. Stadtbuch B, fol. 52 (1270): „hereditates in antiqua ciuitate apud tabernas sutorum."

1284. Rostock. 1741.

Der Rath zu Rostock bezeugt, dass Gerwin Klein vom Kloster Doberan 50 Mk. geliehen hat.

Nos consules testamur, quod Gerwinus Paruus mutuo accepit ab ecclesia Doberanensi L marcas, pro quibus fideiusserunt Arnoldus Corrigia (!), ipse Gerwinus[1] eo iure, quod wlgo dicitur mit samender hant, infra natiuitatem beate uirginis et iterum natiuitatem persoluendo.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 101. — [1] Hinter Gerwinus ist eine Lücke für einen Namen gelassen. Die Einzeichnung ist nicht getilgt.

1284. Rostock. 1742.

Johann, ein Hopfenmeister, erhält von der Stadt Rostock 4 Morgen Landes, wofür er nach den ersten 3 Freijahren eine jährliche Erbpacht von 4 Mark zahlt.

Johannes, magister humuli, recepit a ciuitate IIII iugera ad triennium libera, quarto uero anno dabit pro iugere I marcam, et ista potest hereditare filiis suis. Hermannus Lyse et Johannes Rufus et Henricus Monachus tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 102. — Aehnliche Bewilligungen von 3 Freijahren kommen auch sonst in jenen Jahren in den Stadtbüchern (z. B. A, C, fol. 102[b]) oft vor, in den neunziger Jahren öfter solche von 1 oder 2 Freijahren.

1284. Juni 22. Parchim. 1743.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder Johann, Günther, Heinrich, Bernhard und Johann d. j. bestätigen die Gerechtsame der Stadt Parchim.

Nicolaus dei gracia et fratres eius dilecti Johannes, Gunterus, Hinricus, Bernardus et Johannes domini de Werle omnibus presens scriptum uisuris salutem in perpetuum. Nouerint vniuersi, tam posteri, quam moderni, qui presentem paginam susceperint perlegendam, quod nos de bona nostra voluptate et vnanimi consensu dilectis nostris burgensibus in Parchem commorantibus ius ipsorum dedimus, sicut ab inicio habuerunt et sicuti in eorum priuilegiis est conscriptum, quod sine omni contradictione presentibus litteris protestamur. Et ne ab aliquorum nost[r]orum successoribus (!) hec donatio infringi poterit, presens scriptum munimine nostri sigilli fecimus roborari. Huius rei testes sunt: milites: dominus Gherardus de Lesten, dominus Nicolaus Hane, dominus Sifridus de Kerdorp, dominus Fredericus Soneke, dominus Johannes de Duzscyn, dominus Hinricus de Cremun, dominus Dhetleuus Wackerbarth, dominus Mathias Ketelhoth; famuli: Arnoldus de Wozeten et suus frater Rauen, Nycolaus de Belua, Ywan de Malyn, Bernardus de Malyn, Jordanus, Conradus, Nycolaus fratres de Benthen, Gherardus de Weysin, Gherardus de Parsow et alii quam plures viri ydonei, prouidi et honesti. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° IIII°. Datum Parchem, X° kalendas Julii.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Parchim. Von dem an rothseidenen Strängen hangenden Siegel ist nur noch ein Bruchstück der untern Wachsplatte mit zwei Fingereindrücken vorhanden. — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Liel. p. 119, Cleemann S. 124, und Lisch, Hahn. Urk. I. B. S. 108.

1284. Juni 25. Wismar. 1744.

Heinrich und Johann, Fürsten von Meklenburg, kaufen von dem Kloster Doberan das Dorf Kügsdorf, mit der Bedingung, es weder einem Ritter, noch einem Bürger zu überlassen.

In nomine domini. Amen. Henricus et Johannes dei gracia domicelli Magnopolenses vniuersis Christo credulis, ad quos scriptum presens peruenerit, salutem in domino sempiternam. Ne rerum gestarum memoria processu temporum possit euanescere, discretorum virorum pericia solet eas per litteras in scripto perhennare. Hinc est, quod nos tenore presentium protestamur publice, quod, accedente dilecte matris nostre beneplacito et consensu ac proborum terre nostre militum prouido consilio et maturo, villam Ketelhodesdorpe in nostro dominio sitam pro nongentis marcis denariorum vsualis monete terre a venerabili domino Conrado abbate Doberanensi cum voluntate tocius conuentus pariter et consensu emptionis tytulo comparauimus tali forma, vt infra omne tempus, quo ipsas non-

gentas marcas non persoluerimus, ecclesia Doberanensis eandem villam cum omnibus vtilitatibus, prouentibus et redditibus suis, eo iure, quo Johannes Babbo miles ipsam habuerit, sine tamen omni penitus seruicio, libere possidere debeat et quiete; si quando autem abbati et conuentui de Doberan quadringentas et quinquaginta marcas in festo beati Johannis baptiste dabimus, nos medietatem reddituum et quorumlibet prouentuum ipsius ville in festo beati Martini et singulis annis recipiemus, quousque ipsis pro medietate illa, sicut et altera, iterum in festo beati Johannis baptiste alias quadringentas et quinquaginta marcas persoluamus; quando autem totalem illam pecuniam dederimus tempore prelibato, omnes fructus ville prenotate integraliter ad vsus nostros dewoluentur. Ceterum talem in emptione ville supradicte fecimus conditionem, quod nullus militum siue ciuitatensium, neque aliquis incolarum terre nostre ipsam villam Ketelhodesdorpe sua pecunia emere debeat, neque aliquem ad solutionem eius obtinendam admittemus, sed nos propria pecunia nostra ad vsus nostros proprios omni ambiguitate et dubio procul moto redimemus; hoc etiam addito, quod, quamdiu solutionem ville sepedicte per nos procurare non valemus, ecclesia Doberanensis ipsam libere possidebit, donec totalem summam pecunie pro ipsa villa dandam integraliter persoluamus. Vt igitur omnia premissa stabilia perseuerent et a nemine retractari valeant vel infringi, sigilli nostri, quo nunc vtimur, munimine presens scriptum duximus perpetuis temporibus roborandum. Huius etiam rei testes sunt: Gerhardus Meciko et Harwicus frater suus, Godescalcus Pren, Bertoldus Pren, Otto de Reuentlo, Benedictus de Rodenbeke, Thitwicus de Or[c]en[1], Johannes de Cernin, Henricus et Reymarus de Barnecowe, Hinricus de Cremun, Marquardus de Lo, Ludolfus de Trauenemunde, milites, nostri consiliarii, et alii quam plures fide digni. Ad huius eciam facti euidentiam pleniorem Doberanensi ecclesie presentes litteras dari fecimus nostri ac matris nostre dilecte sigillorum appensionibus insignitas. Actum et datum in Wismaria, anno gracie millesimo ducentesimo LXXX° IIII°, in crastino beati Johannis baptiste.

Nach dem Diplom. Doberan., fol. XVI, XVII. [1] Statt OrCen oder Orizen gibt dieses Orlen. Ueber Ketelhotsdorf, jetzt Kägsdorf, vgl. Lisch, Gesch. des Geschlechts Hahn I. S. 36 und S. 98, Not. 22. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1530 (mit falschem Datum), und Lisch, Oertzen. Urk. I, S. 21. — Eine unvollständige Inhaltsangabe gibt Schröder, P. M. I. S. 778.

1284. Juli 23. Lübek. 1745.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleihet dem Decan Heinrich zu Bützow die vom bischöflichen Official Simon von Halle erkauften Zehnten zu Boldensdorf unter der Bedingung, dass sie nach Heinrichs Tode dem Collegiat-Stifte zu Bützow zufallen.

Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, ad quos iste littere peruenerint, salutem

et eternam in domino caritatem. Cum dilectus in Christo Hinricus decanus ecclesie Butzowensis emerit a Simone de Hallis, officiali nostro, decimas in Boldewinestorpe, quas idem S. a nobis habuerat in pheudum, cum omni iure pro quinquaginta marcis denariorum vsualis monete, hiis interpositis condicionibus, quod idem decanus predictas decimas ad vitam suam debeat possidere, ac post ipsius decessum conuerti debeant in vsus ecclesie Butzowensis: nos, cupientes condicionem eiusdem ecclesie, que redditus habet tenues, facere meliorem, contractum eundem ratum tenemus et firmum, de mera liberalitate et bona voluntate decano predicto concedimus, ut decimas predictas ad vitam suam libere possidere valeat et de ipsis ordinare ac disponere ad perpetuam vtilitatem ecclesie Butzowensis, quandocunque et quodcunque voluerit, prout sue placuerit opcioni. In cuius rei testimonium presentes litteras inde confectas nostri sigilli testimonio roboramus. Datum Butzow, anno domini M° CC° LXXX° IIII., in crastino sancte Marie Magdalene.

Nach dem Diplom. eccles. Butzow., Cap. VII [fol. 6ᵃ].

1284. Ratzeburg. 1746.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, überweiset seinem Dom-Capitel den halben Zehnten von Salitz und die Kirche in Grevesmühlen.

Omnibus presens scriptum visuris Conradus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus salutem in domino Jhesu Christo. Quoniam Raceburgensis ecclesia teneris nos in annis [rece]pit in filium, ac fundamentum religionis in nobis ponens, n[unc] in maturiori etate suum erexit in patrem, fatemur nos sibi plurimum debitores. Quare sinceris mentibus affectamus, ipsam semper celesti benedictione muniri, spirituali consolatione foueri, bonis temporalibus adaugeri, edificiorum uenustate fulciri, ut, sicut pontificalis cathedre gaudet honore, ita competenti scemate adornata refulgeat in decore. Ut igitur noster affectus pateat per effectum, ad ipsius fabricam dimidiam decimam, quam per omnes terminos tocius ville Zadewitse optinemus, perpetua donatione conferimus, nullo ingenio a quouis hominum reuocanda. Preterea quoniam fratrum nostrorum, canonicorum videlicet eiusdem ecclesie, procurationem cottidianam familiari quadam et domestica experientia tenuem cognouimus et exilem, cum in ipsorum defectu et nos deficiamus, qui quodam glutino caritatis indiuiduum quoddam cum ipsis sumus, volentes pro parte ipsorum ad presens supplere defectum, ecclesiam in Gnewesmolen cum omni iure temporalium et spiritualium ipsis conferimus, concedentes, ut, cum primum [ip]sam vacare contigerit, prouentus ipsius et reditus ad procurationem ipsorum possint conuertere, prout eorum extunc uel exnunc placuerit uoluntati, licentiantes eisdem, ut eius possessionem, cum vacauerit, per se aut

eorum procuratorem ingredi valeant [ac ip]sam apprehendere et tenere sine alia corporali inducti[one], contradictione cuiuslibet non obstante. Ut autem liberalitatis nostre dona ip[si]s iuviolabiliter [conse]ruentur, presens super hiis [con]scribi fecimus instrumentum et eis tradi sigilli nostri munimine confirmatum. Datum et a[ctum] Raceburg, anno domini M° C° C° LXXX° IV°, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem etwas beschädigten Originale im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neustrelitz, dessen Lücken aus der Abschrift im Copiar I. der Ratzeburger Kirche ergänzt werden konnten. An Fäden von gelber und rother Seide hängt das hieneben abgebildete Siegel des Bischofs Konrad. Es ist parabolisch und zeigt den Bischof in zierlichem Gewande, auf einem mit Hundeköpfen gezierten Sessel sitzend, mit einem Kreuze auf der Brust und mit der Bischofsmütze auf dem Haupte, die Rechte zum Segen erhoben, während die Linke den in ein Kleeblatt auslaufenden Bischofsstab hält. Die Umschrift lautet:

✠ CONRADUS D͡EI GR̄A RACEBVRGEN̄ ECCE · EPC

— Gedruckt bei Westphalen II, p. 2205, und bei Schröder P. M. II, S. 2955.

Die erste Urkunde des Bischofs Konrad, welche mit dem Jahrestage der Ausstellung versehen ist, folgt unter Nr. 1747. Da aber der Bischof in Nr. 1746 seine Erhebung zur bischöflichen Würde so sehr betont, scheint es, dass diese seine erste Schenkung an sein Domcapitel enthält und früher als Nr. 1747 gegeben ist.

1284. Juli 24. Ratzeburg. 1747.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, überlässt seinem Dom-Capitel für den Zehnten von 6 Hufen in Grambow und Törber die Hälfte des grossen und kleinen Zehnten in Utecht.

Conradus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ab humana cicius labuntur memoria, que nec scriptis, nec testibus eternantur. Eapropter nouerint vniuersi, ad quos id nosse pertinet, quod nos, iustis postulationibus fratrum et canonicorum ecclesie nostre, quorum utilitatibus, commodis ac profectibus potissimum inuigilare volumus, ut debemus, grato concurrentes affectu, reali concessione conferimus ac in uim[1] permutationis eisdem donamus in perpetuum, ut pro decimis sex mansorum, trium in Grambowe ac trium in Turbore, quas tenebant ex donacione venerabilis patris domini Frederici quondam episcopi, predecessoris nostri, que propter locorum distanciam ipsis non erant plurimum fructuose, recipiant, vsucapiant ac pacifice inantea possideant dimidiam decimam cum proprietate, tam minutam, quam maiorem, tocius ville in Uteche, propter loci illius uicinitatem ipsis amplius ualituram, supradictis sex mansorum decimis nobis in restaurum perpetuo resignatis; prouiso, ut quinque partes decimarum in Vteche iam dictarum ad procuracionem sev refectionem fratrum per-

tineant infirmorum, sexta vero pars ad administrationem sacriste proueniat pro illuminando monasterio ob ueneracionem ac reuerenciam sancte crucis, sicuti in priuilegiis prenominati domini Frederici episcopi notabiliter est expressum. Jn cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione fecimus fideliter communiri. Testes huius facti sunt: Heinricus prepositus, Thidericus prior, Hermannus de Blucher, Hildebrandus thesaurarius, Fredericus de Lancowe, Segebandus et alii ecclesie nostre canonici. Datum et actum Raceborch, anno domini M°CC°LXXX°IIII°, in vigilia beati Jacobi apostoli, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original mit wohl erhaltenem Siegel (s. Nr. 1746), im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz, gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 688. — Die Abschrift im Copiar I der Ratzeburger Kirche gibt ' via. — Nach dieser ist die Urk. gedruckt bei Westphalen II, p. 2206, und darauf bei Schröder, P. M. II, S. 2956. — Vgl. Bd. II, Nr. 775.

1284. (Nach Aug. 8.) 1748.

Helmold, Graf von Schwerin, verkauft den Hamburgern Holz zum Aufbau ihrer am 8. August 1284 abgebrannten Stadt.

Do de stad *[Hamborch]* al uerbrand was, do boden de ghreuen *[von Holstein]* al eren uogheden, dat men neen holt to Hamborch voren ne moste. Mer ghod de lone greue Helmolde vnde anderen heren, de sendens vns ghenoech vmme vnse pennynghe.

Nach Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 675, aus einer dem 14. Jahrh. angehörenden Abschrift eines Berichtes über Hamburgs Kostenaufwand für die Grafen von Holstein.

1284. August 13. Vierraden. 1749.

Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, schliessen einen Friedensvertrag mit dem Herzoge Bogislav von Pommern und dem Fürsten Wizlav von Rügen, in welchen auch die Bundesgenossen eingeschlossen werden.

Inter illustres principes dominos Ottonem et Conradum marchiones Brandenburgenses, ex vna, et viros nobiles dominum Buguzlaum ducem Sclauorum et dominum Wizlaum principem Ruyanorum, parte ex altera, super vniuersis causis discordiarum radicitus terminandis est in hunc modum eorum fidelibus mediantibus placitatum, videlicet: dominus Buguzlaus venire debet super fluentum Dobre dictum apud Wizstok in vigilia sancti Johannis baptiste decollacionis nunc ventura, exhibendus et faciendus ius illustribus principibus dominis Ottoni, Alberto et Ottoni

marchionibus Brandenburgensibus, erga quem dicti principes venire poterunt, si voluerint, ipsum ius recipiendum. Jbidem etiam venturi sunt, si haberi possunt, dominus archiepiscopus Magdeburgensis, dux Saxonie, dux Brunswicensis, dux Lunenburgensis, qui quatuor ad hoc electi sunt ac deputati, ut enarrent iuris sententiam super querimonias partium et promulgent. Quodsi de iure huiusmodi dicti domini se intromittere noluerint, dicent tamen, vbi et coram quibus dominis siue principibus ius huiusmodi sit debite faciendum. Si uero hii quatuor principes simul omnes haberi non possent, vel saltem tres ex eisdem haberentur, vel ex eis duo ad minus, hii inter partes sententiabunt vel dicent, vbi sit ius huiusmodi faciendum. Si vero dicti quatuor principes super huiusmodi iure sententialiter disscultere noluerint, extunc tamen quatuor prefati principes super huiusmodi iure discutiendo plenariam sibi obtinebunt potestatem easdem causas infra diem et annum discutiendas, secundum quod iusticie consentaneum fuerit atque iuri. Si vero domini marchiones Otto, Albertus et Otto in iure recipiendo contenti esse voluerint pro se suaque sorore et eius filiis, prefatus dominus Buguzlaus, dominus Wizlaus de Ruya cum sexaginta militibus et quatuor ciuitatibus Stetin, Penkvn, Gripenhagen et Gardiz prestitit fideiussoriam cautionem, quod infra dictum terminum ius huiusmodi faciat, dummodo quatuor septimanis presciat, in eo loco, ad quem secure cum amicis suis in itu et in reditu poterit peruenire. Tum vero marchiones Otto, Albertus et Otto ibidem dicto domino Buguzlao super obiciendis e contrario simile ius exhibebunt et facient congruum et condignum. Si vero dicti domini marchiones Otto, Albertus et Otto ius recipere recusauerint ab ipso domino Buguzlao aut ius exhibere et facere eidem, debent idem dominus Buguzlaus et dominus Wizlaus de Ruya ac eorum fideiussores simul et ciuitates a fideiussoria cautione prestita (debent) esse penitus absoluti. Transacto vero die placitorum, que est in vigilia decollationis sancti Johannis baptiste, domino Buguzlao sine omni protractione restituetur castrum Stargard et ciuitas, castrum vero Woltin (!) et castrum Strazne debent destrui atque frangi, Pyriz ciuitas etiam domino Buguzlao a dominis marchionibus Ottone et Conrado sine omni dolo restituetur, si potentes dicte fuerint ciuitatis; sin autem, extunc dicti domini marchiones Otto et Conradus vna cum domino Buguzlao et domino Wizlao de Ru[y]a eandem vallabunt ciuitatem propriis sub expensis, abinde vnanimiter non recessuri, nisi dicta ciuitas ad dominum Buguzlaum se teneat fideliter et conuertat. Jtem domini marchiones Otto et Conradus fideli diligentia ad hoc intendent, quod castrum Brode domino Buguzlao etiam presentetur, quo presentato ipsum castrum penitus destruetur. Jtem si domini marchiones Otto, Albertus et Otto iure contenti esse noluerint et ius recipere recusauerint, domini marchiones Otto et Conradus et eorum vasalli, qui voluntati eorum sunt obnoxii, patrueles suos deserent, nec eisdem contra dominum Buguzlaum et suos coadiutores prebebunt auxilium vel iuuamen. Amplius cause, que vertuntur inter dominos marchiones Ottonem et Conradum, ex vna, et dominos

Sclauie et comites Zwerinenses, parte ex altera, commisse sunt domino archiepiscopo Magdeburgensi et domino Wizlao Ruyanorum principi: has causas ad se assument et easdem ante natale domini nunc instans terminabunt in amicitia uel in iure. Jtem si domini marchiones Otto, Albertus et Otto a dominis Sclauie ius recipere noluerint, nec contenti esse iure, tunc siquidem domini marchiones Otto et Conradus prefatis patruelibus suis contra dictos dominos Sclauie et eorum coadiutores auxilium non impendent. Si uero domini Sclauie iure contenti esse noluerint et ius recipere recusauerint a dominis marchionibus Ottone, Alberto et Ottone, extunc dominus Buguzlaus et dominus Wizlaus de Ruya contra prefatos marchiones et eorum coadiutores dominis Sclauie auxilium non prebebunt. Jtem domini marchiones Otto et Conradus ab omni impetitione ac gwerra, quam habuerunt aduersus dominum Buguzlaum, cessauerunt et renunctiauerunt eisdem penitus et in toto. Pro eo dominus Buguzlaus dabit dictis dominis marchionibus a festo sancti Michahelis nunc venturo infra biennium quatuor milia marcarum puri argenti. Pro huiusmodi argento obligauit dominus Buguzlaus dominis marchionibus Vkermunde ciuitatem et castrum ratione pignoris cum distinctionibus hiis subscriptis, videlicet Zarow in descensu vsque ad medium Recentis Maris, abinde per medium Recentis Maris vsque, vbi Jazeniz fluentum fluit in medium Recentis Maris. Jazeniz fluentum sursum ascendendo vsque in stagnum Jazniz. de stagno Jazeniz vsque ad fluentum Hanevord dictum, a fluento Hanevord descendendo vsque in fluuium Lokeniz. Dominus vero Buguzlaus et sui vasalli, Stettin ciuitas et cuncte alie ciuitates ipsius, quibus fauet ac ius habere dinoscuntur, piscationes in Recenti Mari ac [in] merica venationes et quemlibet vsum lignorum, similiter et piscationes infra dictum biennium liberas exercebunt. Si vero dicta ciuitas Vkermunde et castrum a dicto domino Buguzlao infra dictum biennium redempta non fuerit aut soluta, extunc domini marchiones ciuitatem Vkermunde et castrum cum distinctione prehabita sibi iure proprietario obtinebunt. Nichilominus vniuersis viris domini Buguzlai, cuiuscunque conditionis fuerint, bona eorum in hac premissa distinctione habentibus, libere conferent, et ea obtinebunt libera sicud prius. Preter[e]a Stetin ciuitas et (et) alie ciuitates libertates earum, quas in hac distinctione habent, obtinebunt, quemadmodum in ipsarum litteris patentibus poterunt demonstrare. Quandocunque vero infra dictum biennium dominus Buguzlaus dictis dominis marchionibus Ottoni et Conrado obligabit ratione pignoris Welsenborch terram cum suis terminis et Dabre terram cum suis terminis, cum terra Zwirin, que in dicta terra consistit in vna distinctione, et Lobeze terram cum suis terminis aut Belegarden terram cum suis terminis; quam autem harum duarum, siue Belegarden, siue Lobese, dominus Buguzlaus obligare voluerit, super hoc obtinebit liberam optionem; obligatis autem hiis tribus terris siue positis, Vkermunde ciuitas et castrum domino Buguzlao a dominis marchionibus Brandenburgensibus Ottone et Conrado redimitti debet libera et soluta. Si vero dicte terre infra dictum

biennium redempte a domino Buguzlao non fuerint aut solute, extunc dicti marchiones easdem terras sibi iure proprietario obtinebunt. Si vero dominus Buguzlaus quatuor milia marcarum puri argenti infra dictum biennium exsoluerit et pagauerit, dicte terre eidem libere dimittentur. Jtem dux Brunswicensis, dux Saxonie, dux Lunenborgensis, domini Sclauie, comes Zwerinensis, domini Magnipolenses, episcopus Zwerinensis, domicelli de Rodstok, dux Slezewicensis, simul et ciuitates Lubeke et Rodstok, Wismar, Stralesunt, Stetin, Gripesswolde, Demin, Anclim, Pencun, Griffenhagen, Gardiz, Griffenberch, Colberch, Camin et omnes alie ciuitates, que in hac gwerra comprehense fuerunt, coadiutores eorumque vniuersi sune et compositioni huiusmodi vnanimiter includuntur. A parte vero dominorum marchionum Brandenburgensium rex Dacie, dux Primizlo de Kalis, comes de Lindow et coadiutores eorum vniuersi sune huiusmodi includuntur. Rex Dacie sune includitur, dummodo apud iusticiam voluerit permanere. Jtem cuncte ciuitates apud ius earum remanebunt integraliter, sicud ipsum ius inantea habuerunt. Si vero aliquid questionis aduersus aliquem vel aliquos habuerint, id retractabitur, quantum ad dictos dominos marchiones Ottonem et Conradum et eorum viros attinebit, amicabiliter siue iuste. Jtem dominus Buguzlaus viris suis universis et singulis, qui bona sua perdiderunt in gwerra, hiis eadem fauorabiliter redimittet et conferet, permanendo eisdem vlterius propitius, fauorabilis atque bonus, et quemlibet hominem in sua iusticia confouebit. Qvicumque vero de consilio suo fuerunt, hos ad suum consilium recipiet, si voluerint, sicud prius. Si vero homines sui bona eorum vendere decreuerint, huiusmodi bona dominus Buguzlaus hiis, qui comparauerint, porriget sine impedimento titulo feodali, nec circa ipsos viros, qui apud ipsum remanserint aut discesserint, gerere debet ingratitudinem aliqualem. Domini vero marchiones omnibus suis, qui bona sua propter dominum Buguzlaum perdiderunt in gwerra, redimittere et porrigere tenebuntur, nec circa ipsos debent gerere ingratitudinem aliqualem. Amplius dominus Buguzlaus vniuersis viris suis et singulis, necnon proprietatibus domus militie templi in Rorik et fratrum hospitalis sancti Johannis in Cvpan ac fratrum ordinis Cisterciensis in Colbaz ac sanctimonialium in terris suis existentium, ciuitatibus quoque Stargard, Pyriz nullam penitus iniuriam irrogabit. Jtem dominus Buguzlaus domino Ludewico de Wedele et suis fratribus ciuitates Trebetow et Plote ac omnia bona eorum libere redimittet, vtpote ipsi eadem bona habuerunt, quando eliminati fuerunt ab eisdem, vel saltem eisdem tantam summam pecunie denariorum dabit, pro quanta pecunia ipsa bona comparauerunt, sed dicti milites tot denarios, quot eis dominus Buguzlaus tradidit, defalkabunt. Castrum vero Plote dictis militibus de Wedele presentabitur, adiecto tamen, si illustris princeps marchio Conradus et dominus Wizlaus de Ruya id duxerint fore iustum; si uero dicti arbitrati fuerint, quod dictum castrum eis non debeat presentari, tunc siquidem debet destrui ipsum castrum. Jtem dicti domini marchio Conradus et dominus

Wizlauus promouebunt dictos milites et ordinabunt, quod castrum Trebetow reedificetur eis, vel saltem ipsis super destructione dicti castri, prout ipsis visum fuerit, iusticiam ordinabunt. Item dominus Johannes et dominus Godefridus fratres de Grifenberch mitti debent in quietam possessionem omnium bonorum suorum. De castro vero Wolin commissum est marchioni Conrado et domino Wizlao de Ruya; hii duo de eodem castro ante diem sancti Michahelis terminabunt, secundum quod videbitur eisdem expedire, et secundum quod ipsi terminauerint, id firmum tenebitur atque ratum. Super huiusmodi vero compositione et sona inter dictos principes et viros nobiles placitata inviolabiliter obseruanda et ad firmiorem certitudinem promiserunt fide data: illustres principes Otto et Conradus marchiones Brandenburgenses et eorum milites, quorum nomina subsecuntur: dominus Heinricus de Vrisach, Ber. de Bentz, Beteke et Fridericus fratres de Ecstede, Johannes et Godefridus fratres de Griffenberch, Hasso et Zuliz fratres de Wedele, Wern[erus] de Swanenberch, Reinherus de Bentz, Wil. de Kerkow, Johannes de Sydow, Bernardus de Buch, Henricus de Bellinge, Johannes de Nowen, Conradus de Boressow, Johannes de Snetlinge, Conradus de Oderberch, Conradus Clest, Wirchniuiz, Ludolfus de Bekendorpp, Georgius de Brewiz, Thethardus de Wostrow, Heinricus de Dossa, Johannes de Oldenulete, Hermannus de Redere, Wil. de Bertekow, Erenbertus de Walsleue, Johannes de Sparrenwolde, Johannes de Bone; nomina ciuitatum sunt hec: Prinzlaw, Angermunde, Zwet et Koningesberch. Promiserunt eciam parte ex altera: viri nobiles dux Sclauorum de Stetin dominus Buguzlaus et dominus Wizlaus illustris princeps Ruyanorum et eorum milites, quorum nomina subsecuntur: Dothenberch, Johannes de Grizstow, Reinardus de Pentz, Johannes Mordere, Matheus Molteke, Antonius de Buche, Everhardus Molteke, Johannes de Oste, Heinricus de Oste, Pritbur, Ludewicus Cabolt, Nicolaus de Caland, Scade, Huckesole, Johannes de Starkow, Nicolaus de Diuiz, Bertoldus Bukeman, Godefridus Struz, Ludolfus de Sclaweskesdorp, Vlricus Vrsus, Heinricus de Meldunge, Hermannus Mostecke, Trampe, Richardus de Gorik, Verenbertus comes de Gutzekow, Volradus Dargatz, Adam de Gutzekow, Johannes Hube, Reinardus de Wacholte, Godefridus Luch, Heinricus [B]rusehauere[1], Hermannus de Vitzen, Conradus Molteke, Rodolfus de Nienkerke, Heinricus Heidene, Ludowicus Kedinc, Jacce de Gutzekow, Godescalcus de Porsvelde, Anno de Esbeke; nomina ciuitatum sunt hec, que promiserunt: Stetin, Penkvn, Gripenhagen et Gardiz. Vt autem omnia prelibata inviolabiliter obseruentur et maneant firmiora, presentes litteras prefati nobiles dominus Buguzlaus dux Stetinensis et dominus Wizlaus de Ruya in evidens testimonium conscribi fecerunt ac eas sigillorum suorum et ciuitatum predictarum munimine roborari. Acta sunt hec apud Rotas, anno domini M° CC° LXXXIIII°. Datum per manum domini Helmerici capellani principis Ruyanorum, in die Ypoliti martiris sancti.

Nach Riedel, Cod. Brand. II, Bd. 1, S. 176, aus dem Original im Geh. Archiv zu Berlin. Anstatt [1] Gruschauere geben wir Br. — Gedruckt auch in den Balt. Studien II, S. 128; Fabricius, Rüg. Urk. II (III), Nr. 259, und bei Lisch, Behr. Urk. I, B, S. 165. — Vgl. die Note zu Nr. 1728.

1284. Aug. 14. Waschow. 1750.

Nicolaus, Graf von Schwerin, schenkt dem Kloster Zarrentin 7½ Hufen in Kl.-Welzin, damit von den Einkünften derselben eine Vicarei zu Seelenmessen für seine in dem Kloster begrabene Gemahlin Elisabeth gestiftet werde.

Nicolaus dei gracia comes Zwerinensis omnibus hoc scriptum cernentibus salutem in omnium saluatore. Fructus boni operis recipitur, cum suo tempore seminatur; circa domesticos ergo fidei seminemus maxime, cum hic manentem non habeamus ciuitatem. Hinc est, quod presentibus et futuris notum facimus, quod, cum uxoris nostre dilecte sancte recordacionis Elizabet, comitisse decesse, specialis nos inducat dilectio, ut claustro sanctimonialium Zcernentin pre ceteris faueamus, ubi corpus ipsius sepultum quiescit, amore siquidem fidelis dei dicto claustro septem mansos cum dimidio cum suis redditibus integraliter in villa Weltcin, que dicitur Slauicalis, assignamus cum proprietate quiete possidendos, eo uidelicet iure, quo nostri vasalli tenent a nobis sua bona, quod nobis et nostris heredibus in hiisdem bonis siue mansis reseruamus. Dictos autem mansos pro anima uxoris nostre ratione vicarie claustro legamus memorato, ut sacerdos habeatur ibidem de redditibus mansorum premissorum et in officio sibi iniuncto deo iugiter famuletur. Conuentus uero sepedicti claustri uxoris nostre felicis memorie specialem et debitam habebit memoriam ac nostri post nostrum descessum, parentum heredumque nostrorum aliorum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillo nostro iussimus roborari. Huius facti testes sunt: Ulricus de Bluchere dictus pingwis, Antonius de Tribowe, Ericus de Parlin, milites, et alii quam plures fide digni. Actum in villa Warscow, anno domini M° CC° octogesimo quarto, vigilia asumptionis virginis Marie.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein Theil des in Bd. II, zu Nr. 1492, abgebildeten Siegels des Grafen Nicolaus von Schwerin mit den beiden Lindwürmern am Baume. — Gedruckt im Jahrb. XV, S. 200. — Ueber die Gräfin Elisabeth vgl. das. S. 25.

1284. Aug. 14. 1751.

Florentius, Propst des Klosters Zarrentin, vermacht demselben auf seinen Todesfall das von ihm erkaufte Dorf Wozeten.

Florentius prepositus sanctimonialium claustri Zcernentin vniuersis presens scriptum cernentibus in domino salutem. Que geruntur in tempore, ne simul

labantur cum processu temporis, scripturarum solent memoria perhennari. Hinc est, quod presentibus et posteris innotescat, quod de pecunia michi a deo collata villam Wozcetne, sitam in dominio dominorum de Werle, iusto emptionis titulo comparaui, cuius michi redditus integraliter in vsus meos disponendos, quoad uixero, reseruabo. Me uero, vt est commune, cum mori contingerit, dictam villam lego pro anima mea claustro superius memorato, tali tamen interposita condicione, vt de redditibus ville iam dicte singulis annis tria fiant conuentui seruicia, quodlibet de duabus marcis, primum in die anniuersarii mei, secundum in die Johannis ewangeliste, tercium in annuncciacione Marie virginis preparetur. Ceteri vero redditus ad uestes conuentus reseruentur, et sic ordinetur, vt singulis annis in die anniuersarii mei totius conuentus medietas de prouentibus uestietur (!), altero anno alia pars conuentus uestiatur, et sic fiet singulis annis. Nullus autem successorum meorum de redditibus ville premisse se intromittet, sed stabit in arbitrio totius conuentus, quem sibi prouisorem eligere uoluerint, qui super premissis omnibus fideliter ordinet singula et disponat. In cuius rei testimonium litteras conscriptas sigillis dominorum (!) duxi roborandas et sigillo conuentus et meo. Datum anno domini M° CC° LXXX° quarto, vigilia asumptionis Marie virginis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen 3 Siegel:
1) das parabolische Siegel der Aebtissin von Zarrentin: die Jungfrau Maria in sitzender Stellung, das Christkind links auf dem Schooße haltend. Von der Umschrift ist zu lesen:

✠ S.....ISSA · DA · TSA ..ATIN ·

2) das in Bd. II, zu Nr. 1492, abgebildete schildförmige Siegel des Grafen Nicolaus von Schwerin;
3) ein parabolisches Siegel, in der Mitte getheilt, oben das Brustbild der Jungfrau Maria mit dem Christkinde, unten in einer Nische eine knieende männliche Gestalt. Von der Umschrift ist zu erkennen:

S.....ARNAT..

1284. Sept. 8. Warin. 1752.

Hermann, Bischof von Schwerin, bestätigt die im Schweriner Dome vom Domherrn Erpo mit Zehnten aus „Melitz", Gr.-Plasten und Gr.-Dratow gestiftete Vicarei.

Hermannus, Bischoff zu Zwerin, confirmiret, das Magister Erpo, Thumbher zu Schwerin, eine ewige Vicarey stifftet in der Kirchen zu Zwerin von den zehenden von 13 Hufen, derer 4 belegen seind zum dorffe Melitz, 4 zu Teutschen Plasten, die er von Ludolff von Swerin, rittern, vnd 5 in Teutschen Dratow, die er von Reyberno von Wacholten, rittern, welche gemelte zehenden vom Stiffte zu lehen gehabt, erkaufft hat. Der Bischoff soll derselben Vicareien collation vnd institution haben. Datum Warin, 1284., in natiuitate S. Mariæ.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 126[b]. — Melitz ist untergegangen. Vgl. 1289, April 6, Note.

1284. Sept. 15. Bützow. 1753.

Hermann, Bischof von Schwerin, weist die Pfarrer zu Parkentin, Steffenshagen und Rabenhorst an, das Kirchweihfest an einem und demselben Tage mit dem Kloster Doberan zu begehen.

Hermannus dei gracia Cwerinensis ecclesie episcopus dilectis in Christo de Parkentin, de Stephaneshagen et de Rauenhorste ecclesiarum rectoribus salutem in domino. Volumus et mandamus, quod pro commodo et honore abbatis et conuentus monasterii de Doberan, patronorum vestrorum, diem anniuersarium dedicationis ecclesiarum vestrarum peragendo celebretis eodem tempore, quo peragitur in monasterio supradicto. Datum Butsowe, anno domini M° CC° LXXXIIII., feria VI^a^ post exaltacionem sancte crucis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegelband ist aus dem Pergament der Urkunde geschnitten, vom Siegel ist nur noch wenig vorhanden.

1284. Septbr. 28. Wredenhagen. 1754.

Nicolaus, Fürst von Werle, mit seinen Brüdern verpfändet dem Bürger Heinrich Swartepape zu Plau für 200 Lüb. Mark mehrere Pächte aus der Mühle in Plau.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nycolaus et sui fratres dei gratia domini de Werle omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et omne bonum. Ad cognitionem liquidam presentium et futurorum presens scriptum sigilli nostri karaktere dignum duximus roborari, in quo euidenter uniuersis Christi fidelibus notum esse uolumus, quod nos de matura voluntate nostra et consilio Heinrico Nigro Clerico, burgensi in Plawe, decem choros siliginis et dimidium chorum siliginis et unum talentum denariorum usualis monete vendidimus, eidem suisque heredibus iure pheodali absque seruitio porrigentes, vt ex molendino in ciuitate Plawe contento dictos redditus singulis annis firma temporis vsucapione percipiat ac eisdem stipendiis ad suos profectus nobis auxiliantibus libere perfruatur. Jnitialis ergo terminus ad percipiendos huiusmodi proventus erit in festo sancti Martini, in festo autem sancti Jacobi erit finalis terminus eorundem. Hanc autem conditionem apposuimus, vt, si predictos redditus per consequens redimere decreuerimus, ducentas marcas Lv^b^icensis monete vel bonos denarios Lv^b^icensibus equivalentes eidem Heinrico in assumptione beate Marie sine dilatione tenebimur errogare. Jtem si aliquod impedimentum vel aliquis erroneus eventus in dictis bonis Heinrico occurreret, dominus Boldwinus de Lobeke et dominus Theodhericus de Bardesflet fidei datione promiserunt Plawe intrare, non exituri

nisi per licentiam Heinrici memorati aut sui heredis, quovsque iniustitia ad statum iustitie rationabiliter reducatur; item si alter e duobus dictis promissoribus moriendo decesserit, reliquus vivendo superstes debebit aliam personam similis conditionis et fidei sibi in predicte promissionis certitudinem sotiare, avt Plawe intrabit in quatuordecim diebus post mortem sui compromissoris, sine licentia Heinrici dicti aut sui heredis nullatenus exiturus; et hec conditio de uiro in uirum per omnem progeniem dictorum militum inuiolabilis perdurabit. Jn testimonium huius rei milites presentes affuerunt, scilicet dominus Nicolaus Gallus, dominus Knut, dominus Johannes de Dessin, et armigeri: Reinerus de Potlest, Bartoldus magister coquine, Hermannus Remberti, vt in casv dubitabili testimonium perhibeant veritati. Datum in Novo Castro Wenedhen, anno domini M° CC° LXXX° IIII^to^, in vigilia sancti Mychahelis archangeli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von rother Seide hängt des Fürsten sehr beschädigtes Siegel (s. Nr. 1729), auf welchem nur noch der werlesche Stierkopf mit einem Sterne im untern Schildwinkel erkennbar ist. Gedruckt in Lisch Geschichte des Geschlechts Hahn, I, B, S. 109, und Lisch, Cod. Plawensis S. 28.

Anmerkung. Neuburg Wenden ist Wredenhagen. Vgl. Lisch, Geschichte des Geschl. Hahn I, B, a. a. O., unten Nr. 1757 und d. Urk. d. d. Sprentz, 1285. — „Heinricus Nigor Clericus" ist eine Uebersetzung des Namens „Heinrich Swartepape". Vgl. Jahrb. XI, S. 482, und XVII, S. 43 flgd.

1284. Oct. 12. 1755.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft den Testaments-Vollstreckern des Dom-Decans Albrecht und des Thesaurarius Johann zum Besten des Schweriner Dom-Capitels Zehnten aus Strömkendorf.

Hermannus, Bischoff zu Zwerin, verkaufft Friderico Hasenkop vnd andern darin benanten Executoribus des Testaments Alberti, Decani, vnd Jo., Thesaurarii, zu Zwerin, den dritten teil des Zehenden im Dorffe Stromekendorff vor 45 Mk. lub. vnd 60 Mk. gangbarer gewonlicher Muntze. Daruon sie dem Capittel der Kirchen zu Zwerin zu nutz verordnung thuen mugen. Datum 1284., feria quinta post festum sancti Dionisii.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 256^b^. — Vgl. 1285, März 16.

1284. Nov. 8. Rostock. 1756.

Salathiel, ein Jude, leihet der Stadt Rostock 400 Mark, welche ihm aus den nächsten Steuer-Erhebungen zurückgezahlt werden sollen, und wird in den Schutz der Stadt aufgenommen.

Notum sit, quod Salathiel Judeus ciuitati prestitit CCCC marcas, quas sibi debet soluere ciuitas sub hac forma, quod recipiet in proxima collecta C marcas

et in secunda collecta C marcas, et sic de aliis collectis, donec sibi dicta pecunia totaliter sit soluta. Item recepit eum ciuitas in suam protectionem et tuitionem, ab omnibus iniuriis et exactionibus indebitis modis omnibus confouendum. Item si prefatus Salathiel moreretur, vxor sua et pueri sui omnia prescripta obtinebunt. Acta sunt anno domini M° CC. LXXXIIII°, quarta feria ante festum Martini.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 96. Getilgt. — Vgl. Nr. 1683. — Gedruckt bei Nettelbladt, Ursp. etc., Cod. prob. Nr. XXXIV.

1284. Nov. 12. Wredenhagen. 1757.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft der Neustadt Röbel das Eigenthum von 15 Hufen im Dorfe Kussekow zu Stadtrecht.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus hoc scriptum uisuris salutem in virginis filio benedicto. Discretum est, acta nobilium cartulis imprimi, ne contingat ea motu temporis obliuisci. Hinc est, quod omnes presencia uisuros uoluimus non latere, nos de dilecte matris nostre beneplacito et prudentum nostrorum consilio pro fratrum nostrorum nostro(rum)que ac terre nostre subsidio XV mansos in villa Cussecowe ciuibus noue ciuitatis Robele pro CCC et IX marcis denariorum usualium proprietatemque eorundem uoluntate libera uendidisse, eosdem quoque mansos dictis ciuibus cum omni situ suo, uidelicet syluis, rubetis et paludibus, agris et noualibus, pratis ac pascuis, viis et inuiis, cultis et incultis, aquis et earum decursibus, cum omni eciam vsu seu vsufructu, qui in predictis mansis nunc uel futuris temporibus poterit euenire, secundum ius ciuitatense, quo alia bona sua possident, in perpetuum dimisisse. Ne igitur hec uendicio a nobis uel posteris nostris mutari ualeat seu in irritum reuocari, presens scriptum sigilli nostri robore placuit communiri. Actum in Nouo Castro Wenden, presentibus militibus: domino Nicolao Gallo, domino Sifrido de Kerdorpe, domino Johanne et domino Bernhardo fratribus de Belin, domino Volrado Dargaz, domino Priscebur, domino Johanne de Duscin, domino Bernhardo de Hakenstede, domino Mathia Ketelhut, domino Henrico Knut; famulis: Conrado Bunne, Ottone de Retsowe, Johanne et Nicolao fratribus de Hauelberge, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno M° CC° LXXXIIII., II. idus Nouembris.

Nach einer durch D. Clandrian im J. 1574 von dem Originale genommenen, beglaubigten Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 111.

Anm. Das Dorf Kussekow ging schon früh unter, da das Feld, „Kuskower Feldmark", an mehrere Corporationen und milde Stiftungen vertheilt war. Die Kuskower Feldmark lag zwischen dem Röbelschen Stadtfelde und dem Gute Solzow, und grenzte südlich mit Solzow und Zielow. Ein Theil ward, nach vor-

stehender Urkunde und der Urkunde vom 4. Juni 1288, den Bürgern der Neustadt Röbel gegeben, ein Theil gehörte dem Nonnenkloster zu Röbel, nachher zu Malchow (Bd. II, Nr. 1283), andere Stücke hatten die Kirchen zu Neu-Röbel und Ludorf.

(1284.) Nov. 25. Parchim. 1758.

Nicolaus, Fürst von Werle, bezeugt mit seinen Brüdern und seiner Mutter, der Fürstin Sophie, dass der Fürst Johann den bei der Nachmessung gefundenen Ueberschlag der in Roez belegenen Güter der Pfarre zu Malchow an die Pfarrbauern verkauft und diese Güter von fernerer Nachmessung befreiet hat.

Nicolaus dei gratia dominus de Werle cum fratribus suis, necnon et mater[1] eorum Sophia uidelicet domina de Repin, omnibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium saluatore. Ne acta nobilium, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est ea, que diuturnis uolumus commendare memoriis, litterarum municione et subscripcione testium stabilire. Hinc est, quod ad tam[2] presentium, quam[3] futurorum noticiam uolumus deuenire, quod, postquam pater noster dominus Johannes de Werle[4] felicis memorie bona dotalicia[5] ecclesie in Malchowe, sita in uilla Rocisse[6], fune suo mensurari fecisset, cuncta, que in eisdem bonis reperta fuerunt, tam in agris cultis, quam incultis, siluis, nemoribus, rubetis, pratis, pascuis, paludibus, uiis, inuiis, aquis aquarumque decursibus, piscaturis, reuendidit agricolis iam dicte ecclesie pro sedecim marcis denariorum[7] numerate peccunie et solute, uendidit inquam colonis memorate ecclesie prelibata bona, sicut ea pretax[a]ta ecclesia libere et absolute a prima sua fundatione possederat, in suis certis[8] et distinctis limitibus perpetuo possidenda, hanc prenominate ecclesie adiciens libertatem, quod pretaxata bona nec per eum, nec per nos aut per nostros heredes essent de cetero mensuranda. In cuius rei testimonium hominibus sepedicte ecclesie litteras nostras ad habundantem cautelam contulimus, tam nostri, quam matris nostre sigillorum munimine roboratas. Testes huius facti sunt: Johannes prepositus antique ciuitatis in Robele, Johannes St(r)ormo[9] plebanus noue ciuitatis ibidem, Hin(i)ricus plebanus de Grussowe, Hinricus plebanus[10] Poppentyn, Johannes plebanus de Satowe, Martinus plebanus de Cobendyn[11]; dominus Johannes Coz, Nicolaus de Bruseuisce, Hinricus Stormo de Malchowe, Herderus et Marquardus frater suus[12] ibidem, Bertoldus magister coquine, Reynekinus de Potleste et[13] alii quam plures, tam laici, quam clerici fide digni. Datum Parchem, anno domini M°(M°)CC°LXXX(X)IIII., VII. kalendas Decembris.[14]

Nach dem Original im Archive des Klosters Dobbertin. An Siegelschnüren von weissen leinenen Fäden hangen:

1) ein schildförmiges Siegel mit dem Werleschen Stierkopfe und Sonne, Mond und Stern in den Schildwinkeln; die Umschrift ist ganz abgebrochen; vgl. die Abbildung zu Nr. 1729;

2) an zweiter Stelle hängt das hieneben abgebildete runde Siegel mit dem Bilde der stehenden Fürstin, welche rechts einen Schild mit dem Lindowschen Adler und links einen Schild mit dem Werleschen Stierkopfe neben sich stehen hat, und mit der rechten Hand den Lindowschen, und mit der linken den Werleschen Helm über die Schilde hält; Umschrift:

✠ S'. [: COMITISSA : SO]PhIA : DA : SLAVIA

(Vgl. wegen dieses Siegels auch die Urk. vom 21. Mai 1298.)

Auf der Rückseite steht eine alte Registratur: „Littere supra curiam Rositze." — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lieferung, S. 149.

Von einer zweiten Ausfertigung dieser Urkunde gibt Dan. Clandrian in seinem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Diplomatar. Malchowense vom J. 1576 eine Abschrift. Diese weicht an folgenden Stellen ab: [1] matris — [2] tam ad — [3] quam ad — [4] de Werle: fehlt — [5] dotalia — [6] Rocisce — [7] denariorum: fehlt — [8] terris — [9] Stormo — [10] plebanus de — [11] Cobbedin — [12] frater suus: fehlt — [13] coquine, laici, et (Reyn. de Potleste: fehlt!) — [14] Datum Parchem, anno domini 1284 (!), 7. calendas Decembris. (Diese Ausfertigung ist gedruckt in Jahrb. XVI, S. 215.) — Clandrian bemerkt unter dieser Abschrift: „Noch ein brieff disem vorgesatzten gleichlautend, des Datum stehet: Parchem, anno domini 1294, 7. calendas Decembris." Darnach war also das Original, welches sich jetzt zu Dobbertin befindet, zu Clandrian's Zeit noch im Kloster-Archive zu Malchow; und schon Clandrian fiel es auf, dass das Datum der beiden Ausfertigungen um 10 Jahre verschieden ist. Da nun der Jahrestag in beiden völlig gleich ist und in der Zeugenreihe nur der Unterschied, dass die oben gedruckte Ausfertigung am Schlusse einen Zeugen mehr hat, so glauben wir, dass in der einen der beiden Urkunden das Datum unrichtig ist, und zwar, dass in der gedruckten, welche auch ein M zu viel hat, ein X zu viel geschrieben ist. Denn wenn freilich der Pfarrer Heinrich zu Grüssow gerade im J. 1294 genannt wird und einige Zeugen schon vor 1284 und noch nach 1294 anderweitig vorkommen, so erscheint doch der Knappe Reynekinus de Potlest in der Umgebung des Fürsten Nicolaus von Werle nur in den Jahren 1282—84 (vgl. Nr. 1598, 1611, 1614, 1668, 1754) häufig und zuletzt 1287 (6. Mai); und der hier und sonst (Nr. 1598, 1754) neben ihm genannte Küchenmeister Berthold kommt bis 1288 als Knappe vor, seit 1291 wird er unter den Rittern aufgeführt. Johann Storm, hier als Pfarrer bezeichnet, erhält seit 1286 bald den Titel Prepositus, bald den Titel Archidiaconus von Neu-Röbel. Den Martin von Malin finden wir als fürstlichen Notar in der Umgebung des Fürsten Nicolaus in den Jahren 1284—1288 (vgl. auch Nr. 1571, 1593, 1611, 1614), und die Pfarre zu Kuppentin hatte er mindestens schon am 2. Febr. 1285; 1293 und 1294 war Johann von Reetz, Pfarrer zu Teterow, der Notar des Fürsten Nicolaus. Der in den 80er Jahren oft genannte Ritter Johann Koss erscheint nach dem J. 1292 wohl nicht mehr in Urkunden.

1284. Nov. 26. Bützow. 1759.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft dem Domherrn Helwig zu Bützow für die zum Bau der bischöflichen Burg zu Warin geliehenen 131 Mk. Pf.

eine jährliche Korn- und Zehntenhebung aus Jürgenshagen zur Stiftung einer Vicarei in der Collegiat-Kirche zu Bützow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Cum ea, que ad honorem omnipotentis dei pertinent, in diebus nostris merito debeamus, in quantum possumus, ampliare, precipue tamen locum illum, qui de mensa episcopali fundatus est et dotatus, in hiis, que diuino cultui competunt, gracia prosequamur ampliori. Cum igitur in ecclesia nostra Butzowensi paucus existat personarum deo famulancium numerus, nos felicis recordacionis dominorum quondam Wilhelmi et Thiderici predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, qui predictam ecclesiam suis diebus fundauerunt et de redditibus mense sue, quanto poterant copiosius, dotauerunt, dilecto in Christo Helwico presbitero, canonico ibidem, receptis ab eo centum XXXI marcis denariorum vsualis monete ad subuencionem edificacionis castri nostri de Warin, XX tremodia frumenti, partim siliginis et partim ordei, partim vero auene, in villa Jordaneshaghen et minutam decimam ibidem ad dictam annonam pertinentem vendidimus et assignauimus annuatim, concedentes eidem plenam ac liberam facultatem conuertendi dictam annonam ac decimam in vsus suos temporibus vite sue ac ordinandi in predicta Butzowensi ecclesia de bonis predictis perpetuam vicariam. Ad cuius rei perpetuam firmitatem presentes litteras nostri sigilli testimonio communimus. Testes huius rei sunt: Volradus de Crempa prepositus, G. noster notarius, Bernardus et Adolphus, canonici ecclesie predicte, clerici; item Hinricus de Zwerin, Ludolfus de Bokede aduocatus noster, Allexander de Zwerin et Fredericus dictus Hasencop, castellani Butzowenses, laici, et alii quam plures vocati ad hoc specialiter et rogati. Actum et datum Butzow, anno domini M° CC° LXXXIIII°, in crastino sancte Katherine.

Nach dem Diplomatarium des Collegiat-Stifts Bützow, Nr. XII. — Gedruckt im Jahrb. VIII, S. 252. — Vgl. Bd. I, Nr. 610.

1284. Nov. 29. Odense. 1760.

Erich, König von Dänemark, erklärt seinen Beitritt zu dem von den Fürsten und Städten in den deutschen Ostseeländern geschlossenen Landfriedens-Bündnisse.

E[ricus] dei gratia Danorum Sclauorumque rex omnibus hoc scriptum cernentibus in domino salutem. Noueritis, quod nos considerantes, quod, ubi pax est et concordia, ibi omnium bonorum accrescunt et augmentantur incrementa, propter quod ob bonum pacis et vtilitatem reipuplice de meliorum regni nostri consilio, ad iura omnium, tam subditorum nostrorum maiorum, mediocrum et minorum, quam personarum et rerum ecclesiasticarum confortanda et confouenda coniuracionem fecimus, sicut eciam intelleximus, quod viri venerabiles domini

infrascripti, videlicet Swerinensis, Lybicensis, Raceburgensis episcopi, necnon et principes Johannes et Albertus duces Saxonie, Bukslaus dux Slauie, W[izlaus] princeps Ryanorum, W[oldemarus] dux Jucie, Gherardus et Gherardus filius suus, Johannes et Adulphus comites Holsacie, Helmoldus et Nicolaus comites Swerinenses, dominus Hinricus et fratrueles sui domini de Werle, domicellus Nicolaus de Rostok, Johannes et fratrueles sui domini Magnipolenses, necnon et ciues Lybicenses, Hamburgenses, Kyylenses, Wysmarienses, Rostok, Stralsund, Grypswold, Dymyyn, Anclem et Stetyyn et omnes ciuitates predictorum dominorum et uniuersitas hominum et subditorum eorundem ad veram pacem et concordiam se confederauerunt et ad iura cuiuslibet et defensionem reipuplice secundum iura et leges terre, ciuitatum, necnon et locorum et dominiorum quorumlibet approbatas se coniurauerunt apud quoslibet firmandas et roborandas. Verum quod et nos omnium pacem et concordiam deo et iustis placidam apud omnes et singulos nitimur pro viribus obseruare, prout a deo ad hoc dinoscimur ordinati: scire volumus uniuersos, quod cum predictis episcopis, principibus et dominis ac eorundem hominibus et subditis uniuersis ac ciuitatibus memoratis et earundem burgensibus, qui apud nos et regnum nostrum huiusmodi pacem et concordiam a[d] iusticiam nostram, hominum et subditorum nostrorum omnium confortandam bona fide et per suas patentes litteras voluerint obseruare et suis vallare iuramentis, ad veram pacem et concordiam ac iusticiam plenariam ubique in regno nostro secundum leges et iura regni nostri approbatas confederauimus et coniurauimus inviolabiliter obseruandas. Promittimus etiam fide media, quod, si aliquis dominorum predictorum uel burgensium siue subditorum eorundem, qui nobis, ut premissum est, confederati fuerint et coniurati, ab aliquibus iniurias perpessi fuerint, iniuriatores eius, si nos requirere curauerint, monere debemus et volumus, ut leso secundum iura loci illius siue ciuitatis plenarie satisfiet. Si vero iniuriatores huiusmodi monicioni nostr[e] infra mensem acquiescere noluerint vel non curauerint, postmodum volumus leso vel lesis nobis confederatis astare cum aliis, qui nobis sunt coniurati, super plena iusticia optinenda, et iniuriatorem vel iniuriatores suos in sua iniuria nullatenus confouere, nec modo aliquo contra iusticiam confortare. Datum Othonie, anno domini M° CC° octogesimo quarto, in vigilia beati Andree apostoli, presentibus dominis et viris venerabilibus Jacobo Scleswicensi, cancellario nostro, Johanne Othoniensi episcopis; Alberto de Erwersteen, Hinrico de Glyghen, domicello Jacobo de Hallandia, comitibus; Hinrico priore de Andwerthscogh, Uffone dapifero, Stygoto marscalco nostris, Laurencio Tukasun, Nicolao Knutsun, Petro Jacobsun, aduocato Feonie, et Johanne Joonsun.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 422, aus der auf der Trese zu Lübek befindlichen Urschrift, an der jedoch von 15 Siegeln nur noch 3 hangen. — Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 138, und Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 49, Nr. CLXV. — Vgl. Nr. 1682 und Nr. 1762.

1284. Nov. 29. Odense. 1761.

Erich, König von Dänemark, verheisst den Kaufleuten der wendischen Seestädte, mit welchen er bis Pfingsten 1293 ein Bündniss geschlossen hat, Schutz und ungestörten Handel in seinem Reiche.

E[ricus] dei gracia Danorum Sclauorumque rex omnibus hoc scriptum cernentibus in domino salutem. Ex quo per nostras patentes litteras ad veram pacem et concordiam cum ciuitatibus Sclauie et earum ciuibus et mercatoribus nos confederauimus et coniurauimus de melior[um][1] regni nostri consilio, a proximo festo pentecostes ad octo annos continuos subsequentes firmiter duraturam: scire volumus vniuersos, quod nos mercatoribus dictarum ciuitatum ad regnum nostrum vbicumque declinare uolentibus illac veniendi, ibidem morandi, res suas vendendi ac alias reemendi, seu modo alio mercimonia exercendi, absque violencia uel iniuria rerum suarum plenam securitatem medio tempore concessimus de melior[um][1] regni nostri consilio et liberam facultatem, saluis nostris theloneis et debitis solucionibus, que nobis et officialibus nostris vice nostra soluere tenentur, prout in locis singulis, ad quos venire voluerint, ab antiquo fuerat obseruatum; protestantes, quod res, quas ad domum nostram tulerint, eisdem auferri non debeant violenter seu modo alio minus iuste aut contra eorundem voluntates. Quod si hactenus temere factum fuerat seu in posterum fuerit attemptatum, ab eorundem iniuriatoribus facere debemus secundum leges et iura regni nostri plenum fieri iusticie complementum. Promisimus eciam, quod dictis mercatoribus super mercimoniis eorum, que apud nos emerint, pro eorum libito deducendis nullam prohibicionem debemus facere, nisi hoc euidens necessitas tocius regni nostri exegerit et toti regno nostro hoc visum fuerit et consultum; et tunc prohibicionem huiusmodi faciendam in festis beati Michaelis debemus eisdem mercatoribus communiter puplicare. Datum Othonie, anno domini M° CC° octogesimo quarto, in vigilia beati Andree apostoli, presentibus venerabilibus patribus et dominis Jacobo Scleswicensi, cancellario nostro, Johanne Othoniensi episcopis; Alberto comite de [Ewer]sten[2], Henrico comite de Glichen, domicello Jacobo comite Hallandie, Vffone dapifero, Stigoto marscalco nostro, Laurencio Tukysson, Petro Jacobsson, aduocato Feonie, et Johanne Joonsson.

Nach Sartorius II, S. 136, aus „der urkundlichen Ausfertigung auf Pergament, mit daran hängendem königl. Siegel, in der lüb. Threse." — Sartorius gibt: [1]meliori — [2]Wartsten. Vgl. Nr. 1760, 1762, 1763.

1284. Nov. 29. Odense. 1762.

Erich, König von Dänemark, beurkundet, dass er mit der Stadt Lübek und ihren Bundesgenossen auf Grund des Landfriedens bis Pfingsten 1293 ver-

bündet ist, und gelobt insbesondere in dem Kriege gegen Norwegen bis zur Abhülfe ihrer gemeinschaftlichen Beschwerden Hülfe mit Rath und That.

E[ricus] dei gracia Danorum Sclauorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem. Noueritis, quod nos considerantes, quod, vbi pax est et concordia, ibi bonorum omnium acrescunt incrementa, (et) omnem pacem et concordiam deo et iustis placidam apud omnes et singulos nitimur pro viribus obseruare, prout ad hoc a deo dinoscimur constituti. Propter quod scire volumus vniuersos, quod propter bonum pacis et vtilitatem reipuplice nos cum ciuitate Lybicensi ac burgensibus et mercatoribus ciuitatis eiusdem, necnon et cum principibus et dominis ac eorum hominibus et subditis vniuersis ac ciuitatibus aliis et earundem inhabitatoribus, qui apud nos et regnum nostrum pacem et concordiam ad nostram iusticiam, hominum et subditorum nostrorum omnium confortandam bona fide obseruare et in huiusmodi confederacione pacis et concordie nobiscum et cum dicta ciuitate Lybicensi includi voluerint et nobis dare super hoc sua puplica instrumenta, sicut et nos eis nostra dare volumus vice versa, ad veram pacem et concordiam ac ad iusticiam eorundem plenariam confouendam pariter et habendam vbique in regno nostro secundum iura et leges regni ab antiquo approbatas de consilio meliorum regni nostri confederauimus et coniurauimus a proximo festo pentecostes ad octo annos continuos proximo subsequentes inuiolabiliter obseruandas. Promittimus eciam fide media, quod, si aliqui de ciuitate predicta Lybicensi nobis iam confederata seu de principibus et dominis eorumve subditis siue ciuitatibus aliis aut earundem ciuibus, qui nobis, ut premissum est, confederati fuerint, de cetero ab aliquibus post datam presencium litterarum iniurias perpessi fuerint, iniuriatores eorundem, si requisiti fuerimus, monere debemus et volumus, ut antedicte ciuitati Lybicensi aut leso vel lesis de eadem seu aliis in ista confederacione inclusis secundum iura et leges loci illius plenarie satisfiet; si vero iniuriatores huiusmodi monicioni nostre infra mensem acquiescere noluerint vel non curauerint, volumus et debemus sepedicte ciuitati et eius incolis seu aliis lesis de memoratis personis astare consilio et auxilio super plena iusticia optinenda, nec debemus iniuriatorem vel iniuriatores eorum in sua iniuria ullatenus postmodum confouere, nec modo aliquo contra iusticiam confortare. Specialiter autem inter nos et burgenses ciuitatis predicte Lybicensis super iniuriis nobis et ipsis a Norwegiensibus illatis placitatum est taliter et condictum, quod nos cum ipsis et ipsi nobiscum insimul permanere debemus consilio et auxilio, donec tam nobis, quam ipsis super hiis fieri poterit plenum iusticie complementum. Si vero aliqua ciuitatum, cum quibus confederacionem iniuimus, contra nos deliquerit aut regnum nostrum, quod absit: delictum illius non imputabimus ciuitati aut ciuitatibus aliis nobiscum confederatis non delinquentibus, dummodo nobis consilio et auxilio astare volueri[n]t contra ciuitatem delinquentem,

sicut superius est condictum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Actum et datum Othonie, anno domini M° CC. octogesimo quarto, in vigilia beati Andree apostoli, presentibus dominis venerabilibus patribus Jacobo Scleswicensi, Johanne Othoniensi episcopis; Alberto de Arwersteen, Henrico de Geliken, domicello Jacobo de Hallandia, comitibus; Henrico priore de Andwarthscogh, Vffone dapifero nostro, marscalco Stigoto et multis aliis fide dignis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 423, aus dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Originale, mit anhangendem Siegel. — Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 139. — Vgl. Nr. 1733—1737, Nr. 1760 und 1763.

1284. Nov. 29. Odense. 1763.

Erich, König von Dänemark, verbietet auf Bitten der wendischen Seestädte seinen Unterthanen allen Handel nach Norwegen und gewährt den norwegischen Kaufleuten den Besuch Dänemarks nur noch bis zum 20. Mai 1285.

E[ricus] dei gracia Danorum Sclauorumque rex omnibus hoc scriptum cernentibus in domino salutem. Conquestum est nobis a ciuitatibus Sclauie, quod mercatoribus ipsarum ciuitatum a Norwegiensibus grauia dampna et iniurie sunt illate. Verum, quia iniurie quorumlibet nobis et cuilibet christiano debent displicere, dictis ciuibus et ciuitatibus et earum mercatoribus promisimus, quod nulli de nostro dominio res aliquas deducere ad Norwegiam uel transferre liceat, nec in Norwegia mercimonia exercere. Si vero aliquis mercatorum nostrorum contra hanc prohibicionem nostram venire presumpserit mercimonia sua versus Norwegiam deferendo, quilibet si in via spoliatus fuerit, protestamur, quod hoc per nos non debet quoquo modo vindicari. Nos nichilominus dictis Norwegiensibus ad dominium nostrum veniendi et in villis nostris forensibus et portibus ipsis contiguis morandi et mercimonia sua exercendi vsque ad octo dies post festum pentecostes iam instans plenam securitatem concessimus et liberam facultatem. Si vero ipsi Norwegienses cum predictis ciuitatibus ante dictum terminum concordare non poterint, sepedictis eciam ciuitatibus promisimus, quod ipsi mercatores de Norwegia in regno nostro mercimonia sua postmodum nullatenus debeant exercere, donec tam nobis et nostris, quam dictis ciuitatibus pro iniuriis nobis et ipsis illatis a domino rege Norwegie illustri plenum fieri poterit iusticie complementum. Datum Othonie, anno domini M° CC° octogesimo quarto, in vigilia beati Andree apostoli, presentibus venerabilibus patribus et dominis Jacobo Sleswicensi, cancellario nostro, Johanne Othoniensi episcopis; Alberto comite de Ewersten, Hinrico comite de Glichen, domicello Jacobo comite Hallandie, Vffone dapifero

nostro, Stigoto marscalco nostro, Laurencio Tuckyssun, Nicolao Knutsun, Petro Jacobsun, aduocato Feonie, et Johanne Joonsun.

Nach Sartorius II, S. 137, aus „der in der Lüb. Threse befindlichen Ausfertigung auf Pergament. Von den vormahls daran hängenden 18 oder 19 Siegeln ist noch Eins wohl erhalten, das Siegel des Königs Erich." Bei Willebrandt III, 5 findet sich eine fehlerhafte deutsche Uebersetzung.

(1284.) 1764.

Uffo, Truchsess des Königs von Dänemark, fordert Lübek, Rostock, Stralsund und die übrigen Seestädte auf, die von ihren gegen die Norweger ausgesandten Leuten einem Lundenschen Schiffer genommenen Güter zu erstatten.

Viris nobilibus et discretis consulibus ceterisque ciuibus de Lybeke, Roostok et Stralesund, ac omnibus ciuitatibus maritimis, ad quas litere iste peruenerint, Vffo miles seu illustris regis Danorum dapifer, quicquid poterit dilecciones cum salute. De querimonia communitatis ciuitatis Lundensis necnon et tocius Scanie non modicum commoti, vestre vniuersitati conquerimur per presentes, quod ciues dicte ciuitatis Lundensis, qui circa festum beati Michaelis cum mercimoniis ipsorum in Norwegiam iuerunt, reuersi in portum domini nostri regis Dacie naue sua vna cum omnibus bonis in eadem existentibus a nunciis vestris in dampnum Normannorum emissis enormiter spoliabantur. Quapropter discrecionem vestram duximus exorandam, quatinus memoratis ciuibus bona ipsis sub vestra promissione ablata restitui faciatis, ita quod sepedicti ciues super amissione eorundem bonorum redantur indampnes. Nos enim, pacis securitatem vobiscum in omnibus diligenter obseruare volentes, id idem a vobis et vestris, vt decet, fieri cupimus et rogamus.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 426, aus dem auf der Trese befindlichen Original, mit wohl erhaltenem Siegel. — Nach Nr. 1763 muss man schliessen, dass das Lundensche Schiff um Michaelis 1284 nach Norwegen in See gegangen war und nach dem Handelsverbote des Königs Erich vom 29. Nov. 1284 heimkehrte.

1284. Dec. 1. Rostock. 1765.

Der Rath zu Rostock bestimmt die Amtspflichten und den Gehalt des Priesters am H.-Geist-Hospital daselbst.

He[e] sunt speciales cause, quas sacerdos in domo sancti Spiritus Rozstoc seruire volens fideliter debet obseruare, videlicet: quod omnes oblationes ibidem oblatas magistro domus integraliter presentabit, exceptis denariis vigiliarum, quos extra domum ab aliquibus receperit, vel si quid sibi datum fuerit, ut alicuius memoriam faciat specialem. Omni die dominica cantabit vigilias et feria secunda missam pro defunctis in remissionem peccatorum fratrum et sororum ibidem de-

functorum et omnium, qui dictam domum suis elemosynis ditaverunt. Omnibus diebus festivis et quartis et sextis feriis indulgentiam ibidem datam astantibus fideliter intimabit. Jnsuper secundum preceptum magistri domus ibidem diebus festivis debet facere memoriam fratrum et sororum illo anno mortuorum, et hoc nominatim et sub una conclusione omnium benefactorum et omnium fidelium defunctorum. Evangelium similiter astantibus predicabit, et pro velificantibus specialiter precipiat exorare, ut ad portum perveniant salutarem. Jnsuper sine omni condictione debet facere memoriam animarum, sive in domo sancti Spiritus sint mortui sive extra domum, secundum preceptum magistri domus ibidem. Preterea sacerdoti dicte domui servire volenti XII marcas denariorum pro expensis et vestibus magister domus largiter erogabit. Ut autem hec omnia maneant firmiora et diligentius observentur, presens scriptum sigillo civitatis est munitum. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXX. quarto, in crastino beati Andree apostoli, coram communi consilio civitatis Rozstok.

Nach dem im Hospital-Archive befindlichen Original.

1284. Dec. 6. 1766.

Hermann, Bischof von Schwerin, vergleicht sich, unter Zustimmung seines Dom-Capitels, mit dem Grafen Helmold von Schwerin über die Stiftsgüter in der Grafschaft.

Hermannus dei gratia Cwerinensis episcopus omnibus in perpetuum. Ea que iudicio uel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur, scripturarum conuenit testimonio roborari. Eapropter nouerint vniuersi, tam posteri, quam presentes, quod in causa dissensionis inter nos et ecclesiam nostram, ex vna, et nobilem virum dominum Helmoldum comitem Cwerinensem ac progenitores suos super quibusdam proprietatibus et possessionibus terrarum et locorum infrascriptorum, ex parte altera, diutissime ventilate, tandem bonis uiris mediantibus inter nos et comitem predictum in hunc modum amicabilis compositio interuenit, que talis est. Ab introitu ciuitatis a porta fabrorum in latere sinistro vsque ad fossam iuxta domum Johannis de Colonia omnes aree ad curias canonicorum expedite ac libere pertinebunt. Jtem a domo Ade canonici, que prius decani fuerat, per oppositam plateam retro domum Johannis Frisonis per directum tendens ad curiam Radolfi vicarii dicti Galeri et eandem includens, totum spatium, quod est inter eandem plateam et septa ciuitatis, cum omni iure et iuditio colli et manus ad ecclesiam pertinebit. Jtem extra portam ciuitatis ibidem a fossato ciuitatis tota Scala cum uinea et toto campo ac omnibus attinentiis suis usque ad insulam episcopalem ad nos et ecclesiam nostram libere pertinebit cum nouem areis in dicta Scala contentis, quas idem comes redemit a possessoribus earumdem, que omnia cum

pleno iure et iuditio, tam sanguinis, quam mutilatione menbrorum, quod colli et manus dicitur, ad mensam episcopalem perpetuo pertinebunt, ita tamen quod comes et sui heredes tantum de terra in uinea possunt accipere, quantum necesse fuerit ad aggerem reparandum. Eandem uero Scalam inhabitantes vsum lignorum et pascuorum communiter cum ciuibus non habebunt, neque ciues ciuitatis e conuerso cum illis. Et qui Scalam inhabitant, diem fori non habebunt per se, sed in foro ciuitatis necessaria comparabunt iure ciuium, ita tamen quod cum ciuibus ad nulla penitus onera uel contributiones aliquas teneantur; alias autem inter se pre foribus et in domibus suis emere poterunt et uendere, sicut hactenus facere consueuerunt. Si quis autem hominum Scalam inhabitantium uel terminos ecclesie infrascriptos, ubicumque fuerit tam in ciuitate, quam extra, in ipsa ciuitate uel infra iuditium comitis aliquod delictum commiserit et ibidem in continenti deprehensus fuerit et detentus, iudicabitur iuditio ciuitatis et comitis; sed si post reatum commissum euaserit non detentus, debet coram nostro iudice conueniri; et si quisquam ciuium in Scala et terminis infrascriptis ecclesie, ubicumque fuerit, aliquod delictum commiserit, idem modus circa talem obseruabitur e conuerso. Ceterum homines de Scala predicta uiam nouam ad terras per aquam non habebunt, sed sine impedimento quolibet habebunt introitum et exitum ciuitatis et transitum per eandem. Castrum etiam seu aliqua munitio non fiet ibidem, nec in tota insula, uel etiam in locis infrascriptis, quamdiu uixerit comes predictus et heredes sibi legitime succedentes. Preterea stagnum, quod Tegelse wlgariter dicitur, ab aggere molendini nostri ex utraque parte litoris usque ad lacum (!), ubi lacus magnum stagnum influit, ad mensam episcopalem libere pertinebit. Similiter stagnum, quod molendino nostro affluit, ascendendo sursum vsque in stagnum de Magno Medewede et ipsum stagnum vsque ad lacum in utraque parte litoris nostrum erit. Et erunt termini episcopales deultra molendinum nostrum uersus ciuitatem ab orto ipsius molendini ascendentes versus Leuenberch et comprehendentes ipsum locum Leuenberch, ac deinde procedentes et per gyrum includentes has villas, scilicet Magnum Medewede, Kloteken, Wikkendorp, Hondorp, Lubestorp, Trispete, Galentin et Rambowe cum omnibus terminis et attinentiis suis, siluis, aquis, pratis et pascuis, cum pleno iure, cum iuditio sanguinis et mutilatione membrorum, que wlgariter nuncupantur iuditium colli et manus, ita quod tam Scala, quam etiam ville predicte cum suis terminis et omnia supradicta ad episcopum Cwerinensem pertineant cum omni honore et districtu, quibus terra Butsowensis ad ipsum dinoscitur pertinere, nec inhabitatores locorum et terminorum predictorum alicui ad exactiones aliquas uel ad onera seu labores, qui lantwere uel borchwere[1] wlgariter vocantur, teneri debeant nisi soli episcopo Cwerinensi. Preterea comes predictus quartam partem decime de terra Selesen, quam hucusque possedit, ad usus canonicorum Cwerinensium libere et voluntarie dimisit eisdem. Quibus omnibus et singulis supra-

dictis idem comes renuntiauit expresse ac ea in manus nostras et ecclesie Cwerinensis sponte ac libere resignauit. Propter quod in recompensam soluimus et dedimus comiti supradicto M CC^{tas} et L marcas denariorum usualis monete, per hoc uexationes nostras et ecclesie redimendo, omnibus supradictis aditientes et concedentes eidem comiti et heredibus suis legitime sibi successuris in feudum reliquam quartam[2] partem decime in terra Selesen in bonis, que nunc possidet ibidem, et dimidiam partem decime in terra Cwerin, que vacauerant per mortem quondam bone memorie domini Guncelini ceci comitis Cwerinensis. Jnsuper comiti predicto et suis heredibus legitimis contulimus in feudum partem ciuitatis Cwerin, que distinguitur a domo sancti Spiritus, ubi olim fuerat domus cuiusdam piscatoris nomine Suk, ascendendo sursum per oppositam plateam et procedendo per medium fori usque ad uetus cimiterium, includendo totum, quicquid est a latere sinistro. Quibus adicimus eidem comiti et suis heredibus similiter conferendo in feudum has villas: Kerkstuke, Paruum Tribbowe, Runse, Metle et Tsikhusen cum suis attinentiis. Que omnia, videlicet pars ciuitatis et ville predicte, infra proprietatem et terminos ecclesie nostre sita sunt, prout hec in priuilegiis quondam domini Henrici ducis illustris, fundatoris ecclesie nostre predicte, expressius continentur et tam papalibus, quam etiam imperialibus litteris confirmantur. Ad cuius rei perpetuam firmitatem et euidentiam pleniorem presentes littere inde confecte nostri et capituli nostri, cuius ad hoc accessit consensus beniuolus et vnanimis, sigillorum appensionibus roborantur. Testes huius rei sunt: Gerardus rector ecclesie de Grabin, Philippus[3], Hartmannus et Henricus de Criwiz, perpetui vicarii ecclesie Cwerinensis, clerici; item Johannes de Dambeke, Gerardus de Eksen, Johannes de Niendorp et Fredericus dictus Moltsan, milites, item Henricus de Cwerin et Engelbertus marescalcus noster, et alii quam plures clerici et laici vocati ad hoc specialiter et rogati. Actum et datum per manum notarii nostri Gerardi, canonici ecclesie Butsowensis[4], anno domini M° CC° LXXX. quarto, in die sancti Nicolai.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Fäden von schwarzer Seide hingen 2 Siegel, nämlich das in Bd. II, zu Nr. 1297, abgebildete Siegel des Bischofs Hermann und das in Bd. I, zu Nr. 609, abgebildete Siegel des Schweriner Domcapitels; jetzt sind beide schon abgelösst, werden aber noch bei der Urkunde aufbewahrt. — Gedruckt ist diese Urk. bei Rudloff, Ehemal. Verh. des Bisth. Schwerin, S. 16; Lisch, Mekl. Urk. III, S. 108, und Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 76.

Die der vorliegenden Urkunde correspondirende, welche der Graf Helmold dem Bischofe Hermann über diesen Vergleich ausgestellt hat, ist im Original nicht mehr erhalten, es liegen aber im Haupt-Archiv zu Schwerin noch 3 Abschriften aus dem 16. Jahrhunderte. Sie ist an demselben Tage ausgestellt und der Urk. des Bischofs gleichlautend bis auf die selbstverständlichen und folgende Abweichungen: [2] quartam: fehlt — [3] Philippus, Hermannus, Hartmannus: geben 3 Abschriften — [4] per manum Conradi notarii nostri [nostri: fehlt in 1 Abschrift], canonici ecclesie Zwerinensis. — Dagegen geben alle drei Abschriften auch [1] borchwere. — Diese Urkunde ist gedruckt bei Hederich, Chron. Suerin. p. 9, Westphalen IV, p. 946; Schröder, P. M. II, S. 2957, und I, S. 781, in Uebersetzung; Franck V, S. 95, in Uebersetzung; v. Beehr p. 468; Histor. Nachr. v. d. Verf. des Fürstenth. Schwerin, Beil. K, S. 18.

(1284—1285.) Rostock. 1767.

Gerhard von Lage, der Zöllner, lässt dem fürstlichen Schatzmeister Dietrich das Haus des Georg Moltke am Bramower Thore zu Rostock auf.

Gherardus Lawe theolonarius resignauit Theoderico clauiero (!) ex parte Georgii Moltekini illam domum ante valuam Bramowe et promisit warandiam die[i] et anni. Johannes Pape, Johannes Bruneswic tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 106. — Vgl. fol. 160, zum J. 1287: „Theodericus clauier vendidit Ottoni de Bernestorpe suam hereditatem sitam ante valuam Bramowe, sicut eam possederat, et sibi rationabiliter resignauit, Helmico Snidewint et Henrico genero eius warandiam diei et anni promittentibus." Vgl. eine ähnliche Bürgschaft eines Rostocker Bürgers bei dem Verkaufe eines Grundstückes von Seiten des Ritters Redbag unten zum Dec. 1288. — Ueber „Theodericus clauiger" s. oben Nr. 1676 in der Note. — Gerhard von Lage wird auch einfach „Gherardus thelonarius" genannt (Stadtbuch C, fol. 121), wie der gleichzeitige Zöllner Johann „Johannes theolonarius" (aber fol. 113: „Hermannus Albus, frater Johannis theolonarii"). Vgl. Nr. 1705.

(1284—1291.) 1768.

Th[eoderich], Prior, und das Capitel zu Ratzeburg melden der Aebtissin A. und dem ganzen Capitel zu Mariensee, dass der Knappe Walther nach Empfang von 6 Mark sich aller gegen das Kloster erhobenen Ansprüche begeben hat.

Abgedruckt nach dem undatirten Original im Archive des Klosters bei v. Hodenberg: Calenbgr. U.-B. V, S. 79, Urk. 90, mit der Bemerkung: „Das Siegel in weissem Wachse zeigt zwei sich gegenüber sitzende Figuren." Es ist also das zweite Ratzeburgische Capitelsiegel, abgebildet in Bd. I, zu Nr. 471, nicht das zu Nr. 1594 abgebildete dritte, welches sonst um diese Zeit schon im Gebrauch war.

1285. Wismar. 1769.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihre Söhne Heinrich und Johann verleihen dem Kloster Dobbertin das Eigenthum des Dorfes Dobbin.

Anastasia, Fraw zu Mekelnburgk, Hinricus vnd Johannes, auch Hern zu Mekelnburgk, haben dem Closter Dobertin den eigenthumb des Dorffes Dobin, bei Demen belegen, vbergeben, mit aller Freyheit, aussgenommen das Gerichte, welchs sie demselben Closter nach gemeinem Rechte ihrer Lehnleute auch vbergeben. Datum Wissemariæ, 1285.

Nach Clandrian, Dobb. Reg. Nr. XC.

1285. Grabow. 1770.

Friedrich, Graf von Danneberg, befreiet die jetzigen und künftigen Güter des Klosters Eldena in den Dörfern Glaisin, Grebs und Karenz von allen Diensten und Leistungen an den Grafen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Frithericus dei gracia comes in Dannenberg uniuersis presencia uisuris seu audituris salutem in domino. Vergente ad occasum uita mortalium cum queque acta euanescant a memoria, aut eciam inuoluantur processu temporum per obliuionis uel dubietatis scrupulum et, nisi fuerint litteris commendata, in posterum irrita fiant et incognita: ergo expedit, ipsa que geruntur, scriptis autenticis perhennari et per ea posterorum noticie perpetuo commendari. Quapropter cunctis fidelibus tam futuri temporis, quam presentis uolumus esse notum, quod nos ecclesie siue conuentui sanctimonialium in Eldena bona in Glesin, Grebece et Karniz habita, et quicquid in eisdem villis consequi poterunt, cum omnibus prouentibus et attinentiis ac proprietate, et quicquid iuris in eis habebamus, integraliter resignamus cum omni libertate ab eis libere possidenda; nec eos aliquis molestabit uel grauabit aut aduocacia siue seruicio seu petitione uel plancarum sectione siue aliqua exactione. Ut igitur talis facti memoria stabilis maneat et inconuulsa, presentem paginam appensione sigilli nostri statuimus roborandam. Datum in Grabowe, anno domini M°CC°LXXX°V°. Huius rei testes sunt: dominus Heinricus noster capellanus, Hermannus Sciker et Bertoldus de Grabowe, milites, et alii quam plures.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von rothen und gelben seidenen Fäden hängt das in Bd. II, zu Nr. 845. abgebildete rundo, beim Abdruck etwas verschobene Siegel des Grafen Friedrich von Danneberg mit dem aufgerichteten Löwen vor einer Tanne auf einem Berge; Umschrift:

[✠ S' DEI GRA] COMITIS FREDERICI DE DA[NNEN]BERGE

1285. 1771.

Stiftung des Dominicaner-Klosters zu Röbel.

Vgl. Bd. II, Nr. 761.

(1285?) 1772.

Nachricht von einem Kaufbrief über Aecker bei Röbel.

In antiqvo Latino emptionis instrumento 1285. est: Provisores fraternitatis sacri collegii oppidi Röbel s. Virginis divæ, habentes et tenentes in eorum mani-

bus chirographum, videlicet emptionis et venditionis certorum agrorum, sigillis qvorundam validorum, Pritzebur de Kelle et Henningi filii sui, ordinis templariorum fratris, residentis in W[r]edenhagen[1]. Nicolaus II. princeps Vandalicus, qui Gustraviæ vixit, in horum confirmandis privilegiis 1293. testem apposuit: Pritzebuer noster marschalkus.

Nach [v. Pritzbuer]: Index famil. nobil. ducat. Megalop. (Havn. 1722), p. 47, in dem Artikel: „Pritzbuer." [1] Wredenhagen geben wir statt Wledenhagen, um so sicherer, da der Verfasser dazu bemerkt: „NB. Ista præfectura templariis olim concessa, his deletis fisco ducali cessit, unde in templariorum memoriam pars arcis adhuc der Tempel dicitur." Die Burg Wredenhagen, damals „Nouum castrum Wenden" (Nr. 1754), erscheint freilich nie als Templerburg, und von Templern in Wredenhagen gibt es keine Spur von urkundlicher Nachricht. — Ob v. Pritzbuer das Document, worin ein Templer zu Wredenhagen aus seinem Geschlechte vorkommen soll, selbst gesehen, oder einer andern Quelle entnommen hat, steht dahin. Vorher berichtet er: „In veteri membrana Saxonica antiqva lin[g]va scripta 1159. (!) „legitur: Jachem, Hans ende Dreiwis bröder hoiten die Pritzeburen. In alia de 1224: „Wertizlaus Pritzebuer frater in Doberan. Ex alia charta constat, 1276 (!) cum Henrico „Hierosolymitano in Palaestinam abiisse Pritzeburios Jachen und Orban, hunc in expeditione obiisse, „illum factum eqvitem s. sepulchri (!)." — Der bekannte Genealogo v. Pentz berichtet in seiner hdschr. Genealogie des Geschlechts Pritzbuer: „In einem alten MSt. auf Pergament habe in neben gesetzten Jahr [am Rande: 1159] die Gebrüder Achim, Hans und Dreves Pritzebur florirend angetroffen." Aus derselben Quelle mag v. Pritzbuer geschöpft haben; es war vielleicht eine jener unkritischen Genealogien des 17. Jahrh. Von einer Urkunde vom J. 1224 (Pentz schreibt 1124!), in welcher ein Doberaner Mönch mit dem Doppelnamen „Wertizlaus Pritzbuer" oder dem einfachen „Pritzbuer" vorkäme, fehlt es sonst an jeder Kunde. Zum J. 1285 merkt v. Pentz nur an: „Der Ritter Priscebur de Kelle und sein Sohn Henning untersiegelten einen Verlassungsbrief an dem heiligen Collegio zu Röbel." Von dem Templer sagt er nichts. Von der Marienbrüderschaft zu Röbel sind anderweitige Nachrichten wohl erst aus dem 15. Jahrh. vorhanden. Unter der oben angezeigten Urkunde vom J. 1293 versteht v. Pentz eine Privilegienbestätigung der Stadt Güstrow; aber in einer Urkunde von 1293 kommt kein Marschall Pritzbur vor.

(1285.) Wismar. 1773.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen der Tochter des Hildebrand Höppner eine Präbende.

Dum Hildebrandus Hoppenere infirmaretur, dedit filie sue Vredeken mansum vnum in campo Dammenhusen, vnde consules deberent predicte domicelle vnam prebendam comparare. Et hoc fecerunt idem consules cum consilio fratrum minorum et consilio antiquorum consulum et prebendam acquisiuerunt sibi tali modo, quod Bernardus de Grade tenebit eam in uestitu et victu omnibus diebus uite sue. Si uero Bernardus moritur uel propter paupertatem ipsam tenere non

posset, domui sancti Spiritus date sunt LXX et VI marce, quod in eadem domo dabitur ei victus et uestitus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 117. — Bernhard v. Grade war Hildebrand Höppner's Schwiegersohn.

(1285.) Wismar. 1774.

Willküre des Raths zu Wismar über die Höhe des Gewinnes aus Darlehen und Pfandnahme.

Consules arbitrati sunt et diu fuit arbitratum, si aliquis daret alteri I denarium uel vnum par caligarum uel aliquid aliud super vadimonio uel aliqua emptione, quod non magis poterit lucrari, quam duplo tantum, sicut sibi dedit, uidelicet si sibi dedit I denarium, quod recipiet duos, uel si dedit sibi vnum par caligarum, recipiet duo pari[a], et sic de ceteris.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 118. — Gedruckt in Burmeister's Wism. Rechtsalterth., S. 10. — Ueber den Ausdruck vadimonium vgl. Stadtb. B, p. 102: „Bernardus institor impignorauit Johanni de „Criwiz VII lestos et XVIII cussinos et vnam vaccam et VI ollas et duo caldaria pro VI marcis et III „solidis do censu domus sue. Vbicumque hoc duxerit Bernardus, semper est vadimonium Johannis." Daselbst p. 50: „Henricus filius Vlrici — — promiserunt Henrico do Herbedo — pro XXXVIII marcis „Lubecensis argenti et fertone, vnde dabunt in natiuitate domini XXX marcas et post hoc in pascha resi- „duam partem sine querela et vadimonio; et dominus Thidericus de Gardelege impignorauit predictis V „viris hereditatem suam et ortum humuli, sed VI marca stat de iusticia."

(1285.) Wismar. 1775.

Aufzeichnung über den Kauf eines Erbes zu Wismar.

Johannes Luscus, gener aduocati Clotes, emit hereditatem Godeken de Dammenhusen.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 119.

(1285.) Wismar. 1776.

Hermann, Büttelknecht zu Wismar, wird wegen falscher Anklage auf Bigamie und Diebstahl im Bereiche des Lübischen Rechtes verfestet.

Quidam nequam seruus preconis Hermannus nomine loquebatur super Ludeconem cistatorem, generum Hildebrandi Kindervaderes, quod haberet in Hamborg legitimam uxorem et quod furtum ibi fecessit; et sic utrique arbitrati sunt, quod irent Hamborg et redirent, per colla ipsorum. Et Ludeco se cum littera

ciuitatis Hamborg expurgauit, et Hermannus seruus preconis sub arbitrio colli sui, ubicumque est ius Lubecense, non fuit reuersus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 84. Vielleicht ist die Aufzeichnung noch etwas früher zu datiren, schwerlich später.

(1285.) Wismar. 1777.

Friedrich von der Weser, Johann Wise d. j. und Dietrich Hösik treffen letztwillige Verfügungen für den Fall, dass sie von ihrer Fahrt nach Norwegen nicht zurückkehren sollten.

Fridericus de Wesere commisit domino Willekino Hanstert et Wezcelo witgerwere et Henrico de Siphusen, si uiam ingressus fuerit carnis vniuerse et reuersus non fuerit de Norica reysa, quod de suis bonis cum centum marcis denariorum debent duos uiros mittere in Rigam. Quicquid uero predictis duobus viris supererit de centum predictis marcis, cum eo pauperes debent vestiri.

Johannes Sapiens filius Johannis Sapientis elegit patrem suum predictum Johannem tutorem uxoris sue et puerorum suorum, si non fuerit reuersus de Norica reysa, secundum ius ciuitatis.

Si Theodericus Hosic non fuerit reuersus de reysa Norica et obierit, tunc omnia bona sua dedit uxori sue, quamdiu uixerit uxor eius uel non nupserit. Dum autem uxor eius obierit uel si nupserit, consules bona Theoderici dabunt ecclesiis et pauperibus. Quando vero Theodericus voluerit, hec scriptura delebitur.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 120. Die letzte Inscription ist getilgt. — Die Jahreszeit, in welche diese Einzeichnungen fallen, ist nicht genau zu ermitteln; auf S. 122 findet sich eine Einzeichnung über eine am Sonntage nach Bartholomaei (Aug. 26) geschehene Zahlung. Es bleibt daher ungewiss, ob die 3 Wismarschen Bürger zu einem kriegerischen Unternehmen gegen Norwegen auszogen (vgl. Nr. 1732 bis 1737), oder ob sie (nach den in der Mitte des Jahres gepflogenen Friedensverhandlungen?) eine Handelsreise dahin antraten. — Vgl. Nr. 1738 und 1764.

1285. Januar 13. Rostock. 1778.

Der Rath zu Rostock verleihet dem Dietrich Eselsvot für seine der Stadt geleisteten treuen Dienste eine Präbende im H.-Geist-Hospital.

Notum sit, quod nos consules ciuitatis contulimus prebendam in domo sancti Spiritus Theoderico Eselesvot ad tempora vite sue, quod ciuitati fideliter seruiit. Datum anno domini M° CC° LXXXV°, in octaua epyphanie.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 106. — Vgl. oben Nr. 1719; auch 1291, Stadtbuch D, fol. 65: „Consules propter diuersa seruicia, que Wernerus dictus Burbode ciuitati exhibuit, contulerunt ipsi quartam partem superiorem domus site in nouo foro temporibus vite suo possidendam." —

1297: „Ciuitas contulit Arnoldo Storm spacium vnum iuxta nouam turrim extra murum exigentibus „deuotis obsequiis suis, in quo ortum faciet et piscinam. Quem ortum si quis amicorum suorum „post obitum Arnoldi habuerit, domui sancti Spiritus quinque marcas dabit et ortum habebit; si nullus sic „acceptauerit, ciuitati vacabit." (Stadtbuch 1295—1304, fol. 61b.)

1285. Febr. 1. Wismar. 1779.

Wizlav, Fürst von Rügen, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum des Dorfes „Cameniz" (Camitz), 2½ Hufen zu Langendorf, einer zu „Lambrechtsdorf" (Landsdorf), und einer Hufe in Stremlow, sowie des Sees „Puthne" (Pütte).

— — Jn cuius rei perpetuam firmitatem presentem paginam reuerendi domini Hermanni episcopi Zwerinensis sigillo et nostro duximus roborandam. Datum in Wismaria, anno domini M° CC° LXXX° quinto, in vigilia purificacionis virginis gloriose.

Nach dem vollständigen Abdruck aus zwei Originalausfertigungen im Stettiner Prov.-Archive (von denen die Siegel abgefallen sind) bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 50.

1285. Febr. 20. Sprenz. 1780.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder verleihen, mit Einwilligung ihrer Mutter, der Pfarre zu Kuppentin das Eigenthum von 2 Hufen in Kressin.

Diese Urkunde ist ganz aufgenommen in die Urkunde d. d. 1287, Mai 6, Plau.

1285. Sprenz. 1781.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder bestätigen, für die Uebernahme des dritten Theiles ihrer Schulden, ihren Mannen in den Ländern Röbel, Malchow und Wenden ihre Rechte und Freiheiten, verlegen das Landding in die Dörfer Priborn, Alt-Malchow und Zepkow, befreien die Vasallen von der Verhaftung in den Städten und beschränken die Beden auf Fälle der Vermählung und des Ritterschlages im fürstlichen Hause.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus et sui fratres dei gracia domicelli de Werle omnibus in perpetuum. Cum ea, que geruntur in tempore, quandoque labantur cum tempore, cautum esse dinoscitur et consultum, vt acta nobilium, que sunt futurorum commendanda memoriis, sigillatarum litterarum amminiculo et subscriptione testium roborentur, ne per obliuionis rubiginem

deformentur. Hinc est, quod tam ad presencium, quam futurorum noticiam uolumus[1] peruenire, quod uasallis nostris fidelibus ac predilectis[2] in terminis nostris Robele, Malchowe ac castri Wenden commorantibus regraciamur et ad plenum regraciari non sufficimus pro eo videlicet, quod nostre necessitatis ac peticionis intuitu nos de debitorum nostrorum parte tercia, scilicet a duobus[3] milibus marcarum, integraliter exemerunt, quibus eo tempore obligati fuimus, cum ipsis[4] contulimus presens scriptum. Quapropter ipsis e conuerso, mediante predilecti patrui nostri nobilis domini Hinrici de Werle ac precordialissime matris nostre consensu et fidelium secretariorum nostrorum consilio, huiusmodi vt sequitur dedimus libertates iure pheudali perpetuo possidendas, videlicet quod idem[5] uasalli nostri omni iure, quo patres et progenitores eorum a nouella plantacione vsi fuerunt, et principaliter quicquid iuris ex pia largicione nobilis domini Nicolai de Werle aui nostri et patris nostri felicis memorie actenus possederunt, eodem iure fruantur nostris et heredum nostrorum temporibus, imo perpetuo, pacifice et quiete. Jnsuper, vt eo minor inter uasallos nostros ac ciuitatenses oriatur discordia, nostram iudiciariam auctoritatem, que lantdink uulgariter nuncupatur, terminorum Robele in uilla Priborne[6], terminorum Malchowe in uilla Antiqua Malchowe[7], terminorum castri dicti Wenden in uilla Cepekowe[8], eodem tempore, eodem die et hora et eodem more, quo prius fieri solebat, statuimus iudicandam, de cetero nichilominus eiusdem iuris excessus[9], quemadmodum actenus alias[10] habuisse dinoscimur, nostro vsui[11] reseruantes. Ceterum ad maiorem iam dicte discordie euitacionem neminem uasallorum nostrorum in nostris uolumus ciuitatibus[12] detineri; si uero aliquis eorum, quod absit, in predictarum aliqua ciuitate detentus fuerit, eiusdem ciuitatis incole possunt a nostris uasallis, si se locus obtulerit, nostra mediante licencia libere detineri, quousque de iam dicta detencione fuerit satisfactum. Preterea super hec omnia nostros uasallos sepedictos et eorum heredes cunctosque prefatorum terminorum agricolas pro tam commendabilibus beneficiis, ab ipsis in nostrorum debitorum erepcione nobis prestitis et impensis, protestamur presentibus ab omni exactione peticionis fore perpetualiter liberos et exemptos; tali autem condicione ex eorum consensu proprio interposita: si diuina fauente gracia nos aut nostros heredes in posterum contigerit matrimonium contrahere siue militarem recipere dignitatem, et si festa hec per nos uel per nostros heredes[13] fuerint celebrata, tunc uasalli nostri de quolibet manso, cultura tamen eorum excepta, duos solidos nobis dabunt; si uero filiarum nostrarum aliqua desponsata fuerit, ad tale festum de manso quolibet nobis quatuor solidos erogabunt. Vt autem hec nostra pheodalis[14] collacio nostris uasallis fidelibus a nobis et a nostris heredibus maneat inconuulsa, presentem paginam ipsis dedimus sigilli nostri munimine roboratam[15]. Testes huius donacionis sunt hii: Nicolaus Gallus, Mathias[16] Ketelhot, Johannes de Dussyn[17], Johannes et Bernardus fratres de Bellin, Volradus Dargaz[18], Hinricus Knut, Thidericus de Bardenflet[19], Pritceburius,

Johannes Coz, Gammo[20], milites, Conradus Buno, Yo de Marin, Koneunt[21] et frater suus Hildebrandus, Otto de Retzowe et frater suus, Johannes et Nicolaus fratres de Hauelberghe, Luderus de Carbow, Rorebeke, Herderus[22] et Marquardus fratres, Tidericus Clericus, Ericus et Ericus, Hermannus de Sparowe, Conradus et Wluekinus[23] fratres de Stoeflete[24], Conradus et Winandus fratres[25] de Geldersem, Ratslauus de Zance[26] et alii quam plures milites et armigeri fide digni. Actum et datum Sprentce, anno domini M^mo CC^mo LXXX^mo V°.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin (A). Ebendaselbst findet sich auch eine Abschrift des Visitations-Secretärs M. Simon Leupold (B) und eine von den Notaren Clandrian und Rigemann beglaubigte (C). Die Notare bemerken unter der letzten: „Obgeschriebener Copei „original war auff pergament geschrieben, vnndt etlicher wegen, nemlich bei den worthen [3] duabus (!) „millibus marcarum etc. in sexta linea, folgents in linea septima ahn den worthen „mediante predilecti „patrui nostri" etc., Vnndt in linea 14 bei den wörthern [11] „nro vsui"; ferner in linea 22* bei dem wortt „[15] „roboramus" (!), Jtem ahn derselben rey dem worte [16] Matthias, Vnd inn der 23. Zeitel, beyn „wörtern [18] Dargatz, Henricus Knuth, Pritzeburius, Joannes Kotz, alters halben brechlich befunden. „Vberdas mangelte das Siegel daran, vnd hieng nieder allein ein gelber seidener tockhen mit zweyen „darein geschlagenen seidenen Knöpffen, einem in der mitten, dem andern nahe ahm ende." — Die Abweichungen der Abschriften sind folgende: [1] Volulmus: C — [2] perdilectis: B — [3] duabus: C — [4] Die Abschriften haben vor, nicht hinter „cum ipsis" eine Interpunction. — [5] Ildem: C — [6] Priborno: C — [7] Malchaw: C — [8] Cepekow: B; Zebekhow: C — [9] exc. ci. iur.: C — [10] alies: C — [11] nostro risu vsui: C — [12] ciu. vol.: C — [13] uel her. nostros: C — [14] feudalis: B — [17] Duscin: B — [19] Bardilfiete: A; Bardenfilt: B; Theodericus de Bardenfieth: C — [20] Gamme: B — [21] Konerut: B — [22] Harlerus: C — [23] Wilnekinus: B; Woluekinus: C — [24] Staffiete: B — [25] fratres: fehlt C — [26] Zantse: B; Zantce: — [27] millesimo ducentesimo octuagesimo quinto: B; 1285: C. — Die Urkunde trägt keinen Monatstag; zu Sprenz finden wir den Fürsten Nicolaus am 20. Febr. 1285 (s. Nr. 1780). — Gedruckt: Lünig, Corp. jur. feud. Germ. II, p. 1545; v. Westphalen IV, p. 949; v. Beehr, p. 395; Feststehender Grund etc., Beil. IV, S. 2; Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 113. — Vgl. zu dem Inhalte Bd. II, Nr. 1413 und 1414, auch 1504.

Anm. Das „castrum Wenden" wird sonst auch „Novum castrum Wenden" genannt; vgl. Nr. 1754 und 1757 und die Urk. vom 6. Juli 1300. Da das Dorf Zepkow in dem Bezirk dieser Burg lag, so ist sie im Amte Wredenhagen, und ohne Zweifel zu Wredenhagen selbst zu suchen. Riedel übersetzt (Cod. dipl. Brandenb. I. Bd. 3, S. 349) „Jndago Novi Castri", welches zweimal in einer daselbst abgedruckten Urkunde o. D. vorkommt, durch „Wredenhagen". Vgl. Huitfeldt, p. 387 (Urk. vom 23. März 1316): „förend vi haffue hulpet de Herrer aff Verle til det Nyarhus igien, til Fredehagen, med alle Grentzer", was Riedel (II, 1, S. 382) in der Ueberschrift irrig durch „Neuhausen und Wredenhagen" wiedergibt.

1285. Rostock. 1782.

Der Rath zu Rostock vom Februar des Jahres 1285 bis zum Februar 1286.

Anno domini M° CC° LXXXV° consilio presidebant: Reyneko filius Reymberni, Henricus Sapiens, Johannes Lemhus, Theodericus Subecin, Henricus Friso, Albertus de Cosvelde, Helerus Pannicida, Volmarus de Cosvelde.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 110. — Diese Eintragung, hinter welcher man übrigens noch einen Raum freigelassen hat, vielleicht um noch mehr Namen hinzuzufügen, ist durch kreuzweise über die Zeilen gelegte Striche getilgt. — Vgl. die Note zu dem Verzeichnisse vom 3. März 1286.

1285. Rostock. 1783.

Meister Arnold, Glockengiesser, verkauft an Tale, Reimberts Tochter, eine Rente aus seinem Hause zu Rostock.

Magister Arnoldus, fusor campanarum, vendidit domine Talen filie Reynberti in sua hereditate singulis annis redditus VI marcarum pro L marcis; et quandocunque de suis propriis denariis reemere potuerit, habebit liberam emptionem pro eadem pecunie quantitate. Reynerus Cerdo et Tidemannus de Lawe tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C. fol. 111.

1285. März 13. Lychen. 1784.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verleiht dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow das befreiete Eigenthum des Dorfes Gnewitz gegen einen Jahreszins.

Albertus dei gratia marchio Brandenburgensis vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut, dum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit acciones, non formi[d]anda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, sed quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos proprietatem ville, que Gnewetitz dicitur, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolimitani beati Johannis baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excipimus seu eximimus predictam [villam] ab omni exactione seu petitione, angaria, p[a]rangaria, construccione urbium, pontium seu municionum, et generaliter ab omni vexatione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis vel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari uel aliqualiter impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iusticia et iudicio et aduocacia et omni illo, quod wlgariter recht uel unrecht dicitur, cum omnibus terminis suis hucusque habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, et omnibus pertinentiis sibi adherentibus de consuetudine, gracia uel de iure, damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrow ac eorum ordini perpetuo quiete ac pacifice possidenda. Preterea excludimus, quod in crastino beati Martini annis singulis nobis de domo villici predicte ville Gnewetitz duo talenta cum dimidio denariorum

Brandenburgensium census nomine omni procul dubio persoluentur. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus uel a quibuslibet aliis in perpetuum valeat irritari, presentem paginam damus memoratis commendatori et fratribus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in Lychen, anno domini M° CC° LXXXV°, III° idus Martii, presentibus domino Ludolpho de Plote, domino Henrico Soneke, domino Friderico et domino Chotemir Dargaz, domino J. et domino ... de Loweberch, domino Hermanno et domino Alberno de Redere, domino ..... witz, domino Friderico de Osterwalde et domino Wichmanno Glude ..... temporis aduocato, domino Johanne fratre ipsius et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Abdruck bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. I, S. 180, aus dem zum Theil vermoderten Original in königl. Geh. Archive zu Berlin. Früher auch gedruckt in Gercken's Cod. dipl. III, S. 82, und in Jahrb. II, S. 232, und IX, S. 249. — Wegen der Abfassung der Urkunde vgl. Nr. 1702 und unten 1285, Mai 9.

1285. März 13. Bergen. 1785.

Erich, König von Norwegen, verspricht, alle Kaufleute von Lübek, Hamburg, Wismar, Rostock, Bremen, Stralsund, Greifswald, Stettin, Demmin, Anklam, Gothland, Elbing, Riga und Reval in seinen Landen gegen alle Kränkungen zu schützen, in Erwartung, dass seinen Unterthanen in jenen Städten Gleiches geschehen werde.

Ericus dei gracia rex Norwegie aduocatis, consulibus et vniuersitatibus ciuitatum Lybec, Hamburg, Vysmar, Rozstoc, Breme, Stralasun, Gripsewallt, Stetin, Dymin, Anclem, Gotlandie, Elbingi, Ryge et Reualie salutem et sincere dileccionis affectum. Licet hostis humani generis, nostre caritatis inuidus, ad hoc euigilet incessanter, quod dulcedo dilectionis ac amicicie, qua iungimur, amarescat, nos tamen, qui eum talem cognoscimus inimicum, sibi debemus scincera et integra resistere voluntate. Cum itaque mercatores Theotonici infra limites regni nostri, et nostrates in ciuitatibus [ue]stris[1] graues iniurias et dampna quam plurima se contra iusticiam asserant pertulisse, nos, uolentes omnem discordiam, que pretextu huiusmodi iniuriarum ac dampnorum poterit exoriri, prout possumus, penitus euitare, vniuersitati vestre tenore presencium declaramus, quod pro bono pacis et utrorumque commodo et quiete cuilibet mercatori Theutonico, qui (se) coram nobis seu nostris iusticiariis se asserit a nobis aut aliis subditis nostris quibuscumque aliquas iniurias seu dampna contra iusticiam pertulisse, et hoc docuerit per legitimas probaciones, nos secundum leges et consuetudines regni nostri plenarium faciemus iusticie complementum. Si uero nostri in ciuitatibus uestris

aliquas iniurias seu dampna contra iusticiam passi fuerint et legitime probauerint coram consulibus ciuitatum uestrarum, ipsi consules eisdem de suis iniuriatoribus secundum leges et consuetudines uestras approbatas integre faciant iusticiam exhiberi. Preterea uolumus et concedimus, quod mercatores Theutonici ad regnum nostrum quandocumque uenientes eisdem libertatibus, iuribus ac priuilegiis, que clare memorie pater noster et alii progenitores nostri eisdem concesserunt, libere gaudeant et fruantur, dummodo mercatores regni nostri ad ciuitates uestras declinantes consilia, iura et libertates et alia, que ex antiquo habuerunt, a uobis obtinere ualeant et habere. In cuius rei testimonium presentes nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum Bergis, III. idus Marcii, regni nostri anno V°.[2]

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 427, aus der auf der Lübeker Treso aufbewahrten Urschrift mit wohl erhaltenem Siegel. — [1] Im Orig. soll: nestris (nris?) stehen. — [2] Sartorius II, S. 135, gibt die Urk. zum Jahre 1284, doch irrig, da Erich seinem Vater am 9. Mai 1280 succedirte. (Vgl. Thorkelin, Analecta, p. 162). — Auch Lange und Unger geben in ihrem Diplomatar. Norveg. V, 1, p. 13, diese Urkunde unter dem 13. März 1285.

Der Krieg dauerte trotz dieser Erklärung mit den meisten Staaten fort. Vgl. unten die Urkunden vom 10. Mai, 25. Juni, 3. Juli und 31. Oct. 1285. — Vgl. auch Nr. 1786.

1285. 1786.

Ingeborg, Königin (-Mutter), und die königlichen Räthe bevollmächtigen Namens König Erichs von Norwegen die nach Schweden abgehenden Gesandten, Narwe, Bischof von Bergen, und Biarn Erlingson, eine Friedensverhandlung auf den 24. Juni vorzuschlagen, auch, falls sie zum Frieden geneigte Deutsche (aus den Seestädten) bei dem Könige von Dänemark träfen, diese durch Zusicherung freies Geleites zu einer besondern Gesandschaft nach Norwegen zu bewegen, aber andererseits dahin zu wirken, dass Dänemark und Norwegen nur noch gemeinschaftlich mit den Deutschen Verträge schliessen.

Diese in nordischer Sprache abgefasste Instruction ist nach dem Original, welches ehemals 12 Siegel trug, gedruckt bei Thorkelin, Diplomatar. AM. II, p. 104, und bei Lange und Unger, Diplomatar. Norveg. V, 1, p. 14. (Vgl. die Analyse bei Suhm, Hist. X, p. 911.) — Die uns angehende Stelle lautet bei Thorkelin: „Koma ok Thydeskir menn til Dana konongs, medan vars herra Noregs konongs fyrmendir „sendibodar ero thar, ok vilia sætazt, tha se sua samt vidr, tha at thæir sendi skilrika sendiboda til „sætærgerdar vidr Noregs konong, en hans adr nemdir sendibodar iate theim vruggu leidarbrefe. Sua „skulu ok vars herra E. konongs ærendo thesse einkanlega syslazt ef fast mego, at huarge theirra „kononganna af Norege eda af Danmarku skal sætazt eda sater vera vid tha hina Thydessko, æ medan „their vilia mote standa ok vsatter vera mote adrum huarom thessara fyrsagdra kononga."

1285. März 16. 1787.

Die Testamentsvollstrecker des Schweriner Dom-Dechanten Albrecht beurkunden die Vergrösserung der Hebungen für die von Albrecht gestiftete Vicarei im Dome zu Schwerin.

Fridericus dictus Hasenkop, archidiaconus in Parchim, Johannes de Colonia, canonici Suerinensis ecclesie, et Bernardus perpetuus vicarius ibidem, executores testamenti domini Alberti, eiusdem ecclesie decani, omnibus in perpetuum presens scriptum inspecturis deuotas orationes in Christo. Nouerint uniuersi, quod predictus decanus Albertus pie memorie constituens nos testamentarios suos coram capitulo nostro uoluit, quicquid per eum de rebus suis non ordinaretur, per nos succedenti tempore compleretur. Ipse uero sanus et compos mentis sue uicariam de quinque mansis et sex kotariis in uilla Cremon instituit, soluent[ibu]s pro tempore XVII choros et IIII modios auene et unum modium siliginis et solidum denariorum, cum triginta pullis et iudicio uasallorum, sicut in instrumentis super hec confectis plenius continetur. Preterea centum marcas monete Lubecensis ad ampliandum reditus ipsius uicarie presentauit; necnon partem sue curie iuxta curiam domini Volradi dicti de Krempa, que quondam fuerat Vlrici, de consensu nostri capituli eidem vicario contulit perpetuo possidendam; ac seruitium canonicis et vicariis perpetuis in festo beatorum Petri et Pauli ordinauit; statuens insuper, quod decanus, qui pro tempore est, conferat idem beneficium idonee persone semper existent[i] in officio sacerdotali; quodsi a predicto decano aliter factum fuerit, extunc iam dictum beneficium a capitulo conferatur. Vicarius iam dicte vicarie predictum seruitium faciet cum tritico et uino et elemosina competenti, et semper in ipsius institutionis die absque ulla occasione uel dilatatione ministrabit. De curia uero in Scelmone ac aliis reditibus duas marcas denariorum in eius anniuersario canonicis et vicariis perpetuis ad uigilias et in missa presentibus, duplum canonicis et simplum vicariis, per se ministrabit. Nos autem, usi capituli nostri consilio, cum predictis centum marcis ac aliis sexaginta Lubecensis monete a nobili uiro Helmoldo comite Suerinens[i] emimus quatuor mansos in Maiori Medeuuede, soluentes XVI choros auene, excepto tantum uno choro auene, quem noster socius suis denariis comparauit, ad sui memoriam peragendam in ecclesia Suerinensi per eiusdem beneficii vicarium, sic ut duplum canonicis et simplum vicariis conferatur, tertium dimidium mansum vicario et alterum dimidium dominorum seruitio assignantes. Preterea comparauimus duo tremodia siliginis, totidem ordei et tria auene in uilla Stromekendorp ad seruitium eucharistie cum cantu noue historie et processione solemni in quinta feria post festum trinitatis deuotius peragendum ac uino et tritico, necnon competenti eleemosina seruiendum; decanus uero, qui pro tempore est post obitum nostri dilecti canonici Friderici dicti Hasenkop, tale seruitium ministrabit. Vt ergo tam deuota ordinatio inconuulsa et stabilis perseueret, presentem paginam

conscribi fecimus ac sigillorum uenerabilis episcopi nostri Hermanni et nostri capituli appensionibus petiuimus et obtinuimus roborari. Actum et datum anno domini M° CC° LXXXV., feria sexta post Gregorii.

Nach einer Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. Clandrian (Protocoll, fol. 14ª) kannte noch das Original: „Ist mit des Bischoffs Sigel besigelt vnd darauff geschrieben: Confirmatio vicariæ ad altare Petri et Pauli." Uebrigens spricht Clandrian irrig von „Sechs hufen und sechs Kotern im dorffe Cremun"; s. Bd. II, Nr. 1472. — Vgl. Nr. 1623.

1285. März 18. Lübek. 1788.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft dem H.-Geist-Hospital zu Lübek 22 Hufen von der Feldmark Teterow und das Dorf Strisenow.

In dei nomine. Amen. Hinricus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, euanescant aut pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quocirca notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos, accedente filiorum, fratruelium, consiliariorum ac ceterorum familiarium nostrorum consilio pariter et consensu, rite et racionabiliter vendidimus domui[1] sancti Spiritus ciuitatis Lubicensis viginti duos mansos in territorio siue veltmarke opidi Teterowe situatos, ut eorum in omni libertate, distinctione, iure, fructuum percepcione et in omnibus aliis libere perfruantur, sicut iidem mansi nobis hactenus competebant. Vendidimus eciam eidem domui villam Strisenowe cum iudicio maiore et minore, cum cultis et incultis, cum pratis, agris, pascuis, paludibus, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, viis et inuiis, exitibus et regressibus et plane cum omni comoditate et iure et fructuum percepcione, sub eisdem terminis et distinctionibus, sicut ipsa bona nobis hactenus competebant et competere possent tempore postfuturo; nec vnquam ipsa bona mensurari debent ea mensura, quam hafslach[2] nominare consweuimus in vulgari. Libertauimus eciam hec vtraque bona ab omni exactione [pr]eçaria seu violenta et ab honeribus, que borchwerc et brucgewerc appellamus, et ab omnibus aliis honeribus, excepta sola defensione terre, quam homines lantwere vocant, ad quam coloni bonorum vtrorumque venire tenebuntur non aliter, nisi cum illud faciendum imminet toti terre. Que bona singula perpetuo resignamus ecclesiastice libertati. Vendidimus autem cum omni proprietate hec vtraque bona dicte domui pro mille ducentis et LXXVIII marcis denariorum Lubicensium, quas nobis recognoscimus esse plenarie persolutas et conuersas integraliter in solucionem dotis dilecte filie nostre, inclito Alberto duci de Brunswic matrimonialiter copulate. Testes sunt: milites: Wulueke et Johannes fratres dicti de Oldenborch, Johannes Nortman, Johannes de Dike, Tessemarus marschalcus, Adam, Ludeke de Oldenborch, Jo-

hannes de Klaholte, Hartmannus de Grammelin, Schadhe[,][3] Hucshol, consules quoque Lubicenses et alii quam plures layci et clerici fide digni. In cuius rei testimonium, et ne a nobis, nec a nostris posteris mutari valeant vel infringi, presentem paginam nostro sigillo et dominorum Wiszlai principis Ruianorum, Helmoldi et Nicolai comitum Zwerinensium ordinauimus com[muniri. Datum et actum] Lubeke, anno domini M° CC° LXXXV., in palmis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin, mit einer Ergänzung am Schlusse aus einem zweiten Original zu Lübek im Archive des H.-Geist-Hospitals. An dem Lübeker Orig. hangen 4 Siegel, von denen das 1. und das 4. erhalten sind; das Schweriner hat die drei ersten verloren; das 4., an rothen seidenen Fäden hangend, ist schildförmig und zeigt 2 Lindwürmer an einem Baume (vgl. Bd II, Nr. 1492); von der Umschrift ist nur noch zu lesen:

— — — — AI . COM — — — —

Der Druck im Lüb. U.-B. I, S. 428, beruht auf dem Lübeker Original; beide Originale sind verglichen zu dem Abdruck in Jahrb. VIII, S. 253. — [[1]] domui hospitalis: L — [[2]] hofslach: L — [[3]] Das Komma fehlt L und S.]

1285. März 18. Lübek. 1789.

Wizlav, Fürst von Rügen, verleihet der Stadt Tribsees das Lübische Stadtrecht, wie es Rostock hat, und bestätigt ihre Feldmark und ihre Freiheiten.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Witzlaus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. — — Nos cum consensu heredum nostrorum dilectis nostris civibus in Tribuses contulimus eam libertatem, quam burgenses in Roztoc habent, in causis quibuslibet ius Lubecense iugiter exequendum. Assignauimus etiam eis ipsorum iustis precibus inclinati agros, prata, pascua, ligna, sicut ab initio infra suos terminos habuerunt. Ex recognitione igitur nostre industrie dicte ciuitatis termini in eodem situ manebunt, quo a nostris progenitoribus sunt distincti. Distinguendo vero eosdem terminos volumus manifestos fieri tali modo: primo a loco, in quo predicta civitas est fundata, ad partem orientalem ad antiqui castri fossam exteriorem, et hanc preterfluit rivus, qui Simerstorperbeke dicitur, ad quem etiam hii termini se extendunt; rursum ab illo rivo sursum ad terminos ville dicte Stremelowe, et ab hac vsque ad terminos Thechelin, sicut per signa evidentia patet, erunt termini ciuium predictorum; in parte vero australi a villa Techelin usque ad terminos Stubbendorpe vna cum villa Wokenstede interclusa ac suis certis terminis distincta, cuius ville Wokenstede proprietatem de nostris manibus per integrum susceperunt, et abhinc vero inferius ad aqvam, que Tribula dicitur, et hanc aquam superius ascendendo usque ad flumen, quod dicitur Slonitze, et ad terminos ville Lambrechtesdorp proprietatis ipsorum limina volumus terminari. Locum autem nostri pomerii et spacium montis, in quo castrum nostrum prius situm fuerat, ad nostros vsus decrevimus reservare. Preterea inter flumen iam dictum Slonitze

et terminos Lambrechtesdorp iacet quedam palus, que volgo mur dicitur, hanc etiam dedimus civibus supradictis perpetualiter possidendam; ex parte vero aquilonari a flumine iam predicto vsque ad lapideum dammonem, qui vergit versus locum dictum Wik, cum allodio, qvod dominus Marqvardus dictus cum Thorace quondam possidebat, cum suis terminis, sicut inter villas Poytherose et Lambrechtesdorp sunt distincti. — — Piscaturam etiam, vna cum aliis nostris vasallis, inferius descendendo in aqua nostra dicta Tribula sine impedimento usque ad finem nostri districtus dedimus civibus supradictis. — — Ceterum proprietatem traductus aque Tribule nuncupate, qui inqvam traductus nostros attingit terminos dominii, antedictis civibus dedimus ad septimanam quamlibet pro duobus solidis nobis inde dandis, prout est consvetum. Verumptamen pre frigore nave dicti traductus seu vecture stante, nobis inde nihil proveniet, quousque saltem aque constrictio dissolvatur. — — Datum et actum Lubeke, anno domini M° CC° LXXX° quinto, in die palmarum.

Nach einer beglaubigten Abschrift vom J. 1638 im Archive der Stadt Tribsees gedruckt bei Fabricius, Rügen. Urk. II (III), S. 50. — Vgl. die Urkunde über die bei Tribsees belegene Fähre vom 25. Juli 1285. — Früher gedruckt bei Mantzel, Ruhest. 24, S. 71.

1285. März 21. 1790.

Hermann, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst verkaufen das Dorf Kl.-Grenz mit den Zehnten an das Kloster Doberan.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gracia ecclesie Zwerinensis episcopus uniuersis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris in perpetuum. Summa eterne pietatis disposicio potestatem et amministracionem nobis tam in rebus temporalibus, quam eciam spiritualibus idcirco contulit, ut bonum operemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei et religiosos, quia nostro patrocinio specialius sunt addicti. Si enim in promouendis vel ordinandis rebus ecclesie seu eciam in ecclesiasticarum personarum commoditatibus deuoti et studiosi emulatores fuerimus, emolumentum nostri laboris ab eo expectamus, qui dat mercedem bonam sustinentibus se. Hinc est, quod notum fieri cupimus presentibus et futuris litteras per presentes, quod nos et totum capitulum nostrum ecclesie in Zwerin de communi beneplacito et consensu indempnitati monasterii de Doberan, ordinis Cysterciensis, nostre dyocesis, prouidere gestientes, domino Conrado abbati totique conuentui ibidem pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum vsualis monete, quos denarios in vsus ecclesie nostre expendimus, vendidimus proprietatem ville, que Paruum Grenze dicitur, cum fundo suo et decimis maioribus et minutis, in siluis, pratis, pascuis, campis cultis et

incultis, in aquis aquarumque decursibus, cum omnibus vtilitatum prouentibus, qui nunc sunt vel adhuc fieri possunt ibidem, quiete et libere cum omni iure perpetuo possidendam; hoc addentes, ut proprietatem ipsius ville siue decimas vel partem ipsarum decimarum seu quoslibet alios prouentus ipsius alicui vel aliquibus, si ita maluerint, nomine pignoris obligare siue vendere libere vel modo et iure feodali porrigere liberam habeant facultatem. Ut autem hec nostra et canonicorum nostrorum racionabilis vendicio iugiter maneat inconuulsa, ecclesie Doberanensi has litteras dedimus sigillorum appensionibus nostri videlicet et iam sepe dictorum canonicorum nostrorum in Zwerin firmiter communitas. Testes huius actionis nostre sunt, quorum nomina subsequuntur, scilicet venerabilis dominus Arnoldus abbas Noui Campi, item Symon decanus ecclesie nostre, Mauricius scolasticus, Johannes thesaurarius, Guncelinus et Richardus, hii canonici Zwerinenses, item Henricus prepositus de Tribuses; item Henricus dictus de Zwerin, ciuis Wismariensis, et alii plures fide digni huic ordinationi pariter affuerunt. Actum anno incarnati verbi millesimo ducentesimo octogesimo quinto, XII° kalendas Aprilis. Datum per manum Gerardi notarii nostri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Von dem Siegel des Bischofs (Bd. II, Nr. 1297) ist noch ein Theil vorhanden. Das Siegel des Capitels ist abgeschnitten; im J. 1366 hing es aber noch an der Urk., wie in einem Transsumpt des Rostocker Raths angegeben wird. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1531.

1285. April 2. Schwerin. 1791.

Hermann, Bischof von Schwerin, und das Capitel daselbst bezeugen den Verkauf des Zehnten von Dargetzow an die Stadt Wismar.

Hermannus dei gracia episcopus Zwerinensis, N[icolaus] prepositus, S[imon] decanus totumque capitulum ecclesie Zwerinensis omnibus has litteras visuris salutem in domino. Recognoscimus et presentibus protestamur, quod taliter placitatum est inter nos et capitulum nostrum, ex parte vna, et consules et commune ciuitatis Wismarie, ex parte altera, in hunc modum, ita quod nos et capitulum nostrum ipsis consulibus decimam in villa Darghetzowe et quicquid ecclesia in eadem villa hucusque dinoscitur habuisse, uendidimus pro CC marcis denariorum Lubicensis monete et eorum ciuitati Wismarie perpetuo possidendam. Ad cuius rei perpetuam firmitatem et euidenciam pleniorem presentes littere inde confecte nostri et capituli nostri, (ad) cuius ad hoc accessit consensus beniuolus et vnanimis, sigillorum appensionibus roborantur. Testes huius rei sunt: Gozscalcus dictus Pren, Conradus Pren, Gherardus de Eksen, Johannes de Dambeke et Johannes dictus Storm, milites, Eghardus de Quitzowe, Hinricus de Rambowe et

Hinricus de Zwerin, et alii quam plures clerici et layci. Datum Zweryn, anno domini M° CC° LXXX° quinto, feria secunda post dominicam Quasi modo geniti.

Nach einer Abschrift im Wismarschen Privilegienbuche mit dem Rubrum: „De decimis campi Darghitzowe." — Gedruckt bei Schröder, P. M., S. 785.

1285. April 10. Sülstorf bei Selmstorf. 1792.

Heinrich, Fürst von Werle, gibt mit Zustimmung seiner Söhne Nicolaus und Heinrich dem Rostocker Bürger Nicolaus von der Möhlen und dessen Sohne Heinrich das Dorf Dolgen mit dem See zu Lehn und befreiet sie von der Nachmessung des Dorfes und von den Lehndiensten gegen eine jährliche Abgabe von 1 Pfund Honig.

In nomine domini. Amen. Henricus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Acta hominum plerumque memorie commendantur, cum fideli subscriptione testium et scripture testimonio confirmantur. Volentes autem erga obsequiosos nostros semper esse benefici, notum esse uolumus vniuersis, tam posteris, quam presentibus, quod, cum Godescalcus de Polenen villam Dolghen, quam a nobis tenebat, in manus nostras liberam resignasset, nos eandem villam Dolghen et stagnum adiacens Nycolao de Molendino, dilecto nobis burgensi in Rozstoc, et Henrico filio suo suisque heredibus graciose contulimus et in pheodum iustum porreximus, prout ipsa villa infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, cum omnibus attinentiis suis, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, virgultis, paludibus, aquis aquarumue discursibus, piscationibus, viis et inuiis, exitibus et regressibus, ita quod ipsam villam et agros ac alia omnia adiacentia, qualiacunque fuerint, ultra dimensurationis funiculus non attingat. Porreximus autem dictis N. de Molendino et H. filio suo ac eorum heredibus hec eadem bona ad omnem iusticiam, ad quam nostri fideles et vasalli tenent a nobis communiter bona sua; hoc tamen excepto, quo[d] nobis de memoratis bonis in nullo seruicio sunt obnoxii, sed pro seruicio vnam mensuram mellis, quam wlgus punt nominare consuevit, nobis annis singulis ministrabunt, et hoc dilectorum filiorum nostrorum Nycolai et Henrici consensu plenario accedente. Verum ut hoc rationabile factum nostrum a nobis et nostris successoribus infringi uel immutari non ualeat, presentem cartulam inde conscriptam eisdem ad cautelam tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt: Godeco Luche, Nycolaus Hane, Gherardus de Cropelin, Mathias Ketelhot, Thidericus de Buren, Bernardus de Lesten, Henricus de Demene, milites, Johannes Monachus, Johannes Rune(n)se, burgenses in Lubeke, Johannes filius Seghebodonis de Dymin et alii

perplurimi fide digni. Actum et datum in villa Zulestorpe iuxta molendinum Martini, anno domini M° CC° LXXXV°, feria tercia proxima post dominicam Misericordia domini.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An einer Schnur von grüner Seide hängt das in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich von Werle.

1285. April 21. Eschede. 1793.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, tritt dem norddeutschen (zu Rostock abgeschlossenen) Landfriedens-Bündnisse bei.

Gyselbertus dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos cum militibus, famulis, Holtsacie iuratis, ciuitati (!) Lubicensi, Hamburgensi ac aliis omnibus cum ipsis simul iuratis vniti ac confederati sumus in hunc modum, quod nos predictorum iuratorum a die presenti et a festo beati Johannis baptiste nunc instanti ad octo annos propter neminem erimus inimici. Si enim medio tempore inter nos, ex vna, et ipsos, ex parte altera, aliqua emerserint, per que possit discordia exoriri, illa omnia in iure vel amicitia sedabuntur. — — Item condictum est, quod super ista ordinatione ac confederatione iuratis predictis procurabimus litteram capituli nostri Bremensis, vt, secundum quod predicta sunt superius, firmiter obseruentur, qua optenta omnia, secundum quod prescripta sunt, sine recusatione qualibet permanebunt; si vero optinere non possemus, extunc in voluntate ac arbitrio sepedictorum iuratorum erit, vtrum stare velint nostris litteris presentibus, promissionibus nostris ac militum nostrorum presentibus litteris infrascriptis. — — Datum Esscete, anno domini M° CC° LXXX° quinto, in sabbato post dominicam, qua cantatur Jubilate.

„Nach dem Originale, mit anhängendem, wiewohl stark beschädigtem Siegel, auf der Trese" zu Lübek, gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 430. — Vgl. Nr. 1682 und Nr. 1760, auch unten 1289, Juli 12.

1285. April 25. Lübek. 1794.

Heinrich, Fürst von Werle, Wizlav, Fürst von Rügen, und Heinrich und Nicolaus, Grafen von Schwerin, entscheiden den Streit des Bischofs Hermann von Schwerin gegen die Fürstin Anastasia von Meklenburg und ihre Söhne wegen der Burg zu Eikhof, und behalten sich vor, die damit verbundenen Grenzirrungen zu schlichten.

In nomine domini. Amen. Nos Henricus dei gratia dominus de Werle, Wuzslavus eadem gratia Ruyanorum princeps, et Henricus et Nicolaus iterum et

eadem gratia comites Zwerinenses, electi arbitri. Cum in causa, que inter venerabilem patrem et dominum Hermannum Zwerinensem episcopum, ex vna, et nobilem dominam Magnopolensem Anasthasiam et Hinricum et Johannem eius filios super edificationem noui castri in Ekhuoue, parte ex altera, vertebatur, in nos ex utraque parte, fide in manus nostras corporaliter prestita, extiterit tamquam in arbitros compromissum de partium voluntate, statuimus, ordinamus et ordinando promulgamus sub pena dicti promissi: in primis quidem, quod dictus dominus episcopus statim in crastino beati Marci nunc instantis interdicti et excommunicationis sententias absque difficultate aliqua relaxabit. Si qui etiam homines, siue clerici siue layci, ex vtraque parte suspecti habentur propter discordiam supradictam, de illis nulla sumetur vendicta, et in eos aliqua deinceps super hoc actio non procedat. Statuimus etiam et ordinamus sub pena antedicta, vt domina Magnopolensis duos milites ad antedictum castrum vna cum nostris nunciis feria VI^{a} proxima circa meridiem destinabit, per quos predictum castrum eadem domina in ipso tempore nunciis nostris nostro nomine faciet presentari. Mandabit etiam ipsa domina domino Johanni militi dicto de Ekhoue, vt ab eadem hora vsque ad vesperam diei dominici subsequentis propugnaculum ibi constructum destruat et de loco remoueat; alioquin per nos et nostra auctoritate dictum propugnaculum destruetur. Preterea statuimus et pronunciamus, quod antedicta domina ad locum castri predicti suos mittat operarios circa vesperam dominice supradicte, qui adiunctis sibi operariis episcopi sepedicti ipsum castrum omnino destruant et de loco non recedant, nisi prius totum fossatum humo fuerit adequatum; nec vmquam in tempore ibidem in loco castrum aliquod seu municio construetur. Ceterum distinctionem terminorum siue limitum, super quibus ibidem precipue questio vertitur inter partes, solum nostre ordinationi et arbitrio, donec super hiis discuciendis possimus simul omnes quatuor vel saltem ex nobis tres intendere, reseruamus. Vt igitur omnia et singula supradicta modis predictis hinc inde firmiter obseruentur, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXV°, die beati Marci ewangeliste.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 428, aus dem Original auf der Trese zu Lübek, mit angehängten vier Siegeln. — Gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 51.

1285. Mai 1. Danneberg. 1795.

Volrath, Graf von Danneberg, schenkt der Kirche zu Grabow das Dorf Fresenbrügge.

Volradus dei gracia comes de Dannenberg omnibus in Christo fidelibus salutem in domino presens scriptum audituris. Cautum et salubre est homini

mortali, vt prouideat sibi de salute anime in hoc seculo, quod possit viuere feliciter et gloriari cum deo in futuro. Quapropter cunctis et singulis cupimus fore notum, quod ecclesie beati Georrii in Grabowe ob salutem anime nostre ac vxoris nostre anime atque nostrorum progenitorum animarum donauimus et in presenti damus pia elemosinarum largicione totam villam Frysenbrucghe cum omni iure, fructu et vtilitate, libertate, pascuis, campis, siluis et pratis, absque omni reclamacione et impedimento in perpetuum cum salute possidendam, vt ex fructibus ex ea prouenientibus ex iussu consulum in Grabow et eiusdem ecclesie prouisorum iam dicta ecclesia construatur, melioretur ac ornetur videlicet in calicibus, libris, luminaribus, campanis atque aliis ecclesiasticis ornamentis. Ne igitur hec donacio nostra legitime facta ab aliquo nostrorum heredum aut successorum frustretur seu anichiletur, presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius donacionis facti sunt: Hogherus noster cappellanus, Hinricus et Hermannus Dargheslawe, Martinus et Johannes Paschedach atque Johannes Sleghel, milites, quam (!) plures alii fide digni. Datum et actum Dannenbergh, anno domini M° C° C° LXXXV°, ipso die Philippi et Jacobi apostolorum beatorum.

Nach der unechten Ausfertigung im Archive der Stadt Grabow, in einer kleinen Minuskel. (Vgl. Bd. I, Vorr. S. XL.) An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Grafen Volrath von Danneberg (vgl. Bd. II, Nr. 683). — Nach Schröder, P. M. I, S. 677 und 704, soll 1259 und 1262 der Kirche zu Grabow das Dorf Fresenbrügge gegeben sein; dies sind ohne Zweifel Missverständnisse aus schlechten Urkundenabschriften. — Unter der Georgen-Kirche in Grabow ist die Pfarrkirche der Stadt zu verstehen, da diese nach vielen Nachrichten dem St. Georg geweihet war; so heisst es noch im J. 1656: „die Kirche ist gewidmet in honorem divi Georgii." Die Stadt hatte dagegen kein Siechenhaus zum St. Georg vor der Stadt, sondern ein „Armenhaus zu St. Nicolaus vor der Stadt" und eine „Marien-Magdalenen-Kapelle mit Kirchhof vor der Stadt". Die Stadt selbst führte auch bis zur Durchführung der Reformation im zweiten Drittheil des 16. Jahrh. das Bild des St. Georg im Stadtsiegel (vgl. Jahrb. XXI, S. 315).

1285. Mai 6. Lübek. 1796.

Burchard, Bischof von Lübek, verordnet, dass die Inhaber der kleineren Präbenden, darunter der Propst Nicolaus (Fürst von Meklenburg), jetzt und künftig nach der Zeitfolge ihres Antritts derselben zu den grösseren aufrücken sollen.

Vniuersis Christi fidelibus — — Borchardus dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus —. — Nos habita prouida deliberatione, capitulo nostro consentiente, duximus ordinandum, statuendum et firmandum, vt is uoce in capitulo, stallo in choro et maioris prebende assignatione nunc et in futurum ceteros antecedat, cui apud ecclesiam nostram prius fuerat, est, uel fuerit successiuis temporibus minoris prebende perceptio assignata. Cum autem infra quinque menses in ecclesia nostra tres prebende maiores uacarent, et plures concurrerent in minoribus stipendiis constituti petentes sibi de prebendis huiusmodi prouidere: nos,

totius ambiguitatis et dissentionis materiam amputare volentes, diligenti discutione ad instantiam et preces totius capituli nostri talem inter ipsos ordinem duximus faciendum, videlicet ut Hermannus dictus de Morum primam prebendam habeat, prepositus Nicolaus secundam, Johannes de Turri terciam, Johannes de Bocholte quartam, Johannes dictus Crech quintam, Albertus de Scowenburg prepositus Hammenburgensis sextam, magister Segebandus septimam, Adolfus filius comitis Gerhardi octauam, Albertus de Boyceneburg nonam, Alfwinus decimam, Henricus Steneke vndecimam, Johannes de Cluce duodecimam, et magister Helembernus terciamdecimam consequatur. — — Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXV°, in die Johannis ante portam Latinam.

Nach Leverkus, Urk. d. Bisth. Lübek I, S. 329, aus dem Reg. Cap. Lub. I. 199.

1285. Mai 9. Salzwedel. 1797.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, schenkt dem Johanniter-Orden, zu Händen der Comthurei Mirow, das Eigenthum des Dorfes Wokuhl, welches bis dahin den Dargaz gehört hatte, gegen einen jährlichen Zins.

Albertus dei gratia marchio Brandeburgensis vniuersis Cristi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummacionem adeo nobis expedit intendere vigilanter, vt, cum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare uenerit acciones, non formidanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, set quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod proprietatem ville Wukun et molendini adiacentis, quorum possessio fuerat olim dilectorum nobis Friderici et Chotemari militum nostrorum et fratuelium ipsorum, dictorum Dargaz, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani beati Johannis baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum libere possidendam. Excipimus seu eximimus predicta ab omni exaccione seu petitione, angaria, parangaria, construccione vrbium, poncium seu municionum et generaliter ab omni vexacione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis vel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari vel aliqualiter impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iusticia et iudicio et aduocacia et omni illo, quod wlgariter recht uel vnrecht dicitur, cum omnibus terminis suis hucusque habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, lignis, terris cultis et incultis et omnibus pertinenciis sibi adherentibus de consuetudine, gracia uel de iure, damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrowe et eorum ordini perpetuo quiete ac pacifice possidenda. Set hoc solum excipimus, quod villicus

predicte ville Wukun duo talenta cum dimidio, et nichil amplius, in crastino beati Martini nobis soluet census nomine annuatim. Et ne hec donatio nostra a nostris successoribus uel a quibuslibet in perpetuum aliis valeat irritari, presentem paginam damus memoratis commendatori et fratribus, sigilli nostri munimine roboratam. Hec acta sunt in Saltwedele, anno domini millesimo CC° LXXXV°, VII° idus Maii, presentibus: domino Czabello de Redingstorph, domino Friderico et domino Chotemir Dargaz fratribus, domino Hermanno de Redere, domino Henrico de Lankow, domino Petro de Wuthenow, domino Johanne Romlo, domino Henrico Soneke, domino Henrico Missenero ac aliis fide dignis.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 181, aus dem Original im Staats-Archive zu Berlin. — Gedruckt in Jahrb. X, S. 211. — Das Dorf Wokuhl grenzte mit dem Dorfe Gardow, dem späteren Sitze einer eigenen Comthurei; Gardow ging später selbst in Wokuhl unter. Vgl. Jahrb. IX, S. 41 — 43.

1285. Mai 10. Bergen. 1798.

Erich, König von Norwegen, übersendet eine Bündnissurkunde an den König Eduard von England und begehrt in Gemässheit derselben, die englischen und norwegischen Kaufleute gegen die Deutschen zu schützen.

Magnifico principi, amico suo in Christo karissimo, domino Eduardo dei gratia regi Angliae illustri, domino Hyberniae et duci Aquitaniae, Ericus eadem gratia rex Norwegiae —. — — Litteram compositionis cirografatam, nostro sigillo signatam, uobis cum latore presentium transmittimus, postulantes, ut ipsam compositionem a uestratibus firmiter faciatis obseruari, prout utriusque regni comodo melius noueritis conuenire, et maxime, ne Theotonici, inimici regni nostri, mercatoribus utriusque regni hinc inde transeuntibus iniuriam, dampna uel molestiam aliquam in uestra ditione, siue in mari siue in terra, inferre presumant; et si qui tales inuenti fuerint, ipsos, prout in dicta compositione inter nos facta expresse continetur, nullum refugium in partibus uestris aut latibulum habere permittatis in nostrum uel nostrorum preiudicium uel iacturam. Teste me ipso, apud Bergis, VI. idus Maii, anno regni nostri sexto.

Aus dem Archive im Tower zu London vollständig abgedruckt bei Rymer, Foedera I, 2, p. 654 (ed. 1816), und im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 433. — Vgl. oben Nr. 1785 und 1786, auch 1737.

1285. Juni 14. 1799.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, gibt seinem Dom-Capitel den Antheil am Zehnten in Buchholz (bei Ratzeburg), den es bisher noch nicht gehabt hat.

[Conradus dei] g[racia] Raceburgensis ecclesie ep[iscopus] fratribus suis in Christo dilectis preposito, priori totique capitulo [eiusd]em ecclesie in domino

Jhesu Christo salutem. Cvm unam partem decimarum episcopalium in villa Bocholt, [parrochie] sancti Georgii in Raceburg, ex donatione et confirmatione antecessorum nostrorum episcoporum legitime teneatis, ac aliam partem, quam Conradus quidam et Heinricus frater suus iniuste possident, vobis di[catis] ad vsus camere vestre a domino Vlrico episcopo, nostro antecessore, concessam, eandem concessionem [grata]m et ratam habentes volumus, vt accessione vnius partis ad alteram dimidiam deci[mam] totius ville predicte, que nos et successores nostros posset contingere, in perpetuum habeatis [usibus c]amere uestre, ad quos data dinoscitur, profuturam. Vt igitur hoc sciat presens etas, [omnium quoq]u[e] addiscat secutura posteritas, illud desuper conscribi fecimus instrumentum [et si]gilli nostri impressione munitum iussimus vobis tradi. Datum et [a]ctum anno gratie M° CC° LXXX° V°, XVIII° kalendas Jvlii.

Nach dem Original im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz. Dasselbe ist am vorderen Rande zerfressen (doch haben die Lücken aus dem Copiar II ergänzt werden können). Das Siegelband, für welches drei Löcher eingeschnitten sind, fehlt mit dem Siegel. — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2208, und bei Schröder, P. M. II, S. 2962. — Vgl. Nr. 1442 und unten 1285, Juli 2.

1285. (Vor Juni 15.) Rostock. 1800.

Das Franciscaner-Kloster zu Rostock verkauft der Conversen Sophie die Hausstätte, welche sie bebauet hat.

Fratres minores vendiderunt Sophie conuerse illam aream, supra quam edificauerat, et Conradus de Lawe et Johannes Rufus ei rationabiliter ex fratrum parte (rationabiliter) resigna[r]unt, fratre Nicolao de Wolteke existente gardiano presente. Reynerus Cerdo et Hermannus Echorn tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 113. Vgl. 1285 (fol. 109): „Gertrudis, cuius filiam habuit Bertrammus caupo, vendidit Henrico Plois suam hereditatem apud conuersas in gropenghetero-strate." Diese „conuersae" scheinen Beguinen gewesen zu sein, welche sich damals in verschiedenen Stadttheilen fanden. 1291: „Thidericus Monachus emit a bagina dicta Cristina de Anclem, sorore sua, et ipsorum heredibus hereditatem suam in platea Corui." (Stadtbuch D, fol. 61ª. Diese Beguine lebte noch 1318, Aug.) — 1299, Jan. 21: „Henricus de Tessikowo vendidit Johanni de Bandowe hereditatem vnam sitam in paludo fartorum iuxta fossatum ciuitatis, que begginarum fuerat." (Stadtbuch 1295—1304, fol. 94.) — Ueber das Capitelhaus der Beguinen an dem nach diesem benannten Beguinenberge vgl. unten zum J. 1293 die Inscription aus dem Stadtbuch D, fol. 121ᵇ.

1285. Rostock. 1801.

Der Rath zu Rostock lässt einen Dieb für den Fall eines neuen Vergehens seinen Hals verwillküren.

Notum sit, quod Ludeke dictus Putklot coram consulibus vniuersis arbitrabatur, si vmquam excederet, quod perderet collum: primo de cussino, quem

furabatur nocturno tempore, secundario pro sportis piscium; item tercio nocturno tempore venit in ciuitatem, iuit armata manu et abstulit dominabus IIII^{or} tunnas ceruisie et volebat eam simul agitare; quarto furabatur II^{os} calcios hic in ciuitate, et pro quo redemit suum collum in Michkhelestorpe.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 114^{b}. — Getilgt.

1285. Juni 25. Gamle Lödese (bei Göteborg). 1802.

Magnus, König von Schweden, gewährt den Gesandten der Seestädte und des Königs von Dänemark auf acht Tage sicheres Geleit.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque rex in domino salutem. Notum facimus, quod nobili et honesto viro domino Johanni Litla et nunciis ciuitatum marithimarum Theotun[icarum], eis quoque, quos secum ex parte dilecti fratris nostri domini regis Dacie habere uoluerit, pro nobis et nostris omnibus, omnibus quoque pro nobis uolentibus facere vel dimittere, ad nos veniendi, nobiscum morandi et placitandi et a nobis iterum recedendi omnimode securitatis conductum concedimus per presentes, non ideo, quod ipsis de securitate posset haberi diffidentia, sed quia dominus Wisclawus nobiscum personaliter colloquens a nobis voluit hoc habere. Hunc autem conductum ad octo dies durare uolumus et ualere. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Lødhosie, anno domini M°CC°LXXX quinto, VII° kalendas Julii.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 46, aus dem Original auf der Treso zu Lübek. Das anhangende Siegel des Königs ist nur in der Umschrift verletzt, das Rücksiegel ist der Wappenschild. — Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 141. — Vgl. Nr. 1785 und 1786, 1806 und 1807.

1285. Juni 29. Schwerin. 1803.

Hermann, Bischof von Schwerin, verzichtet mit seinem Dom-Capitel auf alle Zehnten aus den im Lande Gristow belegenen Gütern des Klosters Eldena (bei Greifswald) und bestätigt demselben auch die Patronatrechte über die Kirchen zur Dänischen Wik und zu Neuenkirchen.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gracia episcopus, Nycolaus prepositus, Symon decanus, Johannes custos, Mauricius scolasticus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum vniuersis Cristi fidelibus in perpetuum. Quoniam iustum est et consentaneum racioni, contentiones, que semel iudicio uel concordiali conpositione rite et rationabiliter extinguntur, mandari litteris, ne unquam

amplius reuiuiscant, necnon et earum conposiciones eisdem firmari et testibus, ne aduersatrix iusticie, emula ueritatis, inuidiosa calumpnia eas ualeat futuris temporibus infirmare: ideo ex tenore huius priuilegii cognoscere uolumus etatem posteram et presentem, quod, cum predecessor noster beate memorie dominus Rodolfus episcopus abbatem et conuentum Hyldensis ecclesie super decimis bonorum, que in terra Gristowe[1] dudum quiete possederant, impugnaret, zelo motus dei et pacificorum uirorum monitis mitigatus, limen relinquens omnis dissensionis et discordie, cum aduersa parte ingressus est pacis et concordie domicilium sub hac forma, ut videlicet eorundem bonorum decimas, quas abbas et conuentus in villis et agris in antedicta terra Gristowe a principio fundationis sue ecclesie obtinuerant cum omnis fructus ac utilitatis integritate, ab omni inpugnacionis materia liberas in perpetuum possiderent, Zwerinensi quoque ecclesie ob hoc in salina prope Gripeswalt census sui et iuris ac omnis utilitatis partem mediam redonarent, ut, si quid utilitatis existeret, medietas ad abbatis et conuentus accederet commodum, reliqua uero medietas ad suum sueque ecclesie commodum eternis temporibus pertineret. Nos quia huiusmodi factum uel formam compositionis et concordie in nostri et nostre ecclesie preiudicium fieri reputauimus, inter nos, ex una, et venerabilem in Cristo abbatem et conuentum sepe nominate ecclesie, ex parte altera, questionis est exorta materia, ita etiam, ut ipsos inpetere et eorundem grauamini cogeremur intendere super detentione decimarum, quas nobis in bonis prehabitis iure conpetere dicebamus. Tandem super eo, quod sepe memorati abbas et conuentus prefata bona sua cum totali decima diu quiete magna sano iustoque tytulo possedissent, proborum uirorum monitionibus melius et sufficientur instructi et lucidius expediti, ab omni eorum inpugnatione et inquietatione omnino cessauimus, considerantes eosdem in hiis debere minime perturbari. Verum quia ex officii nostri debito prelibate Hyldensi ecclesie tenemur in futurum misericorditer paterna sollicitudine prouidere, volumus, ut decimas infeodatas et absolutas villarum ac grangiarum, quarum nomina subnotantur, Denschewic videlicet et Wendeschewic, Ladebo, Rosendal, Vogelsanc, Nienkerken, Wackerowe, Stutingehof, Stephaneshagen, Petereshagen, Hennikenhagen, Leznice, Wampen, insulam Cozt, cum omnibus suis attinentiis, agris scilicet cultis et incultis, siluis, pratis, paludibus, pascuis animalium, secundum quod singillatim sub certis terminis constringuntur, cum tam decimarum, quam fundi bonorum sepe positorum proprietatis integritate, cum piscatura, que est inter insulam Cozt et cenobium Hyldam, remota omni, tam modernorum, quam futurorum calumpnia, perpetuo possideat libere et quiete, dantes eisdem abbati et conuentui memorati cenobii ac eorum successoribus plenam potestatem vendendi, permutandi prefata bona sua, si placuerit, ac nichilominus disponendi de eisdem bonis ac decimis prepositis, prout ipsorum placuerit optioni. Preterea ius patronatus ecclesiarum Denschewic et Nienkerken, a fundatoribus sepe habiti cenobii eisdem fratribus collatum, volumus,

ut quiete possideant et easdem ecclesias, prout ipsis uisum fuerit, facultatem perpetuo obtineant plenariam conferendi. In cuius rei perpetuam firmitatem presens priuilegium horum testium testimonio cum sigillorum nostrorum appensionibus roboratur. Testes sunt: nobiles uiri dominus Helmoldus et Nycolaus comites Zwerinenses, dominus Arnoldus abbas et Petrus monachus Noui Campi, Hermannus de Bucowe plebanus de Lubowe, Heynricus plebanus in Tribuses, Gerardus notarius domini episcopi Zwerinensis et canonicus Butsowensis; Hartvicus dictus Metceke, Antonius, Johannes de Dambeke, milites, Heynricus dictus de Zwerin et alii quam plures fide digni. Datum Zwerin, anno domini M°CC°LXXX° quinto, tertio kalendas Julii, concurrente VII°, epacta duodecima, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 52, aus den Original-Ausfertigungen im Stettiner Prov.-Archive. Die Siegel fehlen. — [1] Vgl. Bd II, Nr. 773, wo also nicht mit Clandrian: „Gulzsrowe", sondern mit den Abschriften „Grizstowe" zu lesen sein wird.

1285. Juni 30. Lübek. 1804.

Helmold, Graf von Schwerin, verkauft dem Kloster Reinfeld das Eigenthum des Dorfes Lositz (bei Uelitz).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Helmoldus dei gracia comes Zuerinensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo, qui neminem wlt perire. Justum est et racio suggerit equitatis, quod ea, que piis locis liberaliter conferuntur, rata sint et nullo necessitatis articulo uarientur. Hinc est, quod notum esse volumus uniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos ex animi nostri mera liber[ali]tate, necnon adhibito dilectorum heredum nostrorum assensu, honorabilibus uiris abbati et conuentui sancte Marie in Reyneuelde proprietatem uille Lusiz cum omnibus prouentibus ac redditibus eiusdem in terminis, quibus ipsam possedimus, pro trecentis marcis Lubicensis monete uendidimus iure perpetuo libere possidendam: et quidquid inpeticionibus vel exactionibus iustis vel iniustis in eadem uilla habuimus, ad manus dicti abbatis et conuentus resignauimus integraliter cum pratis, siluis, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, cum omni iuris integritate, concedendo eisdem liberam facultatem, vt de dicta uilla disponant, prout ipsorum conuentui uidebitur expedire. Si uero per lapsum temporis aliquis prelatorum predictum conuentum pro decima dicte uille conuenire decreuerit, super qua nos et heredes nostri ipsis warangiam (!) prestabimus temporibus uite nostre. Volumus eciam, ut omnium progenitorum nostrorum ac nostri in dicta ecclesia iugis memoria habeatur. Testes huius sunt: Richardus et Conradus, canonici Zwerinenses; milites uero: Gerhardus de Exen, Johannes de Dambeke, Bertoldus de Lobeke, Hennike Huno, Ludolfus eo tem-

pore aduocatus, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Vt autem huius nostre libertatis donacio perpetuo stabilis permaneat et illesa et a nostris successoribus nullatenus ledatur, presentes litteras conscribi iussimus et sigilli nostri testimonio fecimus roborari ob memoriam futurorum. Datum Lubeke, anno dominice incarnacionis M° CC° LXXXV°, pridie kalendas Julii, in die commemorationis beati Pauli apostoli.

Nach dem Original (?) im Haupt-Archiv zu Schwerin. An grünen, weissen und braunen seidenen Fäden hängt das in Bd. II, zu Nr. 1201 abgebildete Siegel; Umschrift:

✠ SIGILLVM [HOL]MOLDI . COMITI[S . ZWORI]RENSIS

1285. Juli 2. Ratzeburg. 1805.

Johann, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), bestätigt dem Dom-Capitel in Ratzeburg den halben Zehnten in Buchholz (bei Ratzeburg).

Johannes dei gratia dux Saxonie omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod nos inquisitione prehabita diligenti [i]nuenimus, quod venerabilis dominus episcopus Raceburgensis dimidiam decimam tocius uille Bocholt de iure debet habere; et quoniam eandem dimidiam decimam ad usus camere fratrum seu conuentus in Raceburg audiuimus assignatam, volumus, ut quilibet siue miles seu quiscunque alius, qui per alios aut per se agros in villa predicta colit, camerario conuentus iam dicti expedite persoluat dimidiam decimam antedictam, nec ab ipsius prestatione per nos se quisquam excuset, quasi a nobis eam in feodo teneat, quia nulli unquam hominum sepedictam dimidiam decimam dominum episcopum contingentem in feodo nos dicimus concessisse. Datum Raceburc, anno domini M° CC° LXXXV°, VI° nonas Julii.

Nach dem Original im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz. An dem aus der Charte geschnittenen Streifen sitzt nur noch ein ganz kleines Bruchstück des Siegels, auf dem man zwei Pferdefüsse sieht, und von der Umschrift:

— — — — — IS SAX — — — — —

Gedruckt bei Westphalen II. p. 2208, und bei Schröder, P. M. II, S. 2963. — Vgl. Nr. 1442 und 1799.

1285. Juli 3. Gullberg (bei Göteborg). 1806.

Erich, König von Norwegen, schliesst mit den Abgeordneten der Städte Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald wegen Erledigung der zwischen ihm und diesen Städten, sowie auch Riga und Wisby, obwaltenden Streitigkeiten ein Compromiss.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ericus dei gracia rex Norwegie salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod nos de consilio

sapientum regni nostri cum discretis viris Johanne Monacho et Vromoldo de Quinque Domibus de Lubeke, Hassone de Crucowe de Wismaria, Alberto Spizcenagel de Roztok, Go[z]schalko dicto Vnververde de Stralessunde et Hinrico de Wolegost de Gripeswolde, procuratoribus et nunciis dictarum ciuitatum, in presencia magnifici principis domini Magni dei gracia Sweorum Gotorumque regis illustris super dissensionibus et causis, que inter nos, regnum et subditos nostros, ex vna parte, et dictas ciuitates suborte sunt, ex altera, placitauimus et conuenimus in hunc modum: quod nos in festo beati Michaelis proximo venturo duos viros discretos, quos nomine nostro ac subditorum nostrorum iudices decreu[er]imus eligendos, et duos procuratores ydoneos apud Kalmarniam in Swecia destinabimus; qui iudices vna cum duobus viris discretis, quos queuis ciuitas pro se et suis ciuibus iudices elegerit, in presencia dicti domini Sweorum regis causas et querimonias coram eis in eodem loco mouendas et proponendas ex vtraque parte audire, discutere et iudicialiter decidere possunt, prout iustum fuerit; et quicquid iudices cuiuslibet ciuitatis vna cum nostris concorditer fecerint et diffinierint, illud debet per omnia firmiter obseruari. Si vero discordaverint, ratum et firmum permanere debet absque appellacionis remedio, quicquid idem dominus rex Swecie, tamquam summus iudex super hiis factis, de causis singulis secundum deum et conscienciam suam iuste duxerit iudicandum. Vnde idem rex Swecie iurauit, quod de omnibus inter nos et prefatas ciuitates iuste debeat iudicare, ita eciam quod omnes cause, que mote fuerint in loco et termino supradictis, ab illa die terminari debent infra mensem; cetere vero cause, que ibidem mote non fuerint, proponi debent et terminari per modum suprascriptum in colloquio celebrando inter nos et fratres nostros reges Swecie et Dacie apud Gulbergsheid in octaua natiuitatis Johannis baptiste anni proxime venturi. Quicumque eciam pro aliqua causa condempnatus fuerit per dictum dominum regem Swecie aut iudices memoratos ad penam pecuniariam exsoluendam, satisfacere debet actori a tempore late sentencie infra annum; sentencias autem, quas idem rex Swecie vel iudices dicti concorditer tulerint, gratas et ratas habere debemus et in subditis nostris fideliter exequi toto posse nostro, quando nobis hoc per litteras domini regis Swecie fuerit nunciatum. Promisimus fide media et iurauimus insuper, ac nobiscum dominus dux frater noster in Christo karissimus, si de nobis humanitus quid conti[n]gat, omnia et singula suprascripta et infrascripta absque fraude qualibet firmiter obseruari, et captis de dictis ciuitatibus, qui tempore placitacionis apud Gulbergsheidh nunc habite detinebantur in regno nostro, cum rebus, quas tunc habuerunt, licenciam liberam ad propria redeundi concedere. Promisimus insuper, quod mercatores dictarum ciuitatum ab octo diebus post festum beati Jacobi apostoli primo venturum cum plena securitate possunt venire in Norwegiam et sua ibidem exercere mercimonia, ac ut libertatibus melioribus, quas temporibus illustrium regum patris nostri et domini Haquini aui nostri habuerunt et ostendere possunt per patentes litteras

eorundem regum, dummodo nostrates in predictis ciuitatibus tali gaudeant in omnibus libertate, qualem aliquo tempore habuerunt in dictis ciuitatibus meliorem, et dicte ciuitates inimicis nostris, nos et regnum nostrum ac subditos contra iusticiam impugnantibus vel nobis aut nostris iusticiam denegantibus, non impendant consilium, auxilium vel fauorem publicum vel occultum in nostrum vel nostrorum preiudicium vel grauamen. Si vero aliqui de nostratibus a mercatoribus earundem ciuitatum in aliquo iniuriati fuerint, debemus, prout facti qualitas exegerit, secundum leges patrie conquerentibus facere iusticie complementum, inter regnum nostrum et dictas ciuitates pace perpetua nichilominus in concordia stabili perdurante. Placitatum est eodem modo pro ciuitatibus Rigensi et Wisby in Gotlandia, et pro ratihabicione dictarum ex parte ciuitatum supradicti procuratores Lubicenses iurauerunt et fide media promiserunt. Preterea volumus, quod alie ciuitates, quarum procuratores non interfuerint supradicto colloquio, hac composicione includantur, dummodo iurauerint et consimiles litteras nobis dederint, quod premissa omnia voluerint obseruare. Datum apud Gulbergsheidh, anno domini M°CC°LXXXV°, tercia feria post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno vero regni nostri sexto.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 434, aus dem auf der Trese befindlichen Original, mit daran hangendem Siegel des Königs. — Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 141, und Liljegren, Diplom. Suecan. II, p. 663. — Vgl. Nr. 1807 und 1810.

1285. Juli 3. Gullberg (bei Göteborg). 1807.

Magnus, König von Schweden, übernimmt das Schiedsrichteramt in dem Streit des Königs Erich von Norwegen mit den Städten Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald, Riga und den Deutschen zu Wisby.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus dei gracia Sweorum Gotorumque rex salutem in domino. Protestamur euidencius per presentes, nos assumpsisse nobis super omnibus et singulis articulis et causis, de quibus inter dominum E[ricum] regem Norwegie illustrem regnumque suum et suos subditos quoscunque, ex parte vna, et ciuitates maritimas Lubeke, Wissemere, Roztok, Stralessunt, Gripeswolt, Theotonicos Wisbycenses et Rigam, ex parte altera, discordia vertitur, vt, quod duo ex parte regis Norwegie et duo ex ciuitatibus premissis assumpti iudices concorditer determinare et sopire non poterunt, illud nos sentencialiter diffinire teneamur; iurauimus namque secundum deum et nostram conscienciam in hac parte et in omnibus istis ad nos prelatis iusticiam nos facturos. Acceptauerunt autem spontanee predicte partes diem beati Michaelis proximo venturum ad comparendum coram nobis Kalmarnie ad procedendum in predictis causis

et articulis, quos habuerint proponendos. Quecumque autem ibidem coram nobis proposita fuerint siue mota, illa ibi infra mensem terminare uolumus et debemus. Obligate quidem ad hoc sunt dicte septem ciuitates, ita quod quelibet ciuitas pro se, quod in dicto festo sancti Michaelis iudices et nuncios suos modis prehabitis cum procuratoribus suis in Kalmariam transmittant; et si de aliqua illarum ciuitatum vnus nuncius aut procurator, antequam ad nos veniat, morietur, superstes illius ciuitatis pro se et decedente in omnibus premissis habebit plenariam potestatem. Promiserunt autem Lubicenses pro se et ciuitatibus Riga et Wisby, et cetere quatuor ciuitates pro se specialiter promiserunt pro predictis omnibus et infrascriptis fideliter obseruandis. Si eciam alie ciuitates similis questionis iniurias passe, sub composicionis forma, quam predicte ciuitates acceptauerant, manere volentes, super voluntate sua et dicte composicionis ratihabicione infra festum beati Michaelis instans proximo suas nobis miserint litteras, assumpsimus nobis eodem modo, sicut ciuitatibus aliis, et eis super earum questionibus iusticiam iudicare; si vero impedimento legitimo prep(r)editi infra festum Michaelis non venerint cum ipsis litteris ratihabicionis, et si venerint ad Gulbierchedh in octaua beati Johannis babtiste anni proximo futuri cum sufficienti mandato, ibidem eis iusticiam faciemus. Jlli eciam parti nullum debemus impertiri consilium vel iuuamen, que sentencie vel sentenciis nostris non obtemperauerit, seu alia non fecerit, que in eius apertis litteris super hiis confectis continentur, donec secundum tenorem sentencie vel sentenciarum nostrarum plenarie fuerit satisfactum. Jn premissorum autem testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum ad euidenciam pleniorem. Datum apud Gulbierchedh, anno domini M° CC° LXXXV°, quinto nonas Julii.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 436, aus der auf der Treso befindlichen Urschrift, mit anhangendem Siegel. — Auch bei Sartorius II, S. 143, und Liljegren, Diplom. Suecan. II, p. 665. — Vgl. Nr. 1806 und 1285, Oct. 31.

1285. Juli 6. Rostock. 1808.

Nicolaus und Johann, Fürsten von Werle, verleihen dem Kloster Dobbertin das Eigenthum von 30 Hufen zu Tralow.

Nicolaus vnd Johannes, Hern zu Werle, geben dem Closter Dobertin den eigenthumb von dreissig Hufen im Dorffe Tralow, welche Hinricus Knutt ihnen vorkaufft hat, mit aller Gerechticheit, wie sie Hinricus Knutt (sie) besessen hat. Datum zu Rostock, anno domini 1285., 2. non. Julii, in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Nach Clandrian's Dobb. Reg. Nr. CCCXLIII. — An das Dorf Tralow, dessen Feldmark zu der von Lärz gezogen ist, erinnert noch der „Tralow-See", ein Busen an der Ostseite der Müriz im Norden von Krümmel.

1285. Juli 6. Lübek. 1809.

Helmold, Graf von Schwerin, verkauft dem Kloster Reinfeld das Dorf Lositz (bei Uelitz), mit Eigenthum, Gericht, Freiheit von Diensten und Zehnten, und entschädigt seinen Jäger Johann, der jenes zu Lehn getragen, mit 4 Hufen in Krebsförden und 3½ Hufen in Warsow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Justum est et ratio suggerit, quod ea, que piis locis liberaliter conferuntur, rata sint et nullo necessitatis articulo varientur. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod Johannes venator noster cum fratre suo Heinrico, cum matre et vxore sua villam Losiz in terra Zwerinensi sitam apud Vliz, quam a nobis in feodo possederant, in manus nostras libere resignarunt, quibus et nos in recompensam eorundem bonorum quatuor mansos in Kreuetesforde et tres mansos et dimidium in Warssowe reddidimus et contulimus predicto iure feodali. Predictam itaque villam Losiz vendidimus viris relligiosis domino .. abbati et conuentui monasterii in Reyneuelde cum beniuolo assensu heredum nostrorum et consilio vasallorum nostrorum, cum omni proprietate et iure, cum iudicio maiori et minori, scilicet manus aut capitis, et ceterarum correctione(m) culparum, cum omnibus prouentibus, in agris, siluis, nemoribus exstirpandis, pratis, pascuis, paludibus et aquarum decursibus, pro trecentis marcis Lubicensium denariorum, transferentes in ecclesiam predicti monasterii omne ius, quod in eadem villa habuimus, eiusdem monasterii fratribus concedendo liberam facultatem, ut infra terminos eiusdem ville libere disponant et ordinent, quicquid eis visum fuerit vtilius expedire. Quos terminos auctoritate presentium eis distinguimus et libertamus, ita quod nullus audeat et presumat eos in posterum coartare; sed sicut ab antiquo distincti sunt inter campos patentes ville Goldenstede et rubos, et sicut monticuli facti demonstrant inter terminos ville Razstowe, quam disterminacionem per circuitum nullus incolarum ignorat, ita maneant et perseuerent. Dimittimus eciam eos liberos et absolutos ab omni seruicio et impetitione et exactionibus iustis aut iniustis, pontium aut urbium reparatione, vel quicquid iuris huiusmodi in villa eadem habere videbamur; hoc adicientes presentium testimonio nos obligando, quod velimus et debeamus omnes Slauos et ciues eandem nunc villam inhabitantes eliminare et sine omni spe reuersionis hoc cum eis agere, vt uoluntarie recedendo nichil iuris aut proprietatis se habere in villa eadem publice recognoscant, et si forte, quod absit, quisquam eorum predictam ecclesiam propter hoc molestare voluerit in futurum, nos eis in hoc esse auxilio debeamus. Si uero post lapsum temporis quisquam prelatorum monasterium antedictum pro decima eiusdem ville conuenire et grauare voluerit, nos et heredes

nostri eos a tali impetitione tenebimur excipere et finaliter liberare. Volumus eciam et sic mutuo decreuimus, vt nostri et omnium progenitorum et heredum nostrorum in dicta ecclesia iugis memoria habeatur. Testes huius facti sunt: Richardus et Conradus, canonici Zwerinensis ecclesie; milites vero: Gerardus de Exen, Johannes de Dambeke, Boldwinus de Lobeke, Johannes dictus Huno, Ludolfus eo tempore aduocatus, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Vt autem huius nostre donatio libertatis perpetuo stabilis maneat et illesa et a nostris heredibus et successoribus non ledatur, presentes litteras sigillo nostro munitas ipsis contulimus in testimonium predictorum. Datum Lub[eke], anno ab incarnatione domini M° CC° LXXX° V°, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An grünen, gelben und rothen Fäden hängt das in Bd. II, zu Nr. 1201, abgebildete Siegel. — Pergament, Schrift, Siegel und Siegelband geben keine dringende Veranlassung an der Echtheit der Urkunde zu zweifeln. — Vgl. Nr. 1804.

1285. Juli 9. Kongeelf. 1810.

Erich, König von Norwegen, verspricht, von der Urkunde, durch welche in der Streitigkeit zwischen ihm und den Städten Lübek, Wismar, Rostock, Greifswald, Stralsund, Wisby und Riga auf den König Magnus von Schweden compromittirt worden ist (Nr. 1806), eine Ausfertigung für jede der gedachten Städte zum Termin nach Calmar zu senden.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ericus dei gracia rex Norwegie salutem in domino Jehsu Christo. Protestamur et tenore presencium promittimus, apud Calmarniam in Suecia transmittere litteras nostras ad opus cuiuslibet ciuitatis infrascripte, scilicet Lybek, Wismar, Rozstock, Gripeswold, Stralesund, Wisby in Gotlandia et Rigae, secundum tenorem litterarum, quas eis communiter dedimus confectas aqud Gulbiarghieth super placitatione inter nos et dictas ciuitates ibidem habita, et dictis ciuitatibus easdem assignari facere in festo beati Michaelis proximo venturo, dummodo quelibet ciuitas pro se nobis aut nunciis nostris consimilis tenoris litteras ibidem curauerit assignare. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum apud Kungieldiam, anno domini millesimo CC° LXXX° quinto, septimo idus Julii, anno vero regni nostri sexto.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 437, aus dem Orig., welches zu Lübek auf der Trese aufbewahrt wird. Das ziemlich wohl erhaltene Hauptsiegel stellt den König auf dem Throne dar, das Rücksiegel den Schild mit dem Löwen.

1285. Juli 25. Rostock. 1811.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft der Stadt Tribsees sein Erbrecht an der Fähre bei Tribsees.

Nos Henricus dei gratia dominus de Werle notum esse volumus tenore presentium protestantes, quod nos de bona voluntate et consensu dilectorum filiorum nostrorum Nicolai et Heinrici vendidimus civitati Tribuses hereditatem traductus nostri iuxta Tribusses, qui vulgariter veere nuncupatur, perpetuis temporibus libere possidendam. Adiectum est etiam, quod infra vel supra nullus traductus debet fieri, qui dicto traductui impedimento sit, theloneo nichilominus in eo modo, in quo fuit et est, absque diminutione et augmento firmiter duraturo. Et ut in hac re dubium suboriri non valeat, presentem cartulam memorate civitati Tribuszes ad cautelam tradimus sigilli nostri munitione roboratam. Testes sunt: Nicolaus Hane, Godeco Lüche, Gothardus de Cropelyn, Rodolphus de Hunnywardesdorpo, Henricus de Demine, Heinricus de Wolde, Theodericus de Buren, Bernardus de Listen, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum Rostock, anno incarnationis dominice millesimo CC° LXXXV., in die Jacobi apostoli.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II. S. 53, aus einer vom Original genommenen, beglaubigten Abschrift im Stadt-Archive zu Tribsees. Gedruckt auch bei Westphalen, Mon. ined. IV. p. 948, Schwartz, Hist. fin. principatus Rugiae, p. 224, und Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 116.

1285. Juli 29. 1812.

Konrad, Abt von Doberan, verkauft dem Johann von Wittstock zu Rostock und seiner Gemahlin Lutgard und allen ihren ehelichen Nachkommen das Dorf Kl.-Grenz mit den Zehnten und aller Freiheit, behält jedoch sich und seinen Nachfolgern die Belehnung vor und dem Convent eine Rente zur Feier der Gedächtnisstage des Johann und der Lutgard.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Frater Conradus abbas monasterii de Doberan vniuersis presens scriptum visuris in perpetuum. Memorie hominum, que fragilis est, prouide consulitur, dum res gesta scriptis autenticis commendatur, vt mortalium deficiente memoria scriptura testimonium perhibeat veritati. Ad noticiam igitur tam presencium, quam futurorum litteris presentibus volumus peruenire, quod honesti et dilecti nobis Johannes de Wizstoc et vxor sua domina Luthgardis, manentes in Rozstoc, pro septingentis et quadraginta quinque marcis denariorum vsualis monete villam nostram, que Paruum Grenz dicitur, ab ecclesia nostra comparauerunt sibi ac omnibus liberis suis, quos iam simul genuerunt et adhuc pariter generabunt, filiis et filiabus, et quibuslibet filiorum et filiarum per-

petuis atque iustis heredibus, quibus singulis a progenie in progenies, a generacione in generacionem eandem villam cum omnibus attinenciis suis in mansis et bonis, tam liberis, quam censualibus, sicut nunc sunt, semper fixis manentibus, ita vt deinceps a nemine mensurentur, cum decimis maioribus et minutis, in siluis, pratis, pascuis, campis cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, in viis et semitis communibus et priuatis, et cum omnibus vtilitatum proventibus, qui nunc sunt vel adhuc fieri possunt in eadem villa, abbas, qui pro tempore in Doberan fuerit, in feodo porriget. Pro quo tamen feodo infeodati neque Doberanensi ecclesie, neque vlli homini ad aliquod seruicium ex debito tenebuntur. Homines eciam, tam liberi, quam censuales, in eadem villa commorantes gaudebunt iure et libertatibus, quibus coloni manentes intra Doberanensem abbaciam fruuntur; nec aduocatum quemquam vel iudicem habebunt super se nisi eundem Johannem de Wizstoc, vel cui ipse temporibus vite sue et perpetui heredes sui post ipsum vicem pro se et per se commiserint iudicandi. Jnsuper quilibet abbas Doberanensis ipsi ville preesse et in omni necessitate cooperari et prodesse tenebitur consilio et auxilio, quantum potest. Preterea iam prefati Johannes dictus de Wizstoc et vxor sua domina Luthgardis, cupientes seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato benedictionis fructu recolligere possint in celis, vt eorum memoria in benedictione iugiter in nostra perseueret ecclesia, duodecim marcas denariorum vsualis monete in eadem villa nostro conventui assignauerunt, quarum sex ex hoc nunc perpetuo annuatim, sex alias ambobus defunctis singulis annis de ipsa villa in perpetuum accipiemus; quibus marcis quolibet anno debent in nostro conventu duo seruicia comparari, tali nimirum condicione accedente, vt, si forte processu temporis ecclesia Doberanensis emat ipsam villam, tunc de illis septingentis quadraginta quinque marcis, pro quibus ipsam villam vendidimus, retinebimus nobis centum et viginti marcas, cum quibus ad duo annua et perpetua nostro conventui seruicia debent duodecim marcarum redditus comparari. Si autem alii quicumque ipsam villam emerint, Doberanensis ecclesia retinebit inibi duodecim marcarum redditus annuales, vel recipiet pro eis centum et viginti marcas ad duorum annuorum et perpetuorum seruiciorum redditus nostro conventui comparandos. Et sic abbas Doberanensis emptoribus eandem villam in feodo porriget liberam, sicut eam vendidimus Johanni de Wizstoc et cuilibet eius legitimo atque iusto perpetuo successori. Ceterum sepenominati Johannes de Wizstoc et vxor sua domina Luthgardis in talem condicionem vnanimiter mutuo consenserunt, vt vno eorum premortuo superstes, si in viduitate permanserit, solus totam villam possideat, si autem matrimonium contrahit, in ipsa villa partem vnius pueri tantum habeat, quam partem pueris, si quos postea generauerit, hereditare penitus non valebit. Hiis additur, vt, si aliquam partem domina Gertrudis, eiusdem Johannis de Wizstoc filia, quam genuit de vxore alia, sed legitima, patre defuncto in ipsa villa iure dictante optinere potest, hec pars ad pueros eiusdem

Gertrudis hereditario iure nullatenus deuoluatur. Vt igitur hec nostra racionabilis vendicio cum omnibus interpositis condicionibus robur perpetuitatis optineant, presentes litteras inde confectas ipsis sigilli nostri appensione tradidimus consignatas. Testes huius actionis nostre sunt: dominus Georgius quondam abbas domus nostre, Conradus prior, Wolphardus cellararius, Henricus de Minda, Ludolphus de Lere, Ludolphus de Halberstat, hii monachi in Doberan; item testes sunt honorabiles viri: Henricus Sapiens, Henricus Friso, Reynerus filius Reimberti, Elerus Pannicida, Marquardus dictus de Ribeniz, Johannes de Lemhus, Tidericus Koggemester, Tidericus dictus de Lawe, hii consules de Rozstoc cum pluribus aliis viris fide firmis ac fide dignis huius ordinacionis et actionis nostre conscii extiterunt. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° V°, indictione XIII^a^, concurrente VII°, epacta XII^a^, quarto kalendas Augusti. Datum per manum fratris Johannis dicti de Hildensem, monachi in Doberan.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An gelben und rothen seidenen Fäden hängt das parabolische Siegel des Abtes zu Doberan von grünem Wachs. Es zeigt den Abt stehend, mit dem Stabe in der Rechten, in der Linken, die gegen die Brust gelehnt ist, ein Buch; zu beiden Seiten steht ein Stern. Die Umschrift lautet:

[✠] SIGILLVM . ABBATIS . IN . DOBRAN[AN]

— Vgl. Nr. 1790.

(1285.) Wismar. 1813.

Aufzeichnung über den Kauf zweier Häuser zu Wismar, welche Radolf von Krukow der Marienkirche daselbst geschenkt hat.

Hermannus Lasche emit de Bernardo de Plote duas domus sitas erga hereditatem consulum, in qua scriptor eorum et famulus ciuitatis morantur, quas idem Bernardus resignauit Hermanno coram consulibus, et Radolfus de Crucoywe dedit domus domine nostre sancte Marie.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 122.

1285. Aug. 24. Neddemin. 1814.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verleihet dem Kloster Dobbertin das Eigenthum des Dorfes Wale frei von allen Lasten.

In nomine domini. Amen. Nos Albertus dei gracia Brandeburgensis marchio omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne cedant tempori, litterarum solent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur et presentibus publice protestamur, quod nos ecclesie sanctimonialium in Dobertin proprietatem

ville Wale, que fuerat olim Vickonis Brusehauer, cum omnibus suis terminis, quemadmodum villa eadem nunc locata consistit, atque distinccionibus, scilicet agris cultis et incultis, lignis, siluis et nemoribus, pratis et paschuis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, pleno iure, aduocacia et omni prorsus vtilitate, que in ipsa nunc est aut in posterum nominari poterit aut haberi, donauimus et tradidimus in perpetuum libere possidendam. Excepimus autem seu exemimus predictam villam ab omni exactione seu peticione, angaria, parangaria, constructione vrbium seu poncium aut municionum, et generaliter ab omni vexacione et molestia, quibus sanctimoniales predicte et earum homines in pretacta villa a nobis uel a nostris heredibus potueri[n]t in perpetuum grauari uel aliqualiter impediri. Hanc quidem villam cum omni illo, quod wlgariter recht uel vnrecht dicitur, ac omnibus pertinenciis sibi adherentibus de consuetudine, gracia, uel de iure, sanctimonialibus pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum tradidimus antedictis ac ipsarum ordini perpetuo obtinendam pacifice et quiete. Jn premissorum vero omnium perpetuam firmitatem, ne hec nostra donacio a nostris successoribus uel a quibuslibet aliis in posterum valeat irritari, presens instrumentum nostro sigillo prouide tradidimus communitum. Testes vero sunt huius rei: Ludolfus de Plote, Hinricus Misnere, Fredericus et Chotemer Dargaz, Hinricus et Fredericus Soneke, Hinricus et Johannes de Lankowe, et quam plures alii fide digni. Datum in villa Nedemin, anno domini M° CC° LXXX° V., nono kalendas Septembris.

Nach einem Transsumpt vom Jahre 1323, das sich im Dobbertiner Kloster-Archiv befindet. — Wale lag bei Dimitz.

1285. Sept. 26. Schaffhausen. 1815.

Rudolf, römischer König, ertheilt dem Herzoge Albrecht von Sachsen-Wittenberg Vollmacht, den Bischof [Konrad] von Ratzeburg zu investiren.

Rvdolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus vniuersis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Quia libenter principum nostrorum votis annuimus et incommodis precauemus, illustri Alberto duci Saxonie, principi et genero nostro karissimo, auctoritatem concedimus et in eum plenariam transfundimus potestatem, quod ipse, recepto a venerabili Razeburgensi episcopo, nostro et imperii principe dilecto, fidelitatis sacramento, ipsum episcopum de regalibus feodis, que a nostris recipere tenetur manibus, vice et nomine nostro possit et debeat sollempniter inuestire. Jn cuius testimonium presentes litteras conscribi fecimus et sigilli nostri munimine mandauimus roborari. Datum in Schafhusa, VI. kalendas Octobris, indictione XIII^{a}, anno domini M° CC° LXXX° quinto, regni vero nostri anno duodecimo.

Nach dem Original im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz. Das Siegel ist bis auf ein kleines Bruchstück vom Pergamentbande abgefallen. — Gedruckt: Boehmer, Observ. jur. feud., p. 244; Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 122. — Ueber die Ausführung dieses Befehls vgl. Masch, Gesch. d. Bisth. Ratzeburg, S. 186.

1285. Ratzeburg. 1816.

Vogt und Rath von Ratzeburg bezeugen die Auszahlung der Entschädigungen an die von dem Dom-Capitel zu Ratzeburg gelegten Bauern in Römnitz.

Omnibus presens scriptum visuris aduocatus, consules ciuitatis in Raceburch seruicium et salutem. Quod scimus, hoc loquimur, et quod loquimur, protestamur, videlicet quod, cum villani uille in Rodemuszle agros ipsius ville multo tempore, in quibus hereditatem non habebant, de permissione et gracia Raceburgensis ecclesie coluissent, et ecclesia dictos agros suis sumptibus et laboribus colere noluisset, dictis villanis per annum integrum et quatuordecim ebdom[a]das prenunciari fecit, ut per spacium predicti temporis donec Michaelis, quod sequeretur, sic terras illas colerent sicque seminarent, quod extunc ab eis cederent et nichil sibi iuris in eis postmodum vendicarent. Qui hec se facturos et opere completuros nichilque questionis aut querele aduersus ecclesiam se habere uel pro huius[modi] caus[a][1] se moturos, fideliter sunt protes[ta]ti, dummodo edificia eorum et ortorum suorum labores secundum estimacionem bonorum ecclesia eis refu[n]deret in pecunia numerata. Electi sunt itaque estimatores pro parte ecclesie: Bertoldus aduocatus, Fredericus magerus ecclesie in Rodemuszle, Thimmo de Vtegthe, ex parte villanorum: Conradus de Bocholt, Jacobus dictus Nuda Hasta, Bernardus de Poghete[2], qui sex potestate ab utraque parte recepta predictorum edificia, ortorum labores prouida consideracione et deliberacione prehabita ita estimauerunt: Meynardi pro duabus marcis, Alberti piscatoris pro XXIIII^{or} solidis, Conradi villici pro XVI marcis, Frederici pro III marcis et IIII^{or} solidis, Hermanni pro V marcis, Nicolai pro III marcis, Rolandi Uarii pro XII solidis, filiorum Hildegundis pro VII marcis, Rikece vidue pro duobus talentis, Ricardi pro duabus marcis, Johannis filii Conradi pro duabus marcis et IIII^{or} solidis, Johannis fratris Rolandi pro XX solidis, sororis Olyue pro IIII^{or} marcis, Lutberti pro V marcis, Stedingi pro V marcis. Posthec coram nobis iam dictus Olyua cum sorore sua protestati sunt, quod quatuor eorum marcas receperunt, nichil sibi questionis uel querimonie ultra contra ecclesiam reseruantes. Posthec Nicolaus, Bertoldus, Johannes, Henricus, Eckehardus, filii Conradi villici, coram nobis professi sunt, quod XVI marcas receperunt ab ecclesia, pro quibus Nicolaus de Salim promisit; item Hermannus dictus Blancke dixit se V marcas recepisse, pro quo idem Nicolaus promisit; item Rodolfus XII solidos recepit, promisit pro

eo Bertoldus craterarius; Fredericus recepit IV^{or} solidos et tres marcas; Nicolaus dictus Nyebur recepit III marcas, Gerardus de Giselbertestorp[3], homo domini Th. de Parkentin, promisit. Johannes filius Conradi villici recepit duas marcas et IV^{or} solidos, Hildegundis vidua et eius filii, videlicet Johannes, Wernerus cum Soffia et Hildegundi sororibus eorundem, receperunt septem marchas; Johannes dictus Bonde Rolant XX^{a} (!) solidos, Ricsit vidua pro se et Johanne filio eius dicto[4] Comite et sua sorore recepit III marcas, Albertus piscator dictus Fubeterne XXIIII^{or} solidos, Lubbe[5] V marcas, Stedinc V marcas, Melleke vxor Meineke[n][6] duas marcas. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXV°, diuersis eiusdem anni temporibus, quibus quilibet predictorum, dum suam pecuniam receperat, hoc coram nobis dilucide recognouit.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche. Eine zweite Abschrift findet sich im Copiar III. Diese gibt [1] auch, wie Cop. I, huius cāuse — [2] Pogetke (doch ist wohl Pogetce zu verbessern) — [3] Giselbrestorp — [4] eius domino — [5] Lubeke — [6] Meineker (I: Meineket). — Gedruckt bei Westphalen II, S. 2206, und bei Schröder, P. M. II, S. 2961.

1285. Oct. 18. Güstrow. 1817.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft unter Zustimmung seiner Brüder Johann und Günther und seines Oheims Heinrich dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow das Dorf Goldenitz (bei Schwan) mit dem Eigenthume, zur Stiftung einer vierten Vicarei in der Domkirche.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Quoniam omnium habere memoriam pocius diuinitatis est, quam humanitatis, ea que geruntur in tempore, ne simul euanescant cum tempore, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nosce uolumus[1] tam posteros, quam presentes, quod ad honorem dei omnipotentis et beate genitricis eius Marie sanctique Johannis ewangeliste necnon et beate Cecilie, de promocione et empcione Godefridi prepositi Gustrowensis, dilectorum fratrum nostrorum Johannis videlicet et Gunteri consensu unanimi accedente, pro octingentis et viginti marcis uillam Goldeniz uendidimus sub suis terminis, quos a plantacione possedit primaria, sine ulla dimencione funiculi, necnon eiusdem uille proprietatem, sicut nos habuimus, perpetuo ac libere possidendam, in pratis, pascuis, siluis, agris cultis et incultis, perceptis et percipiendis, uiis et inuiis, aquis aquarumque decursibus et (ab)[2] omnibus usuagiis, prout memorate ecclesie uidebitur expedire. De medietate uero uille reddituum prelibate decreuit dominus[3] Godefridus prepositus sub nostro testimonio quartam facere uicariam, equalem in porcione tribus uicariis ante factis,

ita ut equalante, quod residuum fuerit, communiter quatuor uicarii sacerdotes ad seruiendum deo iugiter deputati in supplementum suarum prebendarum fidelius parciantur. Uolumus eciam, ut homines predicte uille a uectigalibus, ab exactione, peticione, urbium et poncium structione et ab omni prorsus seruicio sint exempti, preter seruicium, quod lantwere wlgariter nuncupatur. De iudiciis uero[4] minoribus, sicut ceteri nostri uasalli habent, habebit ecclesia supradicta, de capitali nempe sentencia et manuali medietatem recipiet[5], medietate nobis alia reseruata. Preterea nos nostrique hereditarii successores obligauimus, uillam iam sepius nominatam in libertate decime, sicut uendidimus[6], conseruare et ab omni[7] inpulsacione penitus sequestrare[8], si forsan a domino episcopo Zuerinensi seu ab alio quoquam[9] questio aliqua de danda decima fuerit uentilata[10]. Ne igitur super hac uendicione per nos rite facta nostris successoribus dubium oriatur, sigillorum dilecti patrui nostri uidelicet domini Hinrici de Werle et nostri[11] munimine decreuimus roborare. Testes sunt milites: Nycolaus Gallus, Johannes et Bernardus fratres de Belyn, Johannes Coz, Sifridus de Kercdorpe, Hinricus Gammo, Adam Spottegeyle; famuli: Conradus de Lawis, Johannes Stint aduocatus, Johannes Crul, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° V°. Datum Gustrowe, XIIII. kalendas Nouembris, in die Luce euangeliste.

Nach dem Diplomatar des Dom-Collegiatstifts zu Güstrow, fol. 19ᵇ, Nr. XXIII. Auf fol. 18ᵇ (Nr. XXII) steht eine zweite Ausfertigung mit folgenden nennenswerthen Abweichungen: [1] uol. uniuersos — [2] ab: fehlt — [3] decr. dictus — [4] uero: fehlt — [5] hab. eciam eccl. suprad., de capitali uero et manuali sentencia medietatem recipiet ecclesia — [6] habuimus et uendidimus — [7] omni prorsus — [8] defensare — [9] aliquo — [10] uentilata. Super eo namque cautum est, ecclesie Zuerinensi restauro dato de decima Gholdeniz in duabus uillis, Uerbeke uidelicet et Lucowe. — [11] oriatur, sigilli nostri. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I. S. 117; ein Fragment bei Schröder, P. M., S. 786.

1285. Oct. 21. Warin. 1818.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft dem Schweriner Bürger Johann Crivitz 4 Hufen in Medwege zu Lehn.

Hermannus, Bischoff zu Schwerin, verkaufft Johanni Criwitz, burgern zu Zueryn, vier hufen in Medwede vor 155 Mk. lub. mit aller nutzung, aussgenommen das hohiste Gerichte; vnd seind ihm vnd seinen erben diese hufen zu lehne eingethan, dauon sie zur zeit des Krieges mit 1 pferde dienen sollen. Datum Warin, anno domini 1285., in die undecim milium Virginum.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 14ᵇ.

1285. Oct. 29. Im Lager vor Gommern. 1819.

Pribislav, Herr von Belgard, begibt sich in den Dienst der Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg.

Nos Pribeko dei gratia d[omin]us[1] de Belgarten recognoscimus coram vniuersis presentibus publice protestantes, quod cum illustribus principibus dominis Ottone ac C. marchionibus Brandenburgensibus placitauimus sub hac forma, quod iidem nos in suam receperunt familiam et ad vnum seruitium. Nos quoque fideliter ac stabiliter in ipsorum manebimus seruitio, et e conuerso ipsi nos promouere tenentur in omnibus nostris agendis negotiis et rationabiliter pertractabunt. Jstam igitur obligationem presentibus inseri iussimus et sigilli nostri appensione in euidens testimonium decreuimus communiri. Actum et datum in castris ante castrum Gummere, anno domini M° CC° LXXXV., secunda feria post festum Symonis et Jude apostolorum.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. I, S. 185, aus dem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs in Berlin, (doch geben wir [1] dominus st. dictus, vgl. 1287, Juni 24, 1289, Jan. 27 und April 30, 1290, Dec. 25). — Auch gedruckt bei Gercken, Cod. dipl. Brand. I, S. 250, und in Jahrb. XI, S. 263.

Anm. In der Urkunde des Herzogs Barnim von Pommern d. d. Damm, 1273, Juli 6 [Lisch, Behr. Urk. I, S. 118], in welcher dieser von dem Bischofe und dem Dom-Capitel zu Camin die Zehnten der Länder Camin und Colberg gegen eine Entschädigung zu Lehn nimmt [„exceptis — decimis torre Dobere, quas episcopus et capitulum sibi ex integro reseruarunt," vgl. Bd. II, Nr. 797 und 1406], begegnen uns in der Zeugenreihe (nach den Rittern): „item **nobiles viri** Otto comes de Euerstein et **Prybico de Wollin**", und in einer zweiten Urkunde, d. d. Camin, 1276 [Lisch, Behr. Urk. I, S. 131], in welcher derselbe Herzog Barnim mit seinem Sohne Bogislav dem Stifte Camin Stadt und Land Colberg verkauft, folgen in der Zeugenreihe auf die Ritter wiederum: „preterea **nobiles viri** Otto comes de Euersteyn, **Pribico domicellus de Wolin.**" Da nun Pribislav [I.] von Parchim-Richenberg zuletzt als Herr von Wollin erscheint [Bd. II, Nr. 1180], so ist es nicht zweifelhaft, dass der in den angeführten beiden Urkunden genannte junge Fürst Pribico (= Pribislav) sein Sohn und Nachfolger in Wollin war. Nach dem J. 1276 wird aber, so viel bekannt, ein Herr Pribislav [II.] von Wollin nicht weiter erwähnt. Von Pribislav I. berichtet Kirchberg, Cap. 129 [Westphalen, Mon. IV, p. 771]:

Syn wip geborin waz von geslechte,
von Polenen waz sy hoch irkorin.
Von ir so wart eyn son geborin,
den waz ouch Pribisla genant. —
Waz erbes mochte der besitzin?
Von Pomeren herezoge Mestuwyn
der gab ym dy tochtir syn.
Vor synen brutschatz im da wart
eyn veste, dy hiez Belegart.

Nun befindet sich im Gefolge des Herzogs Bogislav am 15. April 1280 zu Ukermünde [nach einem Zollprivileg für Greifenberg, Balt. Stud. V, 2, S. 171] „**der Edle Pribislaus von Belgard**", und mit gleichem Titel kommt dieser Pribislav am 27. Aug. 1282 in einer Vergleichsurkunde der Stadt und des Dom-Capitels zu Colberg vor [Jahrb. XI, S. 85]. Die erste bekannte Urkunde dieses Herrn Pribislav von Belgard, der also nach Kirchberg Pribislavs I. Sohn war, ist die obige vom J. 1285, andere folgen unter dem 24. Juni 1287 und dem 27. Jan. und 30. April 1289. In der dritten nennt er selbst seine Gemahlin Katharina, und Herzog Bogislav nennt ihn [s. u. 1291, Aug. 20] den Schwiegersohn des Herzogs Mestwin von Pommern. Aber dennoch ist Kirchberg's Bericht nicht genau. Denn der Herr Pribislav von Belgard gedenkt in der Urkunde vom 27. Jan. 1289 seines verstorbenen Bruders Pribislav. Daraus ergibt sich also, dass Pribislav I. zwei Söhne seines Namens hatte. Und aus der nahen Verbindung mit den Herren von Frisack, in welcher dieser Pribislav von Belgard 1287, am 24. Juni, auftritt, darf man schliessen, dass er nicht der Sohn einer polnischen Gemahlin Pribislavs I. war, sondern der Sohn der

Tochter Richards von Frisack [s. Bd. II, Nr. 927]. Man darf nun weiter mit Beyer [Jahrb. XI, S. 52, 81 f.] wohl annehmen, dass Pribislav I. von einer früheren Gemahlin, einer pommerschen Fürstin, die ihm die Herrschaft Wollin zubrachte (vielleicht einer Tochter Herzog Barnims), einen Sohn Pribislav [II.] hinterliess, der in die Herrschaft Wollin eintrat, diese aber natürlich auf seinen Stiefbruder Pribislav [III.] von Belgard nicht vererbte. Als Pribislav III. sich vermählte, war sein Schwiegervater noch im Besitze des Landes Belgard a. d. Persante, dieses wurde aber im J. 1269 [Bd. II, Nr. 1160] vom Herzog Mestwin den Markgrafen von Brandenburg verschrieben und dem Pribislav III. dafür eine Geldentschädigung zuerkannt. Doch muss der Letztere unter den andauernden Kämpfen, welche sich bald in Hinter- und Vorpommern erhoben, in den Besitz desselben gelangt sein. Denn dass dieses Belgard a. d. Persante (nicht Belgard ob der Leba) dasjenige war, welches er „für den Brautschatz" seiner Gemahlin erwarb, wie sich Kirchberg ausdrückt, wird dadurch wahrscheinlich, dass er bei einer Schenkung aus demselben [s. 1289, Jan. 27] den Consens seiner Gemahlin hervorhebt. (Anders, aber für uns nicht überzeugend, Quandt in den Balt. Stud. XVI, 1, S. 110, Anm., und 2, S. 66, 67.)

1285. Rostock. 1820.

Der Rostocker Rath ersucht den Lübeker Rath im Namen aller zu Rostock versammelten Städte, dem Fürsten Wizlav von Rügen einen Waffenstillstand zu erwirken, damit er sich nach Calmar zu den Friedensverhandlungen begeben könne.

Viris providis et honestis consulibus in Lubec consules ciuitatis Rozstoc servicii et honoris plenitudinem cum affectu. Vestram discretionem rogamus studio quo possimus pleniori, quatenus magnifico principi Ruyanorum inducias procuretis, ut ad nostra placita in Kalmariam pro omnium civitatum vtilitate et profectu valeat se transferre, quia speramus eum nostrum negocium dirigendo promovere, de illatis recompensam capiendo debitam et condignam. Hec littera ex parte omnium civitatum Rozstoc congregatarum vobis est directa, licet salutatio sub nomine nostro vobis sit signata.

Rückseite: Consulibus in Lubec.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 439, aus der auf der Lübeker Trese befindlichen Urschrift. — Gedruckt bei Sartorius II, S. 144; Liljegren, Diplom. Suecanum II, p. 668; Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 54, Nr. CLXXIV. — „Eine alte Abschrift enthält die Jahreszahl 1285." Fabricius. — Vgl. Nr. 1802, 1806, 1807 und 1821.

1285. Oct. 31. Calmar. 1821.

Magnus, König von Schweden, fället eine schiedsrichterliche Entscheidung in dem Streite des Königs Erich von Norwegen mit den Städten Lübek, Rostock, Wismar, Stralsund, Greifswald und Riga, sowie den Deutschen in Wisby.

Omnibus presentes litteras inspecturis Magnus dei gracia Sweuorum Gothorumque rex salutem in domino sempiternam. Exorta iam dudum discordia inter

illustrem principem dominum E. regem Norwegie regnumque suum et subditos, ex parte vna, et ciuitates Lubek, Rostok, Wismarh, Stralesund, Gripswoldh, Rigam et Theothonicos in Wisby et dictarum ciuitatum incolas, ex parte altera, ex qua personarum pericula, rerum dispendia non sine animarum discrimine prouenerunt: tandem anno domini M° CC° LXXX° V°, circa festum beati Johannis baptiste, cum predictus dominus rex et nos, necnon et nuncii dictarum ciuitatum conuenissemus apud Gulbyaerxhedh de pacis federe tractaturi, et cum multis ac uariis tractatibus habitis dictus dominus rex et dictarum ciuitatum nuncii concordare non possent, placuit eis nos in predicta causa constituere iudicem sub hac forma, videlicet vt, quod duo ex parte regis Norwegie, et duo ex parte dictarum ciuitatum assumpti iudices in festo beati Michaelis extunc proximo subsequente coram nobis Kalmarnie terminarent, deberet a partibus inuiolabiliter obseruari; quod vero concorditer terminare non possent, hoc nos infra mensem computandum a memorato festo beati Michaelis secundum deum et nostram consciencium sentencialiter decidere curaremus, sentencia nostra modo simili firmiter a partibus obseruanda. Verum cum predicti iudices et predictarum parcium procuratores ad Kalmarniam circa memoratum tempus conuenissent, et propositis hinc inde grauibus, arduis ac multiplicibus questionum articulis, cum in hiis iudices concordare non possent, procuratores parcium hoc perpendentes, necnon et quod ad decisionem huiusmodi tempus assignatum artum esset nimium, et habentes ad hoc speciale et sufficiens mandatum, in nos Magnum, nobis factis instanciis, compromiserunt taliter, vt, quicquid super premissis omnibus et singulis discordiis infra mensem continuum a festo beati Luce proxime preterito sumentem inicium arbitrandum duxerimus, manere debe[re]t[1] inconcussum sub pena viginti milium marcarum puri argenti in pondere Coloniensi, pro medietate nobis et pro medietate parti lese a parte, que vel arbitrium nostrum non susceperit vel susceptum violauerit, soluendorum, prout in litteris super hoc confectis, qu[a]s[2] nobis dederunt procuratores dictarum parcium, plenius continetur. Nos igitur aduertentes, huiusmodi discordia non sopita immania, multimoda et varia pericula multipliciter imminere, p[er][3] que eisdem commodum temporalis pacis et eterne tolli posse non immerito timendum esset, ac eorum precibus inclinati, zelo pacis tacti et compassionis studio moti, ne tenuis et exilis cintilla in rapidam et ampliorem excresceret flammam, in nos predictum compromissum duximus assumendum. Discussionibus igitur pluribus habitis ac communicato multorum discretorum consilio, qualiter sopitis materiis quarumlibet questionum possemus secure magis et congrue inter premissas partes concordie formare sentenciam, in hunc modum sentencialiter duximus arbitrandum, quod sine omni falsitate et fraude inter premissas partes pax perpetua et stabilis in omnibus amicicia conseruetur. Quia uero et hoc habet solidare pacis federa, quod passus iniuriam satisfactionem se gaudeat habuisse, nec tuta uidetur pacis reformacio, nisi satisfactio subsequatur et detergat iniuriam, decernimus, quod bona omnia, que

de taxatis mercibus mercatorum dictarum ciuitatum adhuc remanent in Norwegia, in Berghis restituantur, cum per eos, qui eadem ibi reliquerunt, vel heredes eorum fuerint requisita, ita quod ultimus restitucionis terminus, dummodo requisita fuerint[4], sicut diximus, sit in festo beati Johannis baptiste proximo nunc instante. Et ut dampnis omnibus, discordiis, questionibus et quibuscunque questionum materiis, que a retroactis temporibus vsque in presens inter premissas partes mote fuerant vel moueri possent, sedatis totaliter et sopitis, in perpetuum de cetero firmum et indissolubile pacis et securitatis vinculum inter eas conseruetur, Normanni exhibeant et soluant in Tunsberghis procuratoribus dictarum ciuitatum sex milia marcharum Norici argenti, ita quod tres huiusmodi argenti valeant vnam marcham puri, infra annum a festo beati Johannis baptiste instante proximo computandum eroganda et inter dampnificatos diuidenda. Verum quia incole ciuitatis Stralesund fecerunt qu[e]dam[5] in derogacionem fame illustris domini E. iam regis Norwegie, et incole ciuitatis Rostok detinuerunt homines ipsius regis apud se captiuatos, vltra hoc, quod placitatum fuit in colloquio Gulbyoerxhedh et a partibus compromissum, mittant sex discretos ciuitatum, ita quod ciuitas Stralaesund quatuor et Rozstok duos, ad dominum regem Norwegie infra annum a festo beati Johannis baptiste instante proximo computandum, qui sex nomine suo et dictarum duarum ciuitatum presentantes litteras principum et nobilium intercessorias ad ipsum dominum regem, pro ciuitatibus cum omni humiliatione veniam petant ab ipso domino rege pro contemptu in hoc sibi facto, quod lesisse videntur reuerenciam et honorem regium[6] in premissis. Item decernimus, quod persone, naues et bona omnia, que apud dictum colloquium Gulbyaerxhehd ad restituendum expromissa fuerunt et adhuc restituta non sunt, ex vtraque parte restituantur statim, cum requisita fuerint, et ad ultimum infra festum beati Johannis baptiste proximo iam futurum. Item[7] ex consensu procuratorum vtriusque partis arbitrati sumus, quod incole dictarum septem ciuitatum ad Norwegiam, et Normanni ad ipsas ciuitates vendendi et emendi gracia venientes possint emere res quascumque venales sicut[8] incole loci, ad quem venerint, non solum a burgensibus et ciuitatensibus, sed ab hospitibus eciam et rusticis, et ea que emerint, libere deferendi licenciam habeant, nisi generalis facta fuerit prohibicio eciam loci illius incolis de aliquibus non deferendis: non obstante prohibicione aliqua, quin incole dictarum ciuitatum in Norwegia, et Norici in dictis ciuitatibus in qualibet hora diei possint emere res quascumque uenales ipsis congruas sicut loci[9] incole, a[10] mane scilicet vsque sero. Ceterum quia ex modicis verbis aliquando nascitur contencio, ex contencione discordia, et ex discordia pericula proueniunt, ad precludendum, ne per hec vel similia pacis bonum valeat perturbari, ex consensu procuratorum parcium premissarum arbitrandum duximus, quod, siue incole dictarum ciuitatum Noricis, siue Norici ipsis incolis ciuitatum contemptibiliter aliquid vel derisorie fecerint vel locuti fuerint, super eis, qui hoc fecerint, corriga(n)tur, uelud si huiusmodi derisio facta

esset[11] alicui loci illius incole vel burgensi; et si hoc prius correctum non fuerit, hoc debet corrigi infra vn[u]m[12] mensem, postquam rex Norwegie dictis ciuitatibus, uel ciuitates regi Norwegie super hoc suas litteras miserint, quod talis derisio fu[er]it[13] facta. Ad maiorem eciam inter premissas partes faciendam pacis et amicicie firmitatem sentenciandum duximus, quod omnia priuilegia a domino E. iam rege Norwegie et suis antecessoribus indulta Theothonicis dictarum ciuitatum incolis robur habeant perpetue firmitatis; et ad solidius pacis uinculum ex consensu memoratorum procuratorum regis Norwegie vltra hoc, quod prius habuerant ipsi dictarum ciuitatum incole ex priuilegiis aliquorum regum actenus in Norwegia, adicere curauimus, quod et libere fruantur articulis infrascriptis: videlicet quod possent mensurare oleum halyus[14] dictum, vbi emunt ipsum, ad locum quemcunque voluerint libere deducendum; item quod fruantur legibus vt incole regni, quin[15] citantur a baliuis vel ab aliis quibuscumque; item quod mercatores dictarum septem ciuitatum uenientes ad portum alicuius ciuitatis in Norwegia possint ad pontem applicare sine balliui licencia, vt tamen pro mercibus de naue transferendis licencia requiratur. Ne autem, quod firmum teneri debet, causa leuis concuciat, arbitrandum duximus, vt, si que singulares persone ex parte alterutra singularibus personis partis alterius lesiones vel iniurias intulerint alias, excessus huiusmodi debent secundum leges vel approbatam loci consuetudinem, vbi lesio fact[a] fuit, corrigi, pace nichilominus perdurante. Si vero aliquis collecta sociorum et sequacium multitudine ex parte alterutra in partem alteram spolia, latrocinia vel rapinas excercere presumpserit, non debet a parte reliqua consilium, refugium vel auxilium optinere, et pars, que huiusmodi maliciosis et predonibus refugium vel iuuamen prestiterit, penam incurret inferius annotatam, pace tamen duratura. Jtem si[16] rex Dacie, conquerens dominum regem Norwegie fecisse sibi iniuriam, secum contra eum auxilium dictarum inuocauerit ciuitatum, ciuitates debent regi Norwegie, quod faciat regi Dacie iusticiam, suas litteras destinare. Quibus receptis, si rex Norwegie rescripserit, se hoc uelle et quod ad hoc offerat se paratum ad acceptandum eciam diem, quo ipse et rex Dacie ad conferendum super eis, que inter eos verterentur, possent insimul conuenire: quamdiu dominus rex Norwegie exhibuerit se ad iusticiam ipsi regi Dacie, cum effectu memorate ciuitates non astabunt regi Dacie, nec aliquid contra regem Norwegie facient pupplice vel occulte. Postquam autem conuenerint ipsi reges, quilibet per se assumat vnum discretum et tercium ambo simul, quorum trium vel duorum ex ipsis stabitur arbitrio, quis dictorum regum causam habeat magis iustam. Et si arbitrati fuerint, quod rex Norwegie iustiorem habeat causam, ciuitates contra eum regem Dacie non iuuabunt; si autem arbitrium tulerint, quod rex Dacie iusticiam habeat, ciuitates, si uolunt, ipsum regem Dacie poterunt tunc iuuare, ita tamen, quod, licet gwerra moueri et geri incipiat, incole dictarum ciuitatum in Norwegia, et Norici in ciuitatibus premissis possint hinc inde redire ad propria saluis rebus suis et personis

in vno mense, postquam constiterit arbitrium esse latum; et si forsan aliqui manere voluerint, vbi tunc constituti sunt, manendi securitatem habebunt in se et bonis suis ex vtraque parte, donec gwerra fuerit terminata. Verum si elapsis octo annis a festo penthecostes proxime preterito dictarum ciuitatum incole regi Dacie auxilium non prestiterint, ipsi de cetero alicui contra regem Norwegie non astabunt, nisi quod quelibet ciuitas potest iuuare dominum suum, si ipsum rex Norwegie duxerit inuadendum; nec se confederabunt cum aliquibus aut coniurabunt, quin semper excipient de cetero dominum regem Norwegie, quod nichil faciant contra ipsum; et si dominus rex Norwegie cum aliquibus confederacionem seu coniuracionem fecerit, similiter dictas precludat et excipiat ciuitates[17]. Sane ne, quod magnis excogitatum est laboribus, callidis et versutis adinuencionibus seu presumptuosis quibuslibet leuitati[bu]s subuerti possit, decernimus, quod hec arbitrii sentencia a nobis lata per hec scripta robur habeat perpetue firmitatis et a partibus inuiolabiliter obseruetur, ita quod pars, que prolatum hoc arbitrium non susceperit uel susceptum infregerit, penam superius expressam, quam acceptauerunt sponte dicti procuratores parcium, persoluat, hoc est viginti milia marcarum puri argenti in pondere Coloniensi modo superius annotato. Ceterum cum nuncii dictarum ciuitatum in memorato colloquio Gulbyaerxhehd pro ciuitatibus Campanh, Stoweren, Grønengh, quod possent includi sub facta tunc composicionis forma, si et vellent sicut dicte ciuitates alie in nos compromittere, placitabant, et ex nouo iam, postquam circa festum beati Michaelis uenientes ad Kalmarniam compromiserunt in nos procuratores dictarum septem ciuitatum de composicionis forma, quam nunc facimus, placitabant, quod memorate tres ciuitates possent includi similiter et in ista: notum facimus, quod, si dicte tres ciuitates miserint nobis et regi Norwegie infra festum beati Johannis baptiste instans proximo litteras suas, quod velint in nos compromittere sicut de septem ciuitatibus aliis, volumus et istis tribus ciuitatibus sicut VII aliis secundum nostram consciencianm iusticiam iudicare super causis, quest[i]onibus et articulis earundem; et venientibus huiusmodi trium ciuitatum litteris, quando procuratores siue nuncii earum et nuncii domini regis Norwegie ad derimendum, quod inter ipsum dominum memoratum regem et ipsas ciuitates uertitur, ad nos venire possint, certum curabimus locum et terminum assignare. Vnde[18] si non contingit ipsas ciuitates infra memoratum festum beati Johannis in nos compromittere, nec composicionis formam cum premissis septem ciuitatibus habere, pretacte VII ciuitates non deponent bona sua ferenda in nauibus antedictarum trium ciuitatum, nec e conuerso ille tres in nauibus septem premissarum, propter securitatem pacis inter sepedictas septem ciuitates et Noricos diligencius conseruandam. Omnia ergo et singula premissa, sicut diximus, rata et irreuocabilia decernimus, saluo nobis iure interpretandi et declarandi articulos suprascriptos ad vnum annum, si qua ex eis inter premissas partes emerserint dubia vel obscura. Et in premissorum omnium testimonium et[19] euidenciam pleni-

orem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Kalmarnie, anno domini supradicto, in vigilia omnium sanctorum, anno regni nostri duodecimo.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 441, aus „der auf der Treso [zu Lübek] befindlichen Urschrift, von der jedoch das Siegel, welches an einem Pergamentstreifen gehangen, abgeschnitten ist.“ Eine Abschrift dieser Urkunde im Wismarschen Privilegienbuche gibt — neben manchen meist grammaticalischen Fehlern — unwesentliche Varianten, z. B. decreuimus st. decernimus, auch st. Gulbyærxhehd: Gulbyarxhus. Beachtenswerth dürften noch folgende Abweichungen sein: [1] deberet (Lüb.: debet) — [2] quas (Lüb. quos, wie nachher [3] pro st. per) — [4] d. requisicio facta fuerit — [5] quedam (Lüb.: quondam) — [6] regni — [8] venales ipsis congruas sicut — [9] sicut diximus, prout loci — [11] fieret — [12] vnum (vnam: Lüb.) — [13] fuerit (fuit: Lüb.) — [14] hollus — [[15] quando: Suhm] — [16] Verum — [19] ad. — Ein Exemplar dieser Urkunde im Stadt-Archive zu Riga hat Napiersky, Index, Nr. 231, verzeichnet, auch das anhangende Siegel beschrieben, aber irrthümlich den 24. Juni 1285 als das Datum angegeben. Dieses lautet nach den Berichtigungen, S. 386, im Original gleichfalls: „in vigilia omnium sanctorum“. — Gedruckt ist diese Urkunde bei Suhm, Hist. af Danm. X, p. 1028, nach der Abschrift Langebek's vom Rigischen Original; Liljegren, Svenskt Diplomatar. I, 2, p. 673. Vgl. Sartorius II, S. 144, auch Willebrand III, S. 7.

Die Stelle: „[16] si rex Dacie — [17] ciuitates“ hat König Magnus auch noch zum Gegenstande einer besonderen Urkunde gemacht, welche im Lüb. U.-B. I, S. 440, aus „der auf der Treso befindlichen Urschrift mit dem wohl erhaltenen Siegel des Königs“ (und auch bei Liljegren I, 2, p. 668, und bei Sartorius II, S. 145) abgedruckt ist. Sie lautet:

„Magnus dei gracia Sweorum Gothorumque rex omnibus presentes litteras inspecturis „salutem in domino sempiternam. Protestamur et recognoscimus per presentes, quod „inter illustrem regem Norwegie, ex parte una, et ciuitates maritimas Lybekh, Rodstockh, „Wissimare, Stralaesund, Gripeswold, Rigam et Theotunicos in Wisby et dictarum „ciuitatum incolas est taliter placitatum, quod, [16] si rex Dacie — — *(wie oben)* — — „precludet et excipiet ciuitates [17]. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus „est appensum. Actum Kalmarnie, anno domini M°CC°LXXX quinto, in vigilia omnium „sanctorum.“

Endlich gab König Magnus noch eine authentische Interpretation eines Artikels ([7]) in der obigen Hauptürkunde in einem Nachtrage, welcher im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 48, aus dem Lübeker Original (mit anhangendem Siegel) gedruckt ist und [mit Berichtigungen aus den Abdrücken bei Sartorius II, p. 146, und Fabricius II, S. 55, Nr. CLXXV, nach dem Stralsunder Original] so lautet:

„Omnibus presens scriptum uisuris M. dei gracia Sueorum Gotorumque rex salutem „in omnium saluatore. Recognoscimus per presentes: cum inter partes, uidelicet „illustrem regem dominum E. regem Norwegie et ciuitates Slauie Lubek, Rostoc, „Wismer, Stralesunt, Gripe[s]wolt, necnon ciuitates Riga et Wisbu et incolas earundem „ex [com]promisso in nos facto arbitrium in vigilia omnium sanctorum protulerimus, „anno domini M°CC°LXXX°V°, in hoc arbitrio articulus, qui subsequitur, inter ceteros „articulos ibi positos est inscertus in hunc modum: [7] „Jtem ex consensu — — *(wie „oben, mit gleichgültigen Abweichungen)* — — a mane scilicet usque sero.“ In quo „articulo supplendo declaramus et interpretamur, dictum articulum esse generaliter „obseruandum, eo tamen excepto, quod Norici ad dictas ciuitates uenientes non possint „emere uenalia in curribus, et predict[a]rum ciuitatum incole non possint emere uenalia „in nauibus in Norwegia constituti[s]. In cuius [rei] testimoni[um] nostrum sigillum „presentibus duximus apponendum. Actum Calmarie, anno et die predictis.“

(Gedruckt auch bei Thorkelin, Diplomatar. Arna-Magn. II, p. 106.) — Vgl. Nr. 1806 und 1807, auch 1820.

1285. Nov. 11. Verchen. 1822.

Bogislav, Herzog von Pommern, verleiht dem Kloster Ivenack das Eigenthum des Dorfes Zolkendorf.

Bugislaus dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum intuentibus tam temporalibus, quam celestibus fructu beato perfrui sempiterne. Cum ex officio karitatis benefacientibus pater celestis remunerationem in bono eterne et celestis dulcedinis prestat centuplum perfruendam, nos istius retributionis tacti premio, ad memoriam nostre pie operationis et refocillationem sanctimonialium in Juenac beate Marie in dicto loco contulimus proprietatem ville Soldickendorpe cum omni iure pace tranquilla perpetuo possidendam. Et ne huiusmodi nostra pia donatio in irritum reuocetur, presentem cartulam nostri fecimus appencione sigilli roborari. Testes huius rei sunt: dominus Hermannus abbas in Colbaz, dominus Olricus prepositus in Verchen; Conradus de Vemeren, Conradus de Nienkerken, dominus Stange, milites; dominus Henricus tunc cappellanus et alii quam plures fide digni. Datum in Verchen, anno domini M° C° C° LXXX° V., in die beati Martini episcopi.

Nach dem Original im Haupt-Archivo zu Schwerin. An einer ungedreheten Schnur von weissem Zwirn hängt das wohl erhaltene, bekannte runde Reitersiegel des Fürsten Bogislav.

Anm. In E. A. Rudloff's handschriftlichem Diplomatarium findet sich folgende Inhaltsangabe:

„Buxlaus dei gratia dux Slavorum donat proprietatem ville Lellekendorp monasterio in Jvenack cum omni iure perpetuo possidendam, a. 1282."

Da aber Lelkendorf nie pommersch gewesen ist, auch, soviel man weiss, dem Kloster Ivenack nie gehört hat, so ist ohne Zweifel Lelekendorp ein Schreibfehler für Zollekendorp, und obige Inhaltsangabe ein Auszug aus Nr. 1822.

1285. Dec. 7. Güstrow. 1823.

Heinrich von Dömechow verkauft zwei Hufen zu Öttelin.

Ein brieff, so gantz zerrissen. Men hat aber noch souiel daraus lesen konnen, das einer mit namen Hinricus von Domechow zwey Hufen zu Ottelin vorkaufft hat. Anno 1285. Datum Gustrow, 7. Jdus Decembris, in octaua beati Apostoli Andreæ.

Clandrian, Registratur vnd kurtzer Extract der Brieffe vnd Instrum. in der Thumbkirchen zu Güstrow, p. 87.

1285. Dec. 20. Schwerin. 1824.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft mit Zustimmung seines Dom-Capitels seine Zehnten von 7½ Hufen zu Bartelstorf, von 4 Hufen zu Kuppentin und von 3½ Hufen zu Zahrensdorf an den Propst Nicolaus, Fürsten von Meklenburg, zur Beeidigung einer von diesem in der Schweriner Kirche gestifteten Vicarei.

Hermannus dei gratia episcopus Czuerinensis, Symon decanus totumque ibidem capitulum uniuersis presentes literas audituris salutem in domino. Exaudiende sunt preces animo diligenti, que equitatem in se continent et spem futuri boni pretendere dinoscuntur; et ne a posteris in obliuionem trahantur, oportet scripturarum presidio communiri. Sane ad perpetuam rei memoriam presentium et futurorum notitiam volumus peruenire, quod dilectus in Christo vir nobilis Nicolaus Magnopolensis, prepositus ecclesie nostre, pium et firmum habens propositum ad vicariam de nouo instituendam in ecclesia nostra ad honorem domini et beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, bona quedam ad mensam episcopalem pertinentia emit a nobis Hermanno episcopo pro certa pecunie quantitate, videlicet septem mansorum et dimidii Bertoldestorpe et quatuor mansorum in villa Kobandin et trium mansorum et dimidii in villa Tzarnestorpe decimas, consensu et voluntate nostra et totius capituli nostri [de] supradicta emptione unanimiter accedente. Et ut ipsius propositum debitum sortiretur effectum, dictas decimas pro salute anime sue contulit ecclesie Czuerinensi, ut ex redditibus earundem vicarius, cui vicaria conferenda esset, competentem haberet sustentationem, et in qualibet septimana unam missam de dictis apostolis diceret et unam pro defunctis, alias vero, prout cuiuslibet diei qualitas postularet, adiciens, quod in celebratione cuiuslibet misse arderent due candele ceree, quarum quelibet libram integram contineret, et nihilominus in choro horis canonicis interesset, prout alii ecclesie nostre vicarii facere consueverunt; specialiter sibi et suis successoribus prepositis vicarie collationem reseruans persone, cum uacauerit, ydonee conferendam. Quare humiliter petiit sup[e]r premissis a nobis omnibus exaudiri. Nos igitur saniori usi consilio, considerato etiam, quod vicarius ex predictis bonis competentem posset habere sustentationem, iuste rei merito suadente sue petitioni grato concurrentes assensu, ipsum super premissis omnibus et singulis unanimiter exaudimus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboramus. Acta sunt hec in capitulo Czuerinensi, decimo tertio kalendas Januarii, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto.

Nach einer Abschrift im Diplom. eccl. Suerin. A, fol. 12. Eine zweite Abschrift daselbst fol. 51 stimmt sonst mit dieser überein, gibt jedoch im Datum: „14. kl. Januarii". Clandrian verzeichnet den Inhalt im Protocoll, fol. 95ᵇ, mit dem Datum: „Acta sunt hæc 13. kal. Januarii, anno domini 1285.", und fügt hinzu: „Noch ein brieff desselben lauts vnd sub eodem dato."

1286. Ratzeburg. 1825.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, verleiht seinem Dom-Capitel den vom Kloster Harsefeld in Besitz genommenen halben Zehnten zu Lankau und die Anwartschaft auf das Dorf Gardensee.

Conradus dei gratia Raceburgensis episcopus preposito, priori et conuentui eiusdem ecclesie, fratribus suis in Christo, tam debitum, quam deuotum in domino karitatis affectum. Cum ex officii nostri debito ecclesiis omnibus sollicitudini nostre commissis paterna prouisione intendere debeamus, specialius tamen eius vtilitati ac promotioni nos decet omnimodis prouidere, a qua et nominis dignitatem, honoris prerogatiuam et ordinis cognoscimur accepisse. Proinde vtilitati vestre consulere in hiis maxime cupientes, in quibus episcopalis mense non minuuntur redditus uel leduntur, dimidiam decimam, quam in villa Lankowe, que est de parrochia sancti Georgii prope ciuitatem Raceburg, quam abbas et monasterium ordinis sancti Benedicti in Herseuelde, Bremensis dyocesis, sine consensu antecessorum nostrorum episcoporum et nostro tenuerunt et adhuc detinent contra statuta concilii generalis, in perpetuam vobis proprietatem conferimus vestris, cum super ea secundum iusticiam processeritis, vsibus profuturam. Item proprietatem ville nostre Gardense, que est de parrochia Mustin, similiter vobis perpetua donatione donamus, concedentes, ut, cum feodum eiusdem ville ab Hartwico milite, Walraueno eius fratre vacare contingerit per resignationem spontaneam vel alio iusto modo, possitis fructus eius in vsus uestros conuertere et possessionem eiusdem ville per vos apprehendere et tenere sine aliqua inductione alia corporali. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens instrumentum desuper conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roboratum iussimus vobis tradi. Datum et actum in Raceburg, anno domini M° C° C° LX° X° X° VI°, in presentia (!)

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neu-Strelitz. An rothen und gelben Fäden hängt das schön erhaltene Siegel des Bischofs in rothem Wachs (abgebildet zu Nr. 1746). — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2209; Schröder, P. M. II, S. 2965.

Anm. Westlich vom Kirchdorfe Mustin, an der Grenze des Fürstenthums Ratzeburg, liegt der Garonsee, welcher an das Dorf Gardensee zu erinnern scheint, östlich das Dorf Goldensee am See gl. N.

1286. Schwerin. 1826.

Helmold, Graf von Schwerin, verleiht dem Ratzeburger Dom-Capitel 2 Hufen zu Eixen gegen den dritten Theil des Zehnten aus Wendelstorf.

Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Deuocionis graciam, quam ad Raceburgensem ecclesiam nostri

progenitores specialiter habuerunt, quasi in nos ab ipsis deriuatam et nos similiter habere et renouare in operis exhibitione uolentes, ut iam non preterita, sed per nos continuata dicatur, duos mansos [in] villa Exsen, quos Antonius miles a nobis in eadem villa iure tenuerat feodali, dicte Raceburgensi ecclesie cum suis pertinenciis, recepta primo resignatione ipsorum a prefato [milite], liberos et exempt[o]s ab omni seruicio, procuratione, expeditione, exactione, hospitio, in perpetuam proprietatem conferimus cum plenitudine iuris omnis, nichil nobis nostrisque reseruantes, nisi tantum colli et manus iudicium, cuius iudicii tercia pars ecclesie, nobis uero, si composicio interuenerit, due cedent, ipsi ecclesie eadem libertate donantes, ut, cum pisces in aquis ville Exsen adiacentibus capiuntur et captura ad fines agrorum, quos ecclesia in predicta villa ex nostra seu Guncelini quondam Zwerinensis comitis clare memorie, aui nostri, optinet, adlitauerit, de illa captura debitam partem habeat, nullo officiali uel aduocato nostro nullove altero ipsi in hoc iure obstaculum faciente. Vt autem hec nostre donationes perpetuis temporibus perseuerent, memoriale istud desuper conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum Zverin, anno domini M° CC° LXXX° VI°.

Nos Henricus prepositus, Th. prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum liberalitati domini H. comitis suprascripti relatiua quadam uolentes viscissitudine respondere, terciam partem decime, quam in villa Wenderestorp optinemus, de communi consensu omnium nostrum sibi et suis heredibus sine feodo tenendam concedimus, proprietate tamen eius penes ecclesiam remanente. Jn cuius rei testimonium hanc laudem sue donationis et nostre recompense paginam sigillo nostri capituli consignamus. Actum a nobis anno domini M° CC° LXXX° VI°.

Nach dem bereits etwas schadhaft gewordenen Original im Ratzeburger Archive zu Neu-Strelitz. An demselben hangen 2 Siegel:

1) an gebleichtem Zwirn das Siegel des Grafen Helmold, wie es in Bd. II, zu Nr. 1201, abgebildet ist,

2) an rother Seide das dritte Ratzeburgische Capitelsiegel, abgebildet zu Nr. 1594.

— Gedruckt bei Westphalen II, p. 2208 (und p. 2095), und daraus bei Schröder, P. M. II, S. 2964.

1286. 1827.

Johann von Gramzow vermacht dem Kloster Dargun eine Hufe zu „Densin".

Einn brieff, darinn Johann vonn Gramessow gibt nach seinem tode dem Closter zw Dargunn eine hufenn ihm dorff Densin mit aller gerechtigkeit. Datum 1286.

Nach dem Inventarium etzlicher Siegel und Briefe des Klosters Dargun aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrh., im Haupt-Archive zu Schwerin. Die Urkunde fehlt; und es ist deshalb nicht wohl zu entscheiden, ob „Densin" das heutige Denzin bei Belgard in Hinterpommern ist, oder Dempzin a. d. Peene, welches Dorf das Kloster im J. 1310 mit dem Eigenthume von den Fürsten von Werle ganz erwarb.

1286. Warin. 1828.

Hermann, Bischof von Schwerin, beauftragt den Pfarrer zu Schwan, gegen Belastungen des Dorfes Grenz und der Mühle daselbst auf Ansuchen des Klosters Doberan sogar mit Bann und Interdict vorzugehen.

Hermannus dei gratia Cwerinensis episcopus dilecto in Christo rectori ecclesie de Sywan salutem et paternam in domino caritatem. Ex insinuatione et querela frequenti venerabilis in Christo fratris abbatis et conuentus monasterii de Doberan intelleximus, quod nonnulli iniquitatis filii dei timore postposito ipsos in bonis predicti monasterii in villa Grenze, tam in molendino, quam in mansis, lignis, pratis, piscationibus et pascuis, contra indulta sedis apostolice exactionibus et talliis inconsuetis et indebitis passim et contra omnem iusticiam non desinunt molestare. Cum igitur non solum ex debito nostri officii, verum eciam ex vigore priuilegiorum sedis apostolice, quorum tenorem oculata fide perspeximus, contra malefactores predictos pro eodem monasterio murum defensionis pia sollicitudine nos opponere debeamus: hinc est, quod tibi in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus omnes et singulos, qui monasterium supradictum in bonis predictis de cetero iniuste molestare presumpserint, ad tuam auctoritate nostra citare presentiam non differas, quocienscumque et quandocumque ex parte predicti monasterii fueris requisitus. Quodsi coram te de iniuriis et violentiis eidem monasterio illatis confessi fuerint vel conuicti aut se per contumatiam absentauerint, ipsos donec ad satisfactionem condignam excommunicacionis vinculo non differas innodare; quam excommunicacionis sententiam si per vnum mensem animo sustinuerint indurato, extunc in locis, in quibus malefactores predicti habitant, secundum indulta sedis predicte cessabitur a diuinis, quousque monasterio sepedicto de dampnis et iniuriis plenarie fuerit satisfactum. Datum Warin, anno domini M°CC°LXXX°VI°.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LVIII°. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1532.

1286. 1829.

Heinrich von Schwerin, Bürger zu Wismar, schenkt dem H.-Geist-Hospitale zu Schwerin Kornzehnten aus Benitz (bei Schwan) zum Unterhalte eines Priesters und eines Scholaren.

Die Urkunde ist ihrem Wortlaute nach verloren gegangen. Ihren Inhalt gibt Hederich nach der Abschrift im Registr. eccles. Zwerinens. in seinem Index also an:

„Henricus dictus de Suerin, ciuis Wismariensis, assignat certos reditus ad sustentationem sacerdotis et scholaris in domo Spiritus S. Suerinensi.“

Ausführlicher erzählt derselbe im Chron. Sverin. [bei Westphalen III, p. 1653]:

„A. 1286. Henricus Sverinensis civisque Wismariensis decimam frumenti (quod tellus pagi Beens in dioecesi Bucholt profert.) ordinat partem ad sacerdotis et scholaris alicuius templi Spiritus sancti sustentationem."

Das H.-Geist-Hospital zu Schwerin lag in der Faulen Grube. Vgl. Nr. 1672 und 1766 und Jahrbuch XXVIII, S. 201.

(1286.) Wismar. 1830.

Arnold von Klütz kauft von den Söhnen Friedrichs von der Mühle und dem Ritter Heinrich Klawe die Mühle vor dem Lübschen Thore zu Wismar.

Arnolt de Cluzce emit molendinum ante valuam Lubicensem erga filios Frederici de molendino et dominum Hinricum Clawen, et ipsi fassi sunt coram consulibus, quod eisdem fratribus omnia persoluerit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 127.

(1286.) Wismar. 1831.

Aufzeichnung über den Verkauf zweier Morgen auf dem Dargetzower Felde bei Wismar.

Dominus Thidericus gener Uolucris emit duo libera iugera sita in campo Dargitzowe a domino Johanne plebano quondam ecclesie in antiqua Wismer, que sibi pater suus reliquerat iure hereditario, que eciam sibi cum tutela coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 134.

(1286.) Wismar. 1832.

Aufzeichnung über den Verkauf eines Hauses bei der Georgen-Kirche zu Wismar.

Henricus Howentorpe emit hereditatem retro turrim sancti Georgii sitam in angulo cum area sita apud horreum ipsius a Gerberto de Warendorp, quam totaliter persoluit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 137.

1286. 1833.

Die Stadt Lübek verschüttet eine neu entstandene Travemündung auf dem Priwall an der meklenburgischen Grenze.

Nota, quod sub anno domini M°CC°LXXXVI° in insula Priwalk aqua insulam ipsam in uno loco tantum penetrauerat, quod portus Travene duos habuit introitus et exitus. Unde ad obstructionem unius, videlicet circa terminos Slavie protensi, ciuitas [c]um magno labore fecit magnam summam sumptuum.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 455, aus „einem 1318 angelegten, auf der Registratur [zu Lübek] bewahrten Memoriale. Vgl. Deecke, von der ältesten Lübeckischen Rathslinie, S. 19."

1286. Jan. 1. 1834.

Bernhard und Heinrich von Peccatel, Ritter und Burgmänner zu Prillwitz, geben dem Kloster Broda ihre Güter zu Rumpshagen gegen eine Entschädigung von 6 Mk. jährlich und gegen die Fischerei zwischen der Liepz und der Tollense zurück.

Bernardus et Henricus de Peccatle, milites et castellani in Prileuitz, omnibus presens scriptum visuris in domino salutem. Quoniam, que ex ordinacione mortalium procedunt, caduca sunt et minus firma et processu temporis vergunt in oblivionem, nisi scriptis et sigillis et proborum hominum testimonio fuerint confirmata: inde est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos de propriis arbitriis et heredum nostrorum necnon omnium amicorum Waluuano preposito et capitulo communi in Brode bona nostra, que ab eis in Rumpeshagen habuimus, omni iure omnique libertate, qua habere videbamur, in recompensacionem piscature, que sita est inter stagnum, quod wlgariter Tollense et Lypitz nunccupatur, in vsum et fructum ecclesie in perpetuum resignauimus possidenda, ita sane, ut nec nos, nec nostri heredes uel qu[i] ab eis nasci possunt, de iam dictis bonis fructum vlteriorem recipere videantur, set omni fructu omnique utilitate sub defensione nostra in vsum ecclesie sue iam dicta bona pro commodo et utilitate reponant; pro qua vero conuencione singulis annis VI marcas slauicalium denariorum nobis presentabunt. Vnde ne dubium aliquod suboriri possit, presentem paginam inde conscribi fecimus, sigilli nostri appensione et testium inscripcione communitam. Testes vero, qui huic donacioni interfuerunt, sunt: dominus Waluuanus prepositus, Th[eodoricus] prior, Nicolaus de Berlin, Henricus de Stargart, Henricus Scolentin, Th. de Warne, Rosenhagen, Albertus Saxo, clerici; nos Bernardus et H. de Peccatle, Wichmannus Glode et frater suus Conradus Glode, milites, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXX°VI°, in cyrcumcisione domini nostri Jhesu Cristi.

Nach dem Original im Archiv zu Neu-Strelitz. — [1] Hinter „singulis annis“ steht „dabimus“ deutlich, aber durchstrichen. — An einem Pergamentstreifen hängt ein schildförmiges Siegel mit einem schraffirten Querbalken im leeren Siegelfelde. Von der Umschrift ist nur noch zu lesen:

— — D — PⅭC —

Es ist nur ein Siegel angehängt gewesen. — Gedruckt in Jahrb. VI, S. 204. — Vgl. Bd. II, Nr. 1281 und 1284.

1286. Febr. 9. 1835.

N[icolaus von Meklenburg], Propst, und das ganze Dom-Capitel zu Lübek erlauben dem Johann Vosseke die Erwerbung eines Domherrenhofes [zu Lübek] zu lebenslänglichem Gebrauche.

Die Urk. ist gedruckt (nach dem Reg. Cap. Lub. I, 196[4]) bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 331. — Das Datum ist: 1286, „sabbato ante septuagesimam.“

1286. Febr. 27. Rostock. 1836.

Nicolaus, Fürst von Rostock, überlässt der Stadt Rostock, für die Bezahlung der Schulden seines Vaters, des Fürsten Waldemar, das Dorf Wendisch-Wik, den Burgwall bei der Stadt, die Pferdewiese zu Warnemünde und die Mühle beim Judenkirchhofe vor Rostock.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus dei gracia domicellus de Rozstok universis presentem litteram visuris vel audituris in perpetuum. Gesta hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret, si non perhennali litterarum testimonio fulcirentur. Notum igitur esse volumus universis Christi fidelibus, tam natis, quam nascituris, nos dilectis nobis burgensibus de Rozstock, exigentibus eorum devotis et benignis obsequiis, de pleno consensu matris nostre dilecte Agnetis, necnon nostri patruelis Henrici nobilis viri domini de Werle, tutoris nostri, ac vasallorum nostrorum, pro solucione debitorum patris nostri Waldemari clare memorie, villam nostram Wenedesche Wic cum omni utilitate, proprietate, iudicio, cum pratis adiacentibus vendidisse; vallem castri insuper cum prato adiacente et ad dammonem molendinorum ascendente, cum aliis etiam pascuis, pratis et aquis infra dictos terminos constitutis, quemadmodum pater noster Waldemarus possedit, secundum eam formam, qua Rozstok cum campis eorum et pascuis primitus est fundata; pratum insuper equorum apud Warnemunde, quod eorundem fuerat, necnon molendinum proximum cymiterio Judeorum cum piscina et omnibus proventibus, cum omni utilitate libere perpetuo possidendum. Ne autem hoc factum nostrum rationabile per processum temporis per nos vel successores nostros aliquatenus immutetur, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine ac sigillorum dilecte matris nostre Agnetis, necnon dilecti pa-

truelis et tutoris nostri nobilis viri Henrici domini de Werle, ut infra cernitur, duximus roborandum. Huius rei testes sunt: Johannes Babbe, Gherardus de Castro, Reddaghus, Johannes Molteke, Hinricus Lupus, Gherardus de Oldendorpp, Fredericus de Kericdorp, Wernerus Jesevitz, Hinricus [M]orde[r], Wernerus Nackschow, milites; Hinricus Sapiens, Johannes de Lemhus, Reinerus filius Reynberti, Hinricus Friso, Theodoricus Subezin, Volmarus de Cůsveld, Hermannus Lise, Hermannus Ekhorn, Elerus Pannicida, Johannes Rufus, Godscalcus de nova civitate, Reynerus Cerdo, Albertus de Cůsveld, Lutbertus in Laghestrate, Thidemannus de Lawe, Marquardus de Ribenitz, Theodoricus Koggemester, consules ciuitatis Rozstok, et alii viri quam plures fide digni. Actum et datum Rozstok, anno domini M° CC° LXXX° VI°, in die cinerum.

Nach der im Original im Raths-Archiv zu Rostock aufbewahrten Bestätigung des Fürsten Heinrich II., vom J. 1325 (Sonnabend nach Jacobi = Jul. 27). — Gedruckt: bei Ungnade, Amoen., p. 13; Schröder, P. M. I, S. 787 (unvollständig); Rostocker Etwas v. J. 1739, S. 807; Rost. Nachr. und Anz. 1752, Stck. 36, S. 145; Ditmar, Landesfürst in Rostock, Nr. 10; Histor.-dipl. Untersuchung vom Zustand und der Verf. der Stadt Rostock, S. 241. — Vgl. Nr. 1626.

1286. März 3. Rostock. 1837.

Die dermaligen Mitglieder des Rathes zu Rostock.

Anno domini M° CC° LXXXVI°, in octaua Mathie, consilio presidebant: Reynerus filius Reymberti, Nicolaus de Molendino, Reynerus de Lawe, Conradus de Lawe, Henricus Cropelin, Theoderi[cus] Zubecin, Hermannus Echorn, Volmarus de Cosfelt, Albertus de Cosfelt, Jko, Henricus Retsecowe, Reynerus Cerdo, Ludolfus Pes, Elerus Pannicida, Gotscalcus in noua ciuitate, Thedericus Cogghemester, Marquardus de Ribeniz.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 138. — Auf fol. 127 b findet sich aufgezeichnet, aber auch getilgt: „Anno domini M° CC° LXXXVI° consilio presidebant: Henricus Sapiens, Johannes de Domo Lutea et Reynerus filius Reymberti, Henricus Friso, Hermannus Lyse, Hermannus Echorn et Thedericus Koggbemester et alii."

Dieses Verzeichniss stimmt weder ganz zu dem obigen, noch zu der Nr. 1782. — Vgl. 1286, März 16 und April 21, auch Nr. 1836.

1286. März 7. Bergen. 1838.

Erich, König von Norwegen, versichert den König Eduard von England seiner Freundschaft und bittet ihn, auf die Deutschen, welche einen Angriff auf Norwegen zu machen beabsichtigen, ein wachsames Auge zu haben.

Excellenti principi, fratri suo in Christo karissimo, domino Edwardo dei gratia regi Angliae illustri, duci Aquitaniae et domino Hiberniae, Ericus eadem-

gratia rex Norwegiae — —. — — Theotonici, quos nos et nostri progenitores semper fouimus et pluribus priuilegiis ac emunitatibus muniuimus, regnum nostrum coniurati in hac aestate futura, prout intelleximus, inuadere disponunt. De quorum inuasionibus in regno nostro nichil penitus curamus, dummodo insidie eorum furtiue, per quas piratas in lateribus maris contra mercatores transfretantes ad regnum uestrum et ad alia regna facere proponunt, ualeant coherceri. Quare excellentiam uestram requirimus et rogamus, quatinus omnes tales insidiantes et regni comodum impedientes, quos sub ditione uestra repperiri contigerit, brachio potentie uestre amoris nostri intuitu cohibere uelitis; et nos in simili casu, uel maiori, si emerserit, absque tergiuersatione uobis et uestris assistemus. — — Scriptum Bergis, nonas Martii, anno regni nostri sexto.

Aus dem im Tower zu London befindlichen Original vollständig abgedruckt bei Rymer, Foedera I, 1, pag. 662 (ed. 1816), und danach im U.-B. der Stadt Lübeck I, S. 448. Wenn nicht das angegebene Regierungsjahr widerstrebte, möchte man diesen Brief lieber ins Jahr 1284 oder 1285 setzen. Vgl. Nr. 1732—1738, 1798, 1806 und 1821.

(1286.) 1839.

Vogt, Rath und Gemeinde zu Wismar fordern die Stadt Stade und mehrere westfälische und holländische Städte auf, zur Beendigung der norwegischen Angelegenheit Gesandte zu der von dem Könige Magnus von Schweden auf den 24. Juni ausgeschriebenen Tagefahrt abzuordnen.

Honorabilibus viris et discretis iudicibus, scabinis, necnon vniuersis ciuibus ciuitatum de Stadhe, Osnabrugis, Munstere, Cusfelde, Susatia, Tremonia, Lewart, Groninge, Staueren, Campe, Swolle, Deuenter, Sutphan, Herderwic et Mvdhen aduocatus, consules et commune ciuitatis Wismarie, quantum poterunt seruitii et honoris. Memorie vestre honestatis impressum opinamur esse pariter et innexum, quod Normanni ante reuolutionem iam fere duorum annorum nostros conciues et quosdam alios mercatores in eorum regno tunc temporis constitutos primitus in bonorum taxcatione irrationabiliter dampnificauerunt, deinde sub spe pacis interfectionibus eosdem, spoliis et aliis penis afflixerunt, communibus mercatoribus in contemptum. Quod cum perciperemus et in omni bono prosecuti essemus, sentientes nos per patientiam nostram in nullo posse proficere, decreuimus velle expensas inire de consilio principum, dominorum, nobilium ac quarumdam ciuitatum atque vestro, ac quosdam de melioribus nostris et alios conciues nostros armis expeditos cum nauibus ad pugnam preparatis emisimus ad inpugnandum Normannos, communis libertatis violatores, et ad resistendum eorum insanie ac reformandum libertatem pristinam communium mercatorum, nullo tamen iuvamine quoadiuti nisi quarumdam ciuitatum nobis adiacentium et duarum alterius prouincie ciuitatum. Speramus nichilominus, quod multe ciuitates communium mercatorum,

gaudere volentes priuilegio libertatis, licet in emissione nostri exercitus nos non iuuerint, nobis et communibus mercatoribus compati velint, nos in expensis, qu[a]s pro communi libertate fecimus, adiuuando. Postremo nostris conciuibus in insidiis sic iacentibus, illustris princeps dominus Magnus Sweorum rex perpendens, quod ex tali dissensione possent hominum occisiones et animarum perditiones prouenire, cum pluribus principibus et dominis per multas preces huiusmodi negotium de consensu parcium intercepit, diem placitandi posuit in die beati Johannis baptiste nunc proximo supra Goltbergeheyde celebrandum, vbi ipso tempore per multa media de eodem negotio tractabatur, nec illa vice poterat terminari, cum parcium nuntii procuratoriis et aliis instrumentis ad talia negocia pertinentibus non essent sufficienter premuniti. Attamen secundario dies placitorum Kalmarie habendus in festo beati Michaelis nunc preterito proximo ibidem de consensu partium ponebatur, sicut vobis plenarie tunc constabat. Statuebatur eciam dictus illustris rex Sweorum in iudicem, partibus consentientibus sicut supra, tali modo videlicet, quod ipse rex, si partes inter se concordare non possent, amice deberet coassumptis aliis duobus iudicibus infra unius mensis spacium equitatem secundum sui conscientiam et iuris sentencias iudicare. Tali siquidem appropinquante termino placitandi, nuncios nostros discretos una cum nunciis ciuitatum nobis adiacentium uersus Kalmariam misimus, procuratoriis membranis et aliis instrumentis sufficienter premunitos. Qui quidem nuncii nostri, cum in iudicio causam proponere incepissent et adhuc nichil penitus terminassent, in excellentem regem Swecie iam dictum compromittere decreuerunt. Qui rex compositionem nobis et nostris complicibus tollerabilem statuendo ordinauit ab utrisque partibus inuiolabiliter obseruandam, quam et priuilegiis stabiliuit. Sed cum ibidem nemo ex parte vestri in iudicio compareret, cum eciam vestri nuncii sufficiens mandatum seu procuratorium ex parte vestri non haberent, nec insuper de dampnis vestris et aliis causis [et] circumstanciis ipsis plene constaret, nichil tunc amplius facere poterant, sed sepedictum dominum regem Sweorum ad hoc induxerunt, quod sibi assumeret causam vestram tamquam amicabilis compositor siue iudex, et ita causam inter vos et Normannos terminaret, si vobis complaceret, iudicio vel amore; et si eundem regem in iudicem assumere volueritis, destinabitis vestros nuncios ad eundem cum vestris patentibus litteris ante festum natiuitatis sancti Johannis baptiste nunc instans, et acceptabilis extunc ab ipso terminum de parendo iuri coram ipso, quem vobis et Normannis duxerit statuendum. Jpsi vero Normanni iam acceptaverunt prelibatum regem in iudicem, et quandocunque ipse illis diem presignaverit, coram rege ad vestri instanciam comparebunt; nam ad hoc se suis litteris astrinxerunt. Sane igitur salva honestate vestra consulimus, quod ad sepedicti domini regis presenciam vestros discretos nuncios transmittere festinetis cum litteris et instrumentis connotatis, ne gravari forte in posterum vos contingat. Vnde, si cum ceteris ciuitatibus compositionem habere volueritis, nuncios vestros,

vt cicius poteritis, ad prelibatum regem cum litteris et aliis instrumentis, sicut superius pretaxatum est, transmittatis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 457 (vgl. S. 767), aus der Urschrift auf der Trese zu Lübek. Angehängt ist das erste grosse Siegel der Stadt Wismar, wie es zur Urkunde vom 6. Jan. 1256, Nr. 764, abgebildet ist. Der an der vorstehende Urkunde hangende Abdruck ist eben so dünne und gerade so geformt, wie das an der undatirten Wismarschen Willkür, Bd. II, Nr. 873, hangende Siegel. — Vgl. Nr. 1821.

1286. März 11. Bussow. 1840.

Albrecht, Herzog von Sachsen [-Wittenberg], erklärt aus kaiserlicher Vollmacht, dass die Verbrechen gegen die Geistlichkeit nicht bloss der bischöflichen, sondern auch der weltlichen, landesherrlichen Gerichtsbarkeit unterliegen.

Vniuersis presentia visuris Albertus dei gratia Saxonie, Angarie et Westfalie dux salutem in domino sempiternam. Cum clerus in sortem domini vocatus, auctoritate sacrosancte Romane ecclesie, sanctorum patrum, iuris canonici et ciuilis, speciali gratia et priuilegiis libertatus, gaudere debeat emunitatibus sibi datis, set heu quidam layci, inimici crucis Christi et ecclesiastice libertati opido infesti, clerum in seruitutem redigere, quantum in eis est, satagentes, vt more Jsrahelitici populi spreto Jhesu Christo clerus obediat Pharaoni, dicunt, quandocumque et quotienscumque clericus captiuatur, mutilatur, occiditur seu spoliatur: „Princeps, comes uel dominus terre, in cuius territorio hec contingunt, nullam in huiusmodi malefactores habebit iurisdictionem maleficos puniendi infra annum et ebdomadas sex, set dyocesanus tales commonitos habeat, vt deo, sibi, leso et aliis, quorum interest, satisfaciant, vt tenentur; post dictum vero temporis spatium et latum mettebannum dominus temporalis, si rei contumaces extiterint, bona eorum dictus dominus confiscabit“: tandem, cum inter venerabilem patrem dominum Lubicensem episcopum et clerum suc dyocesis, ex parte una, et milites et homines totius terre Holtsatie, ex altera, coram nobis questio haberetur, nos habito consilio nobilium virorum, videlicet illustris principis Alberti marchionis Brandeburgensis et Adolfi comitis Holtsatie, awnculorum nostrorum, Johannis domini Magnopolensis, Nicolay comitis Zuerinensis et plurimorum vasallorum nostrorum ac militum, auctoritate imperiali determinando pronuntiauimus, accedente consensu omnium de terra Holtsatie, quod non solum dyocesanus sua iurisdictione spirituali, verum etiam dominus temporalis sua iurisdictione temporali super huiusmodi malefactores libere perfruantur, vt tanta peruersorum malitia canonice puniatur et eorumdem seuitia legaliter arceatur. Jn cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum et actum aput villam Bussowe prope Libeke

sitam, anno domini M° CC° LXXXVI°, secunda feria proxima post dominicam Reminiscere.

Nach Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 333, aus dem Original zu Oldenburg.

1286. März 16. Rostock. 1841.

Elisabeth, Wittwe Bernhards von Baumgarten, leiht, zunächst auf 1 Jahr, der Stadt Rostock 600 Mk. gegen eine Rente von 60 Mk.

Notum sit, quod Elizabet relicta Bernardi de Pomerio de consensu tutorum eius prestitit ciuitati sexsentas marcas denariorum vsualis monete ad spacium vnius anni de festo pasche proximo nunc futuro, de quibus dicte Elizabeht consules tunc temporis consilio presidentes termino exspirato LX^{a} marcas denariorum erogabunt ad pecuniam memoratam; tempore vero exspirato stabit arbitrio predicte Elizabeht, si dictam pecuniam prestare uoluerit ciuitati ad tempora longiora annuatim pro LX marcis, sicut in termino primi anni est condictum. Huius rei testes sunt: Reynerus filius Reymberti, Nicolaus de Molendino, Reynerus de Lawe, Conradus de Lawe, Theodericus Subecin, Jko, Wolmarus de Cosfelt, Albertus de Cosfelt, Elerus Pannicida, Henricus de Cropelin, Henricus Retsecowe, Ludolfus Pes, Reynerus apud quatuor rotas, Gotscalcus in noua ciuitate, Marquardus de Ribeniz, Tidemannus Cogghemester, Johannes Telonarius, consules, et tutores dicte Elyzabeth: Johannes de Lemhus et Henricus Friso et Gherardus de Lawe. Actum anno domini M° CC° LXXXVI°, sabbatho proximo ante dominicam Oculi mei semper.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 118. — Getilgt.

1286. März 17. 1842.

Hermann, Bischof von Schwerin, bestätigt den vom Bürger Dietrich Scheel im neuen St. Georgs-Hospitale vor Bützow gestifteten Messdienst.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus ad perpetuam rei memoriam. Notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod Thidericus dictus Strabo, ciuis Butzowensis, zelo dei ductus, in loco, vbi quondam ecclesia sancte Elizabeth fuerat et vbi nunc domus leprosorum constructa est, extra muros Butzow, ad honorem omnipotentis dei et pro anime sue salute diuinum officium ordinauit perpetuo celebrandum, ita videlicet quod singulis diebus dominicis vna missa tempori congruens dicatur ibidem et singulis quartis feriis vna pro defunctis, in qua sui et vxoris sue, necnon patris et matris sui

memoria perpetuo habeatur. Propter quod idem Thidericus canonicis Butzowensibus, vt predictas missas per suum sacerdotem modis predictis celebrari procurent, trium marcarum redditus assignauit, cuius pecunie medietas in festo sancti Johannis baptiste, reliqua vero in festo natiuitatis domini singulis annis dabitur per eum, cui locati fuerint orti, quos ad hoc predictus T. in loco predicto et in area veteris hospitalis pro sua pecunia comparauit. Ad cuius rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte nostri, predicti capituli ac ciuitatis Butzow sigillorum appensionibus roborantur. Datum anno domini M° CCLXXXVI°, dominica qua cantatur Oculi.

Nach dem Diplom. eccles. Butzow., Cap. 19. Am Rande steht in der Schrift des 15. Jahrh.:
„Super capella sci. Georgii extra muros Butzow versus Rostock. Ecclesia scc. Elizabeth fuit alias in loco domus leprosorum."

— Gedruckt in Jahrb. VIII, S. 255.

1286. April 3. Anklam. 1843.

Bogislav, Herzog von Pommern, schenkt dem Kloster Ivenack das Eigenthum des Dorfes Klokow, sowie 4 Hufen zu Ivenack und die Mühle daselbst.

In nomine domini. Amen. Buguzlaus dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit, necesse est, vt acta principum cum suis subditis ordinata cum dictis testium et scripturarum legitimis documentis adeo perhennentur, vt in ipsis in sempiternum veritas eluescescat. Sane ad notitiam tam presentium, quam futurorum cupimus deuenire, quod nos de bona voluntate nostra, necnon fauorabili consensu dilectorum nostrorum fratrum Barnim et Ottonis et de nostrorum consilio vasallorum, pro anime nostre remedio salutari dedimus et appropriauimus dilectis nobis in domino preposito, abbatisse et conuentui sanctimonialium in Yuenak, ordinis Cysterciensis, villam Clokowe cum terminis eius, cum iudicio maiori et minori, cum cognitione cause, cum qualibet libertate, cum quolibet vsufructu, cum omni vtilitate et prouentu, qui in predicta villa nunc sunt aut in perpetuum fieri poterunt vel acquiri, ita vt de hiis ecclesia Yuenak et persone eiusdem in sempiternum gaudeant ea possidentes perpetua libertate. Ceterum quatuor sitos mansos in villa Yuenak, ad quos dominus Nicolaus Draco marscalcus et sui heredes expectationem habebant, prefate ecclesie duximus perpetuo concedendos. Jnsuper molendinum situm apud villam Yuenak, quod pertinet ad prefatos mansos, ecclesie sepedicte perpetuo nos donamus. Vt autem hec nostra donatio indeficiens perseueret, presens instrumentum predictis preposito, abbatisse et conuentui duximus largiendum. Cuius rei sunt testes: nobilis vir dominus Jakezo comes de Gutzekowe, honorabilis vir dominus R. abbas Stolpensis, Johannes prepositus Robelensis,

Rodolphus de Nienkerken, Nicolaus Draco, Henricus Heyden, Neuelingus, Conradus de Vemeren, Wi. de Vznam, Loduicus Kedi[n]g, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Thanchlim, anno domini M° CC° LXXX° VI°, tercio nonas Aprilis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer roth- und weiss-seidenen Schnur hängt das Siegel. Es ist schon sehr zerbröckelt, doch erkennt man noch den rechtshin sprengenden Reiter mit Schild und Lanze, und von der Umschrift die Buchstaben:

— ILLVSTIS DVC —

1286. April 18. Schwerin. 1844.

Helmold, Graf von Schwerin, verkauft dem Dom-Capitel zu Schwerin das Eigenthum von 9 Hufen zu [Herren-]Steinfeld, Rüting, Eixen, Trebbow, Lankow und Pampow.

Helmoldus, Graue zu Zwerin, verkauft dem Capittel zu Zwerin vor 70 Mk. gangbarer muntze den eigenthumb an neun hufen (vnd wie vff dem brieff geschrieben, zu Stenueld, Ruting, Eksen, Trebbow, Lankow vnd Pampow. Dan in der falten, da der brieff zusammengelegt, ist er enzwey vnd vermulschet, das man nicht recht hat lesen konnen, wieuiel hufen eines ieden dorffes verzeichnet.) Datum Zwerin, 1286., 14. kal. Maii.

Nach Clandrian, Proton. fol. 164*.

1286. April 20. Lübek. 1845.

Hermann, Bischof von Schwerin, Johann, Herzog von Sachsen, Gerhard, Johann und Adolf, Grafen von Holstein, Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, Gerhard, Graf von Hoya, Johann und Heinrich, Fürsten von Meklenburg, verbürgen sich für die Erfüllung der vom Herzog Waldemar von Schleswig gegen den König Erich von Dänemark am 31. März 1286 zu Nyborg urkundlich übernommenen Verpflichtungen.

Alle, som dette breff see, høre eller læse, ynsker Hermann aff Guds naade biskop til Sverin, Johannes hertug aff Saxen, Geert, Johannes oc Adolff greffver aff Holsten, Helmold, Claus greffver aff Sverin, Geert greffve aff Høya, Johannes oc Henrich greffver (!) aff Mekelnborrig, evindelig helsen med gud. Det skal alle vitterligt være, at paa hertug Woldemars vegne aff Slesvig vaar ydmygeligen begeret aff os, at vi skulde loffve for hannem, at hand skulde holde disse puncter, som udi efterskreffne breff findis inddragne, som er en forligelse

imellem konning Erich aff Danmarck oc hannem, huilcket breff saa liuder: *(Hier folgt die Urkunde über den Vergleich des Herzogs Waldemar mit König Erich, d. d. paa herredag udi Nyborrig, aar 1286, pridie calend. Aprilis.)* Effter høybemelte hertugis begering hafue vi forloffuere tilsagt med en corporlig eed, at, om forbemelte hertug giorde imod forneffnde løffte noget imod kongen, hans rige, vnderdane, eller lod giøre ved os eller andre, da ville vi det hindre, oc icke giffue der hemmeligt eller offentligt raad eller forscub til. Til diss forvaring hafue vi ladet henge vore indsegel herunder. Actum Lybeck, aar 1286, 12. calend. Maii.

Nach Hvitfeldt, I, 289—291. Darnach gedruckt bei Suhm, Hist. af Danm. X, S. 921—25, wo jedoch der Schluss der Bürgschafts-Urkunde fehlt. — Nach Mittheilung des Conferenzraths Wegener zu Kopenhagen findet sich diese Urkunde im dortigen Archive nicht.

Die Verpflichtungen, welche Herzog Waldemar gegen den König Erich von Dänemark übernahm, bestanden wesentlich darin, dass er seine Ansprüche auf Alsen und streitige Güter in Schleswig fortan aufgab, Münzen nur mit des Königs Bildniss schlagen zu lassen und ihm als seinem Lehnsherrn Gehorsam, Treue und Beistand zu beweisen versprach. Vgl. Waitz, Schleswig-Holsteins Geschichte I, S. 171.

1286. April 20. (Rostock.) 1846.

Wizlav, Fürst von Rügen, bestätigt den Verkauf der Brücke über die Reknitz und der Brückenlage von Seiten der Brüder Heinrich und Hermann von Dechow an die Stadt Ribnitz.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen.[1] Witz[laus] dei gratia princeps Ruyanorum omnibus hoc scriptum visuris salutem in domino salvatore[2]. Ne ea, qve geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, inventum est proinde[3] discretione provida, ut posterorum memorie commendanda scriptis autenticis perennentur. Notum ergo sit omnibus[4] presens scriptum tuentibus[5], qvod di[le]cti[6] cives et incole civitatis Ribbenitze emerunt pro LXX marcis Rostochiensis monete a domino Hinrico milite et Hermanno fratribus dictis de Degow[7] et eorum heredibus sive successoribus pontem suum et situm pontis cum tota reliqva via aque, que dicitur Re[kk]enitz[8], inter civitatem Ribbenitz predictam et opidum Dambeg[or]e[9] sub titulo iuste hereditatis perpetuo possidere, ita qvod super constructione et destructione si[u]e qvavis[10] permutatione eiusdem pontis et vie tot[ius][11] qvocunqve modo a nullo debent penitus[12] impediri. Nos qvoqve consensum gratuitum adhibentes, predictam emptionem adeo rationabiliter ordinatam appensionibus nostrorum sigillorum cum sigillis predictorum venditorum Hinric[i] et H[e]rm[an]n[i][13] duximus confirmandam[14]. Testes huius facti sunt: Gerhardus de Rostock, Johannes d[ictu]s[15] Babbe, [R]edagus[16], Johannes[17] Multiken, Hinricus d[ictu]s[18] Wulff et[19] Fridericus de Ker[k]dorp[20], Lambertus de Manegoldenhagen, Ge[orgi]us[21] Multiken, Gotfridus de Dudendorp[22],

Gotscalcus dictus Preen, milites, insuper universitas consulum in Rostock et alii qvam plures. Datum anno domini M. CC. LXXX. VI., proximo sabbatho post festum pasce.

Nach einer beglaubigten Abschrift (1) aus dem Ende des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin (derselben, von welcher 1663 eine mit dem fürstlichen Siegel — des Herzogs Gustav Adolf — beglaubigte Abschrift genommen ist [welche Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 57, kennt]). Eine ebendaselbst befindliche Abschrift (2) stimmt im Ganzen mit dem Abdrucke Rudloffs in der Urkunden-Lieferung S. 121 (3) „aus einer Vidimation des sechszehnten Jahrhunderts." Nennenswerthe Abweichungen sind etwa folgende: [1] In — Amen: fehlt 3 — [2] in nomine saluatoris: 2, 3 — [3] perinde: 2 — [4] cuilibet: 2, quibuslibet: 3 — [5] cernentibus: 2, 3 — [6] dilecti: 3; dicti: 1, 2 — [7] Dechou: 2; Dechow: 3 — [8] Rebbenitz: 1; Rekenitze: 2; Rekenitz: 3 — [9] Dambego: 1; Damgarde: 2; Damgardt: 3 — [10] sine qvavis: 1; siue qualibet: 2, 3 — [11] tota: 1; tote: 2, 3 — [12] pen. deb.: 2, 3 — [13] Hinrick et Harmen: 1; Hinrich et Herman: 2 — [14] confirmandos: 2; confirmandum: 3 — [15] Jo. Dars: 1; Jodars: 2; Joh. Babbe: R. — [16] Pedagus: 1 — [17] Johannes: fehlt 2, 3 (also Reddagus de Moltike!!) — [18] Dars: 1, 3; Darsz: 2 — [19] et: fehlt 2, 3 — [20] Kerdorp: 1 — [21] Jurgen: 1; Gerhardus: 2, 3 — [22] Dutendorp: 3 — Nach Rudloff gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 119.

1286. April 21. Rostock. 1847.

Die Stadt Rostock versichert dem Bürger Heinrich Frese, welcher ihr das Eigenthum des Dorfes Spotendorf zu Stadtrecht aufgetragen, für sich und seine Erben die unbeschränkte Nutzung dieses Gutes.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Consules ciuitatis Rostoc universis presencia visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Cum triplex discretio sit humanorum, videlicet recordatio preteritorum, gubernatio presentium et prouisio futurorum, necessarium est ac consuetum fieri scripturam, per quam cautio habeatur, ne de posteris discordiis inhiantibus acta dirimi valeant et evelli. Notum igitur esse volumus presenti privilegio universis, tam natis, quam nascituris, quod noster burgensis dilectus Henricus Friso villam Spotendor[p] ac proprietatem eius cum omni fructu et vtilitate, accessibus et egressibus eius, sylvis et pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, agris cultis et incultis, montibus, planis, viis et inviis, virgultis, nemoribus, piscationibus, possessionibus, iustitiis et rationibus, ac omnibus pertinentiis suis, prout infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, ita quod villam ipsam et alia qualiacunque ei adiacentia ultra dimensurationis funiculus non attingat, a nobili viro domino Henrico de Werle cum iudicio et libertate omni suis denariis comparauit, sicut privilegium continet inde confectum domini memorati. Noster vero comburgensis, cum sagacitate perpendens in ciuitatibus iura prevalere nostreque civitati favens, proprietatem predicte ville dimisit eidem ad idem ius, quo civitas nostra primitus est fundata, tenendo, ab eadem sibi cum suis heredibus omnes fructus emergentes reservando, ita videlicet, quod dictos fructus, in quoscunque usus con-

vertere decreverit, habebit liberam potestatem. Testes huius rei sunt: Reinekinus filius Rein(e)berti, Nicolaus de Molendino, Reinike de Lauue, Conradus de Lauue, Reineke Cerdo, Marcquardus de Ribbenisse, Ludeke [Vo]t[1], Henricus de Cropelin, [E]lerus[2] Pannicida, Theodoricus Koggemeister, Albertus Koesfelt, Henricus de Re[ts]ecouue[3], Yco, Theodoricus de Subzin, Volmarus de Kosfelt, Godscalcus, Johannes Thelonarius[4], civitatis nostre tunc consilio presidentes. Actum et datum in civitate Rostoc, anno domini M CC LXXX VI., dominica Quasi modo geniti.

Nach einer notariell beglaubigten Abschrift eines Transsumpts des Bischofs Ludolf von Schwerin aus dem Jahre 1333. Doch verbessern wir nach Nr. 1837 und 1841: [1] Ludeke Vot st. L. Witt, [2] [E]lerus st. Olerus, [3] Reisecouue st. Rekecouue. Ueber [4] Joh. Thelonarius vgl. Nr. 1767, Note. Der Beiname erscheint fortan als Familienname Tölner. — Gedruckt in den Rost. Nachr. u. Anz. 1752, Stück. 35, S. 141.

1286. April 30. Wismar. 1848.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihre Söhne Heinrich und Johann beurkunden, dass ihre Zwistigkeiten mit den Fürsten Nicolaus und Johann von Meklenburg, dem Bischofe Hermann und den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin durch den Fürsten Wizlav von Rügen beigelegt sind, und dass beide Parteien sowie die Fürstin Agnes von Rostock und ihr Sohn [Nicolaus] sich zu gegenseitigem Beistande verbunden haben.

Anastasia, Fraw zu Mekelnburgk, Hinricus vnd Johannes, Junckhern desselben landes, vrkunden, dass die missuorstende zwischen Hermann, Bischoffen zu Zwerin, Helmoldo vnd Nicolao, Grauen doselbst, Nicolao, Probsten, vnd dessen brudern Johanne, hern zu Mekelnburg, an einem, vnd sie erstbenante, anders teils, durch Wizlaum, Fursten zu Ruien, ihren bluttssfreund, vffgehoben, das sie hinfuro trewlich zusammen setzen vnd ein dem andern beystehen soll, welchs Fraw Agnes zu Rostoc vnd Jhr Sohn auch gelobt. Datum et actum in Wisemaria 1286., in uigilia Philippi et Jacobi.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 266[b]. — Vgl. Nr. 1794.

(1286.) 1849.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihre Söhne Heinrich und Johann versprechen dem Ritter Ludolf Hardenack Ersatz für den ihretwegen von dem Bischofe Hermann und den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin erlittenen Schaden.

Fraw Anastasia zu Mekelnburgk vnd ihre Sohne Hinricus vnd Johannes verpflichten sich, das sie ihren ritter Ludolphum Hardenacken zu geburlicher

erstatung dess schadens, der ihm ihrentwegen von Bischoff Hermanno vnd den hern Grauen Helmoldo vnd Nicolao gebrudern zu Schwerin zugefuget, verhelffen wollen.

Jst kein datum hirunter.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 140 b. — Vgl. Nr. 1848.

1286. Mai 8. Parchim. 1850.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Heil.-Geist-Kirche in Parchim das Eigenthum von den 4 Hufen zu Grebbin, welche die Kirche von dem Ritter Heinrich von Cramon und seinen Brüdern gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle omnibus in perpetuum. Obliuionis titulo cernimus gesta rerum quarumlibet denigrari, nisi fuerint litterali testimonio subarrata. Jnde est, quod ad noticiam tam presencium, quam futurorum omniumque, quibus presens scriptum videre contigerit, cupimus peruenire, quod nos, affectu pietatis ducti et animarum parentum nostrorum remedio, maturo nostrorum fidelium consilio prehabito, dedimus et contulimus ecclesie sancti Spiritus in ciuitate Parchim quatuor mansorum proprietatem in uilla Grabbin sitorum libere et quiete perpetuo possidendam, que bona fidelis noster miles Hinricus de Cremun et sui fratres eidem ecclesie prefate cum omni iure, vti ipsi ea habuerunt, et cum vtilitate et fructu, qui ex eisdem bonis deriuari poterit, videlicet pratis, pascuis, uiis et inuiis, cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, et cum redditibus singulis et prouentibus vniuersis racionabiliter vendiderunt et [in] nostra presencia, multis fide dignis presentibus, resignarunt. Ne autem talis nostra donacio prenotate ecclesie a posteris malignantibus aliquatenus poterit infirmari, presentes nostras patentes litteras eidem dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Huic eciam testimonio ad maiorem donacionis roboracionem viros offerimus fide dignos, quorum nomina subnotantur: Johannes Cocz, Nicolaus Hane, Nicolaus de Bruseuitz, Johannes de Duscin, Bernardus de Belin, Conradus de Cremun, milites, et alii quam plures, qui, cum hec fierent, astiterunt. Datum in ciuitate Parchim, anno M° CC° LXXXVI°, in octaua beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk., I, S. 121.

1286. Mai 16. Lübek. 1851.

Gerhard und sein Sohn Gerhard, Grafen von Holstein, verkaufen dem Propste Nicolaus [von Meklenburg], dem Decan Otto und dem ganzen Capitel zu Lübek die Dörfer Teschendorf und Techelwitz im Lande Oldenburg zum Behufe gewisser Vicarcien.

Nach dem Original gedruckt bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 337. Das Datum ist: „Datum anno domini M° CC° LXXXVI°, XVII° kalendas Junii".

1286. Juni 19. Schwerin. 1852.

Das Dom-Capitel zu Schwerin bestätigt dem Collegiatstifte zu Bützow alle durch Kauf oder Schenkung von den Bischöfen von Schwerin erworbenen Güter und Zehnten.

Nicolaus dei gracia prepositus, Fredericus decanus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum omnibus imperpetuum. Cum felicis recordacionis quondam dominus Thidericus et dominus Wilhelmus, episcopi Zwerinenses, fundatores ecclesie Butzowensis, cuius adhuc redditus prebendales tenues sunt et exiles, sub intencione augmentandi prebendales redditus ibidem opere decesserint imperfecto, et venerabiles in Christo patres et domini nostri quondam dominus Rodolphus et nunc dominus Hermannus, episcopi Zwerinenses, fundatorum predictorum vestigiis inherentes, quosdam mansos et decimas tum vendicionis, tum eciam donacionis titulo ad sustentacionem canonicorum Butzowensium et in opus diuini ministerii transtulerunt in ecclesiam supradictam: nos, eandem ecclesiam utpote secundum ecclesie nostre consuetudines et obseruancias omnimodas institutam ad instar predictorum patrum ac dominorum nostrorum fauore beniuolo prosequentes, donaciones, vendiciones et translaciones decimarum et mansorum predictorum ecclesie supradicte factas de communi consensu et voluntate vnanimi approbamus. Quorum mansorum et decimarum nomina sunt hec: in Diderikeshagen XII mansi, in Bertoldestorpe tres mansi, in Critzelmowe duo mansi cum dimidio, in Critzekowe vnus mansus, in Boldewinestorpe tres mansi; in Jordaneshaghen XX tremodia, que comparauit Helmicus canonicus ecclesie predicte pro vicaria perpetua ibidem; item duo mansi in Zwisowe, in Cernetyn (!) septem mansi, in Selowe tres mansi, in Beltz duo mansi, in Stenouen II mansi, in Cepelyn IV mansi, in Wolken duo mansi, in Reynerstorpe vnus mansus et quarta pars mansi, in Wolken duo mansi, in Niendorpe duo mansi, quos contulit bone memorie quondam Alberus miles; in Crase septem mansi, quos contulit venerabilis pater et dominus noster Hermannus episcopus pro missa in castro perpetuo celebranda; in Reynersdorpe duo mansi, in Weytendorpe tota decima, in Tarnow vnus mansus, in Jordanestorpe

VII mansi, quos habet, qui pro tempore fuerit prepositus Butzowensis. Ut autem huiusmodi noster consensus et ratihabicio de predictis incommutabilis perpetuo perseueret, presentem paginam inde confectam appensione sigilli nostri duximus roborandam. Datum Zwerin, anno domini M°CC°LXXXVI°, quarta feria ante natiuitatem Johannis baptiste [patriarche et prophete][1].

Nach dem Diplom. eccles. Butzow. fol. III[b] [Cap. 2]. Eine zweite Abschrift Nr. 108 (fol. 86[b]) hat am Schlusse den Zusatz: [1] „patriarche et prophete", welcher der ersten fehlt.

1286. Juni 20. Ukermünde. 1853.

Bogislav, Herzog von Pommern-Stettin, ertheilt der Stadt Malchin die Vergünstigung, in Anklam und den übrigen Städten seines Landes keinen höhern Zoll zu zahlen, als sie bisher in Demmin gezahlt hat.

Bugislaus dei gracia dux Stetinensis vniuersis Christi fidelibus presentia visuris vel audituris salutem in omnium seruatore. Vt acta, que a nobis rite fiunt, obliuioni non intercidant, consueuimus ea scriptis autenticis roborare. Hinc est, quod notum esse volumus tam posteris, quam presentibus, quod nos dilectis consulibus et ciuibus necnon et universis incolis ciuitatis Malechin in ciuitate nostra Tanclym necnon et ciuitatibus nostris et terris aliis libertatem thelonei, quam habent Dymin, contulimus graciose, nolentes ab eysdem ciuibus de Malchin in dicta ciuitate nostra Tanclym vel alias in terris nostris maius et amplius thelonium, quam Dymin dare sunt soliti, aliqu[a]tenus extorqueri. Et ut id, quod rationabiliter a nobis factum est, per successum temporis immutari non valeat, presentem cartulam inde conscriptam memoratis ciuibus de Malechin in testimonium dari fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes sunt: nobilis vir et magnificus dominus Hinricus de Werle, noster dilectus avunculus, venerabilis vir Hillebrandus abbas Stolpensis, Nicolaus Draco, Johannes de Belyn, Hermannus Musteke, Gerhardus de Cropelin, milites, et alii quam plures. Datum Vkermunde, anno domini M°C°C°LXXXVI., in crastino Geruasii et Prothasii.

Nach einer Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Vgl. Nr. 1854.

1286. 1854.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt die der Stadt Malchin und allen andern Unterthanen des Fürsten Heinrich von Werle zustehende Zollermässigung in Pommern.

Nos Bugislaus dei gracia dux Schlauorum, sano consilio prudentum vasallorum nostrorum modis omnibus inclinati, ad qu[o]d dilecti fratres nostri Barnim

et Otto sue voluntatis i[n]dicium prebuerunt, ob fauorem et dilectionem, quam ad dominum Hinricum de Werle habemus, sue ciuitati dicte Malchin et omnibus suis terris huiusmodi gratiam et libertatem, sicuti a nobis hactenus habuerunt, protestantes tenore presentium stabilimus ita perficere (!), vt iidem burgenses et universi suas terras inhabitantes, videlicet avunculi nostri domini Hinrici de Werle, sua bona qualiacunque per Penam in dominio fratrum nostrorum et nostro sine cuiuslibet thelonii persolutione libere ducere nauigio valeant atque possint, preter vnam navem magnam dictam bolscip, de qua dabuntur XVI denarii, et aliam navem dictam scute, de qua sunt dandi VIII denarii, et tertiam navem dictam cane, de qua dandi sunt IIII denarii. Jnsuper (quid magis) per omnes terras nostrorum fratrum et nostras de cur[ru]' quatuor denarios tantummodo dabunt. Et ad huius obseruationem presentes literas sigillari fecimus, testes super huiusmodi conscribendo, et ideo nolumus, vniuersas ciuitates et terras superius predictas in libertate et gracia huiusmodi tradita ab advocatis et officialibus nostris quibuscunque aliquatenus impediri. Hii sunt testes: Re[m]bernus de Wacholt, Hinzeke de Hedebrake, Johannes de Hedebrake, Ludouicus Kedingus, Rudolf[us] de Nienkerke. Draco, Wissekinus, et consules ciuitatis Demin: Marquardus de Guscow, Hermannus de Mersch, Johannes Cerdo, Bernhardus de Stochim, Bertholdus Spoliator, Emecke, Wescel Jnstitor, Arnoldus Caupo, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M°C°C°LXXXVI.

Nach einer Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. Der Satz: Insuper quid magis etc. ist augenscheinlich verderbt; statt ' „de curen" ist wohl „de curru" zu lesen.

1286. Rostock. 1855.

Johann Schermer verkauft an Brunsten ein Haus zu Rostock und einen Garten vor der Stadt.

Johannes Schermere vendidit Brunstene' de Haltere hereditatem Gotfridi Schermere, sicut eam emerat a Henrico Danneberch, et vnum ortum extra plankas, et sibi rationabiliter resignauit. Conradus Treppere promisit warandiam diei et anni. Theodericus Subecin et Ludolfus Pes tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 119 b. — ' Brunstene ist verbessert aus Brunoni.

1286. Juni 28. Rostock. 1856.

Die Stadt Rostock leihet von dem Juden Salathiel 500 Mk., verheisst demselben, diese Anleihe in Raten von 100 Mk. aus dem Schoss zurückzuzahlen, und verspricht ihm Schutz und bei seinem Wegzuge freies Geleit.

Notum sit, quod Salathiel Judeus prestitit ciuitati CCCCC marcas denariorum, quas sibi debet soluere ciuitas sub hac forma, quod recipiet in proxima

collecta C marcas et in secunda collecta C marcas et sic de aliis collectis, donec sibi dicta pecunia totaliter sit soluta, et quando aliqua pars fuerit soluta, debet protinus defalcari. Jtem recepit eum ciuitas in suam protectionem et tuicionem ab omnibus iniuriis et exactionibus indebitis modis omnibus confouendo. Jtem in suo recessu ordinabunt sibi pro sua pecunia ducatum, in quantum possunt. Jtem si prefatus Salathiel moreretur, vxori eius similiter et pueris suis omnia hic conscripta seruabuntur. Acta sunt anno domini M° CC° LXXXVI°, in vigilia Petri et Pauli. Ludolfus Pes et Gotscalcus in noua ciuitate tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 120. Getilgt. — Vgl. Nr. 1683 und 1756.

1286. Rostock. 1857.

Reiner, Reimberts Sohn, verkauft seine Mühle für 100 Mk. an Gerhard von Lage, den Zöllner, und verspricht, dieselbe, sobald Gerhard die Belehnung erwirkt hat, ihm, seinen Brüdern und ihren rechten Erben zu verlassen.

Reynerus filius Reymberti vendidit Gherardo thelonario suum molendinum pro C marcis; et quando pheodum dicti molendini predictus Gherardus optinere potuerit, pretactus Reynerus sibi et fratribus suis et eorum pueris, iustis heredibus, resignabit. Ludolfus Pes, Theodericus de Subecin et Marquardus de Ribeniz tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 121. — Vgl. Nr. 1767.

1286. Juli 26. 1858.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestätigt dem Dom-Capitel zu Riga das von seinen Vorfahren verliehene Landgut Tatow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gracia dominus Magnopolensis vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ne rerum acta temporalium temporis evanescant ab elapsu, per scripturarum testimonia commendari memorie consueuerunt. Sane igitur, quod illustris Borwinus quondam dominus Magnipolensis, de voluntate filii sui domini Henrici dicti de Werle, nostri proaui pie memorie, subsequente eciam consensu domini Johannis, nostri aui, et Hinrici, patris nostri felicis recordacionis, predium in Thatecowe cum omni iure ad ipsos pertinente et cum terminis, quos iam dictum predium ab antiquo possedit, qui eciam in ipsorum privilegiis manifestius exprimuntur, ecclesie sancte Marie Rigensi ex pia deuocione in perpetuam elemosinam dinoscitur contulisse, ne felicibus parentum nostrorum operibus derogare videamur, ob salutem animarum ipsorum, necnon propter participacionem bonorum

operum, que ad honorem dei in memorata fiunt ecclesia, vna cum matre nostra Anastasia et fratre nostro Johanne prefate donacioni gratam voluntatem apponimus et consensum, rogantes vniuersos et singulos, qui pro nobis facere vel dimittere voluerint, quatenus sepedictam ecclesiam in huiusmodi elemosina non inpediant, sed pocius promoueant causa nostri. Jn cuius rei perpetuam firmitatem nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno incarnacionis dominice M. CC. LXXX° VI°, proxima sexta (sexta) feria post festum sancti Jacobi.

Nach dem Codex Rugianus (aus dem 14. Jahrh.), im Provincial-Archive zu Stettin. — Gedruckt in Jahrb. XIV, S. 256; v. Bunge, Livl. U.-B. I, S. 625. — Vgl. Bd. I, Nr. 301, und Nr. 1859.

(1286.) 1859.

Hermann, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst überlassen dem Dom-Capitel zu Riga die bisher streitig gewesenen Zehnten aus den Dörfern Tatow (bei Ilow) und Millienhagen (bei Richtenberg).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gratia episcopus, Nicolaus eadem gratia prepositus, Fredericus decanus totumque Zuerinensis ecclesie capitulum omnibus hoc scriptum visuris salutem et sinceram in domino caritatem. Ad perpetuam rei memoriam presentibus protestamur, quod, cum illustris princeps dominus Borwinus Magnipolensis[1] bone memorie ob remedium tam sue anime, quam suorum parentum et heredum, prout in ipsorum litteris manifestius continetur, predium in Thatecowe[2], quod XI mansos continere dicitur, cum omni iure et utilitate ad ipsum pertinente ex pie deuotionis affectu[3] ecclesie sancte Marie Rigensi(s)[4] possidendum perpetuo libere contulisset, et inter nos, ex parte una, et iam dictam Rigensem ecclesiam, ex altera, sup[e]r[5] decimis pretacti[6] predii mota fuisset materia questionis, considerantes tandem, quam graciosum et fauorabile sit elemosinas fidelium non minuere, sed potius aucmentare, supradicte donationi, quam ob piam deuotionem excogitatam et factam discernimus, gratam uoluntatem apponimus et consensum, resignantes, quitquid iuris et actionis competere possit super uniuersis eiusdem predii decimis nobis aut[7] nostris successoribus in futurum. Sane etiam, cum sepedicta Rigensis ecclesia in Jndagine sancte Marie iuxta mensuram, qua metiri solent indagines, quinque mansos habeat, quorum tertiam partem magistri dicte indaginis titulo locationis in feodo tenent, decimas omnes de predictis mansis, tam absolutis, quam infeodatis, in perpetuam possessionem tenore presencium eidem ecclesie duximus conferendas. Jgitur, ne presens factum, quod in nullum dampnum nostre ecclesie recognoscimus peruenisse[8], eo quod prenarrate Rigensis ecclesie canonici et procuratores in Wlue[s]hagen[9], uidelicet Johannes et Wedekindus, nobis ad comparandum alios reditus in maioribus seruierunt[10], aliqua instancia [a]ut[11] calumpnia ualeat impedire, nostra

sigilla in robur perpetue firmitatis presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CC° LXXX° VI°.

Der vorstehende Text ward aus dem jetzt in der Bibliothek zu St. Petersburg aufbewahrten Originale (mit den Fehlern: [4] Rigensis, [5] supra, [9] Wluelhagen, [11] ut) zuerst gedruckt in den „Mittheilungen aus dem Gebiete der Geschichte Liv-, Esth- und Curlands" III (Riga, 1843), S. 496, dann in Jahrb. XIV, S. 257, und bei Bunge, Liv-, Esth- und Curländ. U.-B. I. Das anhangende Siegel ist nach der Beschreibung in den „Mittheilungen" a. a. O. das in Bd. I, zu Nr. 609, abgebildete Siegel des Schweriner Dom-Capitels. Im Jahre 1613 war das Original im Archive im Schlosse zu Krakau, wie aus dem Inventarium desselben aus jenem Jahre hervorgeht: „Hermannus, archiepiscopus Verinensis (!), decimas ex praedio Jaketowe (!) donat ecclesie Rigensi. Datum anno 1286." (Mittheil. III, 1, S. 67.) — Eine zweite Ausfertigung scheint der Abschrift im Codex Rugianus, Nr. 138 (s. unsere Nr. 1858), zum Grunde zu liegen, welche gedruckt ist bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 58 (Nr. CLXXX). Die Abweichungen dieses Codex sind folgende: [1] Magnopolensis — [2] Tathecowe — [3] ex pio deuotionis affectu: fehlt — [4] Rigensi — ([5] supra: Or., Cod. Rug.) — [6] predicti — [7] quicquid iuris et actionis super eiusdem uniuersis predii decimis nostre ecclesie fortassis actenus competebat aut forte posset competere nobis uel — [8] prouenisse — [9] Wolueshagen — [10] al. redditus in centum marcis seruierunt — [11] uel. — Vgl. Nr. 1858 und Bd. I, Nr. 301.

1286. 1860.

Nicolaus, Graf von Schwerin, bestätigt dem Dom-Capitel zu Riga das von seinem Vater, dem Grafen Gunzelin, verliehene Patronat der Kirche zu Zittow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus dei gratia comes Cwerinensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem. Ad perpetuam rei memoriam presentibus protestamur, quod, cum post mortem domini Simonis bone memorie, quondam canonici Cwerinensis et plebani in Cithecowe, super iure patronatus eiusdem ecclesie inter nos, ex parte vna, et ecclesiam Rigensem, ex altera, mota foret materia questionis, instructi tandem, qualiter felicis recordationis pater noster Guncelinus, quondam comes Cwerinensis, idem ius patronatus memorate Rigensi ecclesie in remedium sue anime ac suorum parentum et heredum deuota liberalitate contulerit, ne patris nostri piis operibus derogare videamur, eidem collationi gratam voluntatem apponimus et consensum, volentes, ut ad prepositum et conuentum prenarrate Rigensis ecclesie in futurum pertineat, quicquid iuris in pretacta ecclesia Cithecowe ad nos et nostros heredes hactenus pertinebat. Datum anno domini M° CC° LXXXVI°.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem aus der Urkunde geschnittenen Streifen hängt der Rest eines Siegels, auf welchem noch zwei Lindwürmer an einem Baume erkennbar sind; die Umschrift ist ganz abgebrochen. Vgl. die Abbildung in Bd. II, zu Nr. 1492. — Gedruckt in Jahrb. XIV, S. 259.

Anm. Die Verleihungs-Urkunde des Grafen Gunzelin ist, wie es scheint, nicht mehr vorhanden.

1286. Aug. 3. Güstrow. 1861.

Nicolaus, Fürst von Werle, belehnt das Dom-Collegiat-Stift zu Güstrow mit zwei vom Vogte Johann Stint erkauften Hufen in Kuhs zu Mannrecht.

Nycolaus dei gracia domicellus de Werle vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ea que geruntur in tempore, ne simul euanescant cum tempore, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod ad noticiam tam posterorum, quam presencium cupimus peruenire, quod ad honorem dei omnipotentis et beate genitricis eius Marie sanctique Johannis ewangeliste necnon et beate Cecilie, de promocione Godefridi prepositi Gustrowensis, proprietatem duorum mansorum in villa Cuziz, quos Johannes dictus Stint, quondam noster aduocatus, possederat ac postmodum uendidit nominato preposito, sub suis terminis sine dimensione funiculi ad ius uasallorum nostrorum in omnibus, prout bona eorum a nobis possident, dedimus ecclesie Gustrowensi perpetuo ac libere possidendam cum omnibus attinenciis et lignis et paschuis et ceteris, que aliis mansis in eadem uilla iacentibus secundum proporcionem debitam cedere dinoscuntur. Vt igitur hec nostra donacio rata et inconwlsa maneat, sigilli nostri munimine decreuimus roborare. Testes huius sunt: clerici: Godefridus prepositus, Conradus decanus, Otto custos, Lambertus, Conradus, Hinricus Friso, Euerardus; laici: milites Arnoldus Bruschauere, Johannes et Bernardus fratres de Belyn, Johannes de Dussin, Conradus Cremun, Heydenricus de Domechowe aduocatus, et alii quam plures, tam layci, quam clerici fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° VI°. Datum Gustrowe, III. nonas Augusti, in die inuencionis Stephani.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XVII. — Fragment gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 788.

1286. Aug. 9. Schwerin. 1862.

Hermann, Bischof von Schwerin, und sein Dom-Capitel verkaufen dem Kloster Doberan die ganzen Zehnten aus den Dörfern Bretwisch, Zarnewanz, Bölkow, Gr.-Grenz, Albertsdorf (Zweedorf) und Kartlow, sowie aus einigen Hufen in Kritzemow und Niendorf, und tauschen gegen die halben Zehnten aus Diederichshagen bei Warnemünde, Lambrechtshagen und Bargeshagen von demselben die Dörfer Drispeth und Lübstorf ein.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gracia episcopus, Nicolaus prepositus, Fredhericus decanus totumque Cwerinensis ecclesie capitulum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Inter plura humane condicionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, vt nec multitudini rerum, nec

longitudini temporis sufficientem se valeat exhibere; vnde et racio docuit et consuetudo didicit, vt fragilitati memorie per quedam signa et testimonia succurratur. Hinc est, quod tam presentibus, quam futuris notum fieri volumus litteras per presentes, quod nos venerabili et dilecto in Christo abbati totique conuentui monasterii de Doberan, Cisterciensis ordinis, nostre diocesis, decimas villarum, quarum ista sunt nomina, videlicet integram decimam in Pritwisch, integram decimam in Zarnewanz, integram decimam in Bolecowe, integram decimam in villa, que Magnum Grenz dicitur, integram decimam in Albrechtestorpe, integram decimam in Kartlowe, in Critzemowe quinque mansorum integram decimam, in Niendhorpe duorum mansorum et dimidii mansi decimam integram, communi consensu vendidimus pro sexcentis marcis denariorum vsualis monete in vsus ecclesie nostre conuersis, ita vt easdem villas et mansos cum omnibus decimis, tam maioribus, quam minutis, absolutis pariter et infeodatis, cum omni vtilitate, iure et proprietate, que nobis et ecclesie nostre in eisdem hactenus competebant et deinceps competere possent vel poterunt in futurum, Doberanensis ecclesia perpetuis temporibus pacifice possideat et quiete. Ceterum commoditati monasterii de Doberan et vtilitati ecclesie nostre Cwerinensis prouidere cupientes, cum decimis villarum quarumdam eidem monasterio de Doberan iuxta sitarum pro duabus eiusdem Doberanensis ecclesie villis, videlicet Trispete et Lubestorpe, que nobis adiacent, quandam permutacionem duximus faciendam, scilicet vt dimidiam decimam in Thiderikeshagen iuxta Warnemunde, dimidiam decimam in Lambrechteshagen et dimidiam decimam in Beringhereshagen cum decimis maioribus et minutis, absolutis pariter et infeodatis, cum omni utilitate, iure et proprietate, sicut ad nos et ad nostram ecclesiam pertinebant, predicti abbas et conuentus monasterii de Doberan ac perpetui successores eorumdem pacifice et quiete perpetuo possideant pro eisdem villis Trispete et Lubestorpe, quas villas in recompensacionem iam dictarum decimarum ecclesia nostra Cwerinensis proprias ex integro nullius hominis contradictione obstante iugiter possidebit. Preterea, cum ex debito nostri officii ad cohercendam rodencium gregem Christi luporum rabiem teneamur, vt nostra excolenda domini vinea non inmerito commendetur, sepenominatis abbati et conuentui monasterii de Doberan presentibus indulgemus, vt nostra auctoritate tam illos, qui debitas decimas prescriptas tempore suo non dederint, quam illos, qui eos in eisdem decimis quocumque modo impedierint aut molestauerint, in monasterio proprio siue in qualibet ecclesia nostre diocesis, vbicumque maluerint, per se vel per sacerdotes locorum excommunicatos denunciare valeant, vbi, quando, quociens et quomodo sibi nouerint oportunum. Admittimus insuper, vt de ipsis decimis ordinent et disponant in quibuslibet nunc et deinceps, sicut sibi et ecclesie sue probauerint vtilius expedire. Vt igitur hec nostra tam racionabilis vendicio simul et permutacio iugiter maneat inconwlsa, expresse renunciamus super hiis omnibus nostro et ecclesie nostre nomine exceptioni doli mali et

actioni in factum, beneficio restitucionis in integrum et excepcioni, quod predicta pecunia in vtilitatem ecclesie nostre non sit conuersa, omnibus litteris, priuilegiis et indulgenciis apostolicis contra predicta impetratis aut impetrandis et omnibus aliis excepcionibus ac defensionibus omnique iuris aut legum auxilio canonici ac ciuilis. Jn cuius rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte sigillorum nostrorum appensionibus roborantur. Testes huius actionis nostre sunt: venerabilis dominus Arnoldus abbas Noui Campi, Tidericus prepositus in Rune, Henricus plebanus in Tribuses, Ludolphus plebanus in Croppelin, clerici; item Henricus dictus de Kolne, Johannes dictus Babbo et Fredhericus dictus Moltishane, milites et castellani in Butsowe, item Johannes dictus de Niendhorpe, miles et castellanus in Warin, item Ludolphus, aduocatus noster in Butsowe, item Henricus dictus de Cwerin, vasallus ecclesie nostre, et Erpo, vasallus noster et castellanus in Warin, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in ciuitate Zwerin, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo octogesimo sexto, quinto idus Augusti, indictione XIIII^{a}, concurrente primo, epacta XXIII^{a}. Datum per manum magistri Gherardi notarii nostri.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An seidenen Fäden hangen die in Bd. II, zu Nr. 1297, und in Bd. I, zu Nr. 609, abgebildeten Siegel des Bischofs Hermann und des Dom-Capitels. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1583, und bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 81.

1286. Aug. 10. Malchow. 1863.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Dobbertin die demselben noch nicht gehörende Hülfte des Dobbertiner Kloster-Sees (des Jager-Sees) und den Vogtszug auf dem See von Kleisten.

In nomine domini. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle omnibus presentis littere inspectoribus, tam presentibus, quam futuris, salutem in domino Jhesu Christo. Cum ex karitatis officio sacris locis ac monasticis salubriter intendere teneamur, maxime tamen incumbit nobis, vt monasteria, que progenitores nostri pro diuini cultus ampliori gracia feliciter instaurarunt, nos piis presidiis foueamus, in quantum possumus eorum indigenciis concedente domino suffragantes. Ad noticiam igitur omnium presencium et futurorum volumus peruenire, quod dominus Henricus Dobertinensis ecclesie prepositus, vir reuerendus et honorabilis, suam nobis exhibuit presenciam, obsecrans suppliciter et deuote, quatenus sibi medietatem stagni Jawir, quam ecclesia hactenus non habuerat, uenderemus, allegans commoda et utilitates, que ad uictum cottidianum possent ex hoc stagno virginibus ibidem deo famulantibus prouenire, ostendens eciam uexaciones et incommoda, que ab alienis piscatoribus in sua parte stagni frequentius pateretur, quos nequaquam posset sine litibus prohibere. Nos igitur de

propria cordis deuocione et de maturo fidelium nostrorum consilio pio consensu sue iuste postulacioni gratanter annuentes, prefatam medietatem nostram, quam in hoc stagno habuimus, sicut in suo circumquaque litore continetur, predicto preposito pro marcis uendidimus sexaginta, adicientes tractum unum in stagno Clesten, qui dicitur tractus aduocati, uolentes et firmiter statuentes, ut prelibata Dobertinensis ecclesia cum omni libertate, proprietate, integritate et vtilitate denominatas has possideat aquas et eis cum omni iure libere perfruatur, preter ea, que manui siue collo intendunt, de quibus si uentum fuerit ad satisfactionem, aduocatus noster iudicabit ea in bonis ecclesie, duas partes nobis dabit et terciam prefate ecclesie reseruabit. Ne autem nostrum pium huius rei racionabile factum calumpniose possit aliquis in posterum irritare et ut robur obtineat perpetue firmitatis, dilecti patrui nostri domini Hinrici de Werle sigillo et nostro et testium subscriptione presentem paginam duximus roborandam. Testes autem sunt: clerici: Johannes prepositus de noua ciuitate Robele, Johannes plebanus de Rochowe, Bernardus plebanus de Lomene, Hermannus plebanus de Malchowe; milites uero: Arnuldus et Henricus dicti Brusehauere, Nicolaus Gallus, Mathyas Ketelhot, Nicolaus de Bruseuize, Henricus iunior de Cremun, Johannes Koz, Volradus Dargaz, Conradus de Cremun, Thetlews Wackerbart, Johannes Pren, Bernardus Plesse, Johannes de Dussin, Johannes et Bernardus de Belin, Heydenricus Domechowe, aduocatus in Gustrowe, et Dudinch; serui: Baruldus, Rauen et Arnuldus fratres de Wocethen, Jwanus et Nicolaus de Belowe, Johannes Wncke, Hermannus et Henricus filii Arnuldi militis dicti Brusehauere, Gerardus de Cremun et alii quam plures viri prouidi ac honesti. Datum Malechowe, per manum notarii nostri Martini dicti de Malin. (h) Acta sunt hec anno domini MCC° LXXX° VI°, in die Laurencii martiris.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Dobbertin. Angehängt sind zwei Siegel:

1) an einer Schnur von rother Seide das in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich;

2) an einer Schnur von rother und gelber Seide das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel des Fürsten Nicolaus.

— Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 789, und bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 122.

(1286.) Aug. 29. Asloe (Christiania). 1864.

Hakon, Herzog von Norwegen, sichert Lübek, Rostock, Hamburg, Stralsund und den übrigen deutschen Seestädten die Handelsfreiheiten in seinem Herzogthume zu, welche sie vor dem Ausbruch des Krieges genossen hatten.

Haquinus dei gracia dux Norwegie viris honestis et discretis dominis consulibus et rectoribus et uniuersis communitatibus ciuitatum de Lybeke, Rostok,

Hamburg, Stralesund et ceterarum marittimarum ciuitatum Theotunie salutem et scincere dileccionis affectum. Cum inter Normannos et Theutonicos pro tempore maior fuerit exorta dissensio, quam deberet, nec in hoc nos partem habere recognoscimus, et quia diuina confauente gracia pax et concordia nunc est inter nos reformata, volumus eandem vobiscum et cum nostris, ubicumque locorum in ducatu nostro et districtu ipsos applicare seu transire vel moram trahere contigerit, firmiter et inuiolabiliter obseruare. Jn signum eiusdem gracie et amoris vobiscum continuandi dedimus in mandatis domino Halkillo Krokedanz, castellano nostro in Asloia, ciuitate nostri duca[t]us precipua, cuius p[o]rt[u]m quondam plures de vestris bene nouerunt, quod, si qui mercatores de partibus Theutonie ad prefatam ciuitatem cum rebus suis et mercimoniis velificare decreuerint, ipsos honori[fi]ce suscipiat et humaniter pertractet, quemlibet ipsorum in suis [iu]ribus ac libertatibus eisdem datis ab antecessoribus nostris, regibus Norwegie illustribus bone memorie, patre scilicet et auo nostro, ab aduersitate qualibet defendendo. Vnde rogamus, quod cum hominibus nostris ad loca vestra transfretantibus viscissitudine reciproca faciatis. Data Asloie, in decollacione sancti Johannis baptiste, anno suscepti regiminis ducatus nostri secundo[1].

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 453, aus dem auf der Lübeker Trese befindlichen Original, an welchem das Siegel wohl erhalten ist. — [1] Sartorius II, S. 126, zählt den „annus secundus" vom Tode des Königs Magnus († 1280), und setzt daher die Urk. ins Jahr 1282. Allein 1282 war Hakon erst 12 Jahre alt (Torfeus ad a. 1270). Da der Krieg Norwegens mit den Seestädten erst 1284 ausbrach (s. oben Nr. 1732 figd.) und erst 1285, Oct. 31, beendet ward (s. oben Nr. 1821), so setzen die Herausg. des Lüb. U.-B. die Urk. ins J. 1286, indem sie Hakons Regierung von dem J. 1284 an, wo er mündig geworden, rechnen; ebenso Lange und Unger in ihrem Diplomatar. Norveg. V, 1, p. 16. (Das L. U.-B. gibt nach dem Or.: ducamus, partem, honorice, viribus.)

1286. Sept. 4. Ukermünde. 1865.

Bogislav, Barnim und Otto, Herzoge von Pommern, schenken dem Kloster Broda die freie Fischerei mit einer Wade auf dem Frischen Haff.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen.[1] Bugizlaus, Barnim et Otto dei gratia Slauorum duces omnibus presentes litteras uisuris, lecturis et audituris cum omnis boni plenitudine salutem in domino sempiternam. Ne acta principum cum suis fidelibus legitime celebrata per temporis interlapsum aliquid inmutacionis, destructionis et inplenitudinis sorciantur, ipsa in cautionem malignandi preclusionis addita viua uoce testium ydoneorum firmissime conscribuntur. Sane igitur constet nacionibus presentibus et futuris, quod simpliciter propter deum nos[2] dilectis nobis in Christo dominis regularibus canonicis preposito et conuentui claustri nostri Brodis donauimus, indulsimus ac donando appropriauimus vnam sagenam siue libertatem sagene vnius in Mari nostro Recenti per se uel per alios piscandi per longum, latum, ad utrumque latus, vbicumque magis ex-

pedire uidebitur, libere, pacifice et secure; hac adiecta specialitate, quod, si aliquo tempore in ceteras sagenas precariam committere eueniret, hanc semper sagenam de peticione danda qualibet exemptam habere uolumus et exceptam. In cuius rei euidenciam presens instrumentum dictis dominis preposito et conuentui super tali nostra donacione pia fecimus clargiri. Testes huius sunt: illustres principes (!) dominus Heynricus de Werle, auunculus noster Heynricus [3], Reymarus de Wachholte, Henzekinus de Heydebrake, Nycolaus Drako, milites nostri, Jahezow [4] domicellus de Gutzekov comes, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Vkermunde, anno domini M° C° C° LXXX° VI°, pridie nonas Septembris.

Nach der Original-Ausfertigung im Archiv zu Neustrelitz, welche an rothen seidenen Fäden noch Ueberreste des Siegels trägt. Daneben wird noch ein zweites Original aufbewahrt, in einer sehr flüchtigen cursivischen Minuskel, mit Spuren des zerfallenen Siegels an einem eingehängten Pergamentbande. Anscheinend ist dies die erste Ausfertigung, welche jenem obigen Original zu Grunde liegt. Die Eingangsformel [1] „In — Amen" fehlt in diesem; nachher steht [2] „nos" schon vor „simpliciter". In der Zeugenreihe steht: [3] „illust`s p`nceps dn̄s Hinricus de W`le auūclus nr̄ krūs", d. h. „illustris princeps dominus Hinricus de Werle, auunculus noster karissimus.". Der Schreiber der abgedruckten Original-Ausfertigung hat offenbar „illustris princeps" und „karissimus" verlesen, das k für h genommen, krūs für Hrus (und Heinricus aufgelöst), wie er auch später [4] „Jahezow" gibt, während in dem andern Exemplar „Jakezo" steht. — Nach einer beglaubigten Abschrift im Haupt-Archiv zu Schwerin gedruckt in Jahrb. III, S. 225.

1286. Sept. 17. Rostock. 1866.

Heinrich, Fürst von Werle, bestätigt für sich und im Namen der Fürsten von Rostock dem Kloster Neuenkamp die demselben von seinem Oheim, dem Fürsten Borwin von Rostock, verliehene Befreiung vom Durchgangszoll in Marlow.

Heynricus dei gracia dominus dictus de Werle vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod super liberali donatione, quam predilectus noster patruus dominus Burwinus pie memorie ecclesie Noui Campi, Cysterciensis ordinis, iure perpetuo fecisse dinoscitur, in eo videlicet, quod persone memorate ecclesie seu res eiusdem Marlowe pertranseuntes nullum dabunt penitus perpetuis temporibus theloneum, hanc paginam nomine nostro necnon dilecti patruelis nostri bone recordacionis domini Woldemari ac posterorum eiusdem presentium et futurorum pro sufficienti perpetuaque confirmatione eidem ecclesie sub subscripcione testium tradidimus nostri sigilli patrocinio roborat[a]m, prohibentes districtius, ne quisquam officialium uel executorum iuris uel thelonearіorum dicti loci Marlowe aut quispiam alius personas uel res sepenominate ecclesie in prefata donacione nostraque confirmacione modo quolibet audeat inpedire. Testes sunt: domicellus Nycolaus filius noster, dominus Tessemarus de Campiz, Petrus de Butsowe, burgenses in Rostok, Heynricus de

Cepelin. Datum Rostok, per manum nostri notarii magistri Arnoldi, anno gracie M° CC° LXXX° VI°, in die beati Lamberti.

Nach dem Original im Provincial-Archiv zu Stettin, mitgetheilt von dem Herrn Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Das Siegel fehlt.

1286. Sept 22. Schönberg. 1867.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, setzt für seine Lebenszeit den Zehnten einer Hufe in Dassow zur Unterhaltung der dortigen Brücke aus.

Nos Conradus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus notum esse cupimus uniuersis presentia uisuris et audituris, quod nos, considerata et intellecta grauissima necessitatis angustia, asperitate et periculo uie, pontis et transitus prope ripas aque in Dartszowe, ubi plurimi cum multo timore et periculo rerum et vite, ueluti per stratam ualde necessariam, frequentius transire debent, diuino amoniti spiritu, communem utilitatem atendentes, totis ui[s]ceribus omnibus per iam dictum pontem et uiam ambulantibus conpatientes, asignamus et deputamus annuatim, quamdiu deo concedente uita comite permanemus, decimales prouentus unius mansi de decimis nostris sitis in agris uille prenominate ad reparationem et conseruationem dicti pontis, benigno animo affectantes alleuiare dificultatem et impedimentum iam dicti transitus, quod multis hactenus incommodum generauit. Ut autem hoc pium factum nostrum temporibus nostris firmum maneat, in recordationem eiusdem presentia scribi fecimus et sigilli nostri testimonio communiri. Datum Sconeberge, anno domini M° CC° LXXXVI°, in die sancti Mauritii.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübeck I, S. 454, aus „dem Original auf der Trese (zu Lübek), jedoch ohne Siegel".

1286. Oct. 1. Rostock. 1868.

Agnes, Fürstin von Rostock, und ihr Sohn Nicolaus bestätigen dem Capellan an der Petrikirche zu Rostock das Dorf Papendorf.

Agnes dei gracia domina de Rozstoc et Nycolaus filius eiusdem vniuersis presensia visuris uel audituris salutem in domino. Quia, que semel deo dedicata sunt, ad humanos vsus ammodo reuerti non debent, hinc est, quod volumus esse notum tam presentibus, quam futuris: misericordia Christi nos mouente, de bona voluntate nostra, accedente ad hoc consilio vasallorum nostrorum, concedimus ac libertamus cappellano sancti Petri in Rozstoc, qui pro tempore preest ecclesie sancti Petri ibidem, omnem libertatem, quam a progenitoribus nostris habuit in villa Papendorp, perpetuo duraturam, in omnibus terminis suis, pascuis, pratis,

agris cultis et incultis, nemoribus, viis, inuiis, aquis aquarumque decursibus, et vt omnes prouentus a dicta villa Papendorp recipere poterit cum omni commodo atque pace. Jgitur ne persona predicte ecclesie, quicumque fuerit, in dicta villa in posterum ab aliquo molestetur, damus eidem omne ius vasallorum nostrorum, insuper maius [ivdicium] [1], colli videlicet atque manus, perpetuo in eadem, prout nostri progenitores plenius possederant ab antiquo; nec peticionem, nec aliquid aliud, quocumque nomine censeatur, nobis in dicta villa penitus retinentes [2]. Volumus preterea, ut coloni dicte ville neque nobis, neque alicui persone ad aliqua seruicia teneantur, sed tantum capellano predicto sancti Petri, nisi ad defencionem tocius patrie fuerint euocati, que lantwere wlgariter nuncupatur. Vt igitur huiusmodi facta nostra rata permaneant, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt: Johannes Molteke, Fredericus de Kercdorp, Gozscalcus de Pollen, Reddagus, milites. Acta sunt hec in Rozstoc, anno domini M° CC° octuagesimo sexto, in die Remigii confessoris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von rother und weisser Seide hangen zwei Siegel:

1) das oben zu Nr. 1676 abgebildete runde Siegel der Fürstin Agnes aus weissem Wachs; es ist sehr zerbrochen und abgescheuert, doch ist noch die Gestalt der Fürstin mit den beiden Wappenschilden erkennbar;

2) das hieneben abgebildete runde (erste) Siegel des Fürsten Nicolaus aus grünem Wachs, mit einem rechts gekehrten, schreitenden Greifen; von der Umschrift ist noch vorhanden:

✠ .....NIC.....TOC

Dieses Siegel ist ganz im Stile des Siegels gearbeitet, welches des Fürsten Bruder Johann an der Urkunde vom 9. April 1283 (Nr. 1676) führt, und ein anderes als das, welches Nicolaus sicher seit dem 13. Jan. 1294 braucht; das jüngere Siegel ist viel steifer gezeichnet.

Das Wort: [1] ivdicium fehlt im Originale, ist aber aus einer Confirmations-Urkunde des Fürsten Heinrich von Meklenburg, d. d. Doberan, 1323, feria tertia post Letare, ergänzt. Ebendaselbst heisst es nachher: [2] „nobis aut nostris successoribus penitus in dicta villa retinentes". Wahrscheinlich liegt dieser Bestätigungs-Urkunde eine zweite Ausfertigung zum Grunde.

(1286.) Oct. 10. 1869.

Bernhard, Fürst von Werle, stirbt.

Bernardus Nicolai primi filius, dei gratia domicellus de Werle, obiit anno domini M. CC. LXXX[V]I., sexto idus Octobris.

Aus dem vormaligen Necrologium im Doberaner Kreuzgangsfenster, nach einer um 1500 geschriebenen Copie im Haupt-Archiv zu Schwerin. In der überlieferten Jahreszahl 1281 steckt augenscheinlich ein Fehler; denn der Fürst Bernhard stellte noch im J. 1282 eine Urkunde aus (Nr. 1598). Ernst von Kirchberg meldet im 172. Capitel (Westphalen, Mon. ined. IV, p. 825 u. 826), ohne Zweifel nach Doberaner Ueberlieferungen, von Bernhard von Werle:

An erben iungher Bernhart starb,
daz her keynen erben warb,
do man schreyb czwelfhundirt iar
vnd ses vnd achczig uffinbar,
vnd wart mit vngehabin
zu Doberan begrabin.

Wir vermuthen daher, dass eine V in der überlieferten Jahreszahl fehlt.

1286. Oct. 18. Vicheln. 1870.

Johann, Fürst von Meklenburg zu Gadebusch, verkauft mit Einwilligung seiner Brudersöhne Johann und Heinrich und deren Mutter Anastasia dem Kloster Rehna das Dorf Brützkow, welches die Fürsten von den von Bülow erworben hatten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Magnopolensis dei gracia dominus in Godebuz omnibus presencia uisuris salutem in domino. Nouerint vniuersi, quos id nosse fuerit oportunum, quod, cum nos villam Britsekowe in terra Godebuz positam a Johanne et Hinrico fratribus dictis de Bulowe, militibus, necnon Godefrido fratre eorum, famulo, cum aliis bonis ipsorum, que in dicta terra Godebuz a nobis in feodo tenuerunt, comparassemus pro certa pecunie quantitate, ac dictam villam nobis cum aliis bonis suis libere resignassent, de laude et assensu Johannis et Hinrici[1] dominorum Magnopolensium, fratris nostri filiorum, domineque Anastasie matris ipsorum accedente consensu, ipsam preposito et conuentui ancillarum Christi in Rene pro sexcentis marcis denariorum Lubicensium, nobis ab ipsis integre ac legaliter solutorum, vendidimus perpetuo possidendam, transferentes in eas dictam villam cum suis pertinenciis omnibus in pratis, pascuis, campis, terris cultis et incultis, siluis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, stagnis, piscacionibus, et generaliter omnibus iuribus et iurisdictionibus nobis in eadem villa competentibus de consuetudine vel de iure, data eis licencia, per se vel per alios sine alia nostra inductione vel corporali tradicione ipsius ville possessionem apprehendendi pariter et tenendi[2]. Renunciamus eciam nos et fratris nostri filii antedicti exceptioni doli et non soluti aut minoris, excepcioni vltra dimidiam iusti precii, in integrum restitucioni, et generaliter omni exceptioni, defensioni, actioni et rei, quibus dicte vendicionis nostre contractus in toto vel in parte, in iudicio vel extra, violari possit aut quomodolibet inpugnari, de euictione et warandia atque auctorizacione eis in premissa villa prestanda nos

et nostri fratris filii memorati per stipulacionem nostram legitimam, quocienscunque necesse habuerint, obligantes. Jn huius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens desuper scribi fecimus instrumentum ac sigillo nostro fideliter communitum iussimus eis tradi. Testes[3] sunt: dominus Nicolaus frater noster, Zwerinensis et Lubicensis ecclesiarum prepositus, Godefridus dictus de Bulowe, rector ecclesie in Godebuz: Vlricus de Bluchere, Frethericus Moltsan, Frethericus Smekere, Hinricus de Bulowe, Arnoldus Hanesterth, milites; Goscalcus de Gustekowe, Hinricus frater suus, castellani in Godebuz, Hechardus de Quitsowe, famuli; Marquardus Hildemari, Godefridus de Cremun, Sifridus de Ponte, Willekinus Hanesterth, Gerardus Friso, burgenses Lubicenses.

Nos dei gracia Anastasia, Hinricus et Johannes Magnopolenses supradicte venditioni, prout superius narratum et scriptum est, consensum adhibentes[4], ad seruanda omnia prescripta et facienda sub sigillorum nostrorum testificatione, que presentibus apponi fecimus, nos astringimus et obligamus. Huius rei testes sunt: venerabilis dominus Hermannus Zwerinensis episcopus, necnon et nobiles domini Helmoldus et Nicolaus comites Zwerinenses, Johannes de Barnekowe, Goscalcus Pren, Ludolfus de Trauenemunde, Hinricus de Stralendorp, Anthonius de Tribowe, Johannes de Dambeke, milites, et plures alii fide digni. Datum anno dominice incarnationis M° CC° LXXX° VI°, in uilla que vocatur Vigle, in die Luce ewangeliste.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rother Seide hangen die Siegel des Fürsten Johann von Gadebusch (abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1542) und der Fürstin Anastasia (abgebildet zu Nr. 1353). Ein zweites, ebendaselbst aufbewahrtes Original trägt ausser den genannten beiden Siegeln auch noch ein Bruchstück des zu Nr. 1353 abgebildeten Siegels des Fürsten Heinrich. Die bedeutenden Abweichungen des zweiten Originals sind folgende:

[1] Hinrici et Johannis — [2] tenendi. Ne igitur dicte uendicionis nostre contractus, quem ex innate nobis pietatis instinctu et inspirate diuinitus deuocionis, cuius perpetue retribucionis meritum reportare speramus, affectu (!), a quibuslibet generaliter presentis vel futuri temporis calumpniatorum actionibus, exceptionibus in toto vel in parte violari possit aut quomodolibet inpugnari, presens desuper scribi fecimus instrumentum et sigillo nostro fideliter communitum scriptis testium nominibus iussimus eis tradi ad huius rei memoriam et perpetuam firmitatem. Testes[3] — [4] adhibentes, predictam villam cum omnibus suis pertinenciis, iuribus et iurisdictionibus, quibus predicti venditores tenuerant, preposito et ancillis Christi in Reno per stipulacionem nostram legitimam dimisimus perpetuo possidendam, et ad seruanda —.

— Gedruckt bei Pfeffinger, Br.-Lün. Gesch. II, S. 194 (Extract); Schröder, P. M. I, S. 769 und 791 (ungenau); Franck V, S. 98; Gründl. Vorstellung der rechtl. Befugniss 23; Lisch, Maltz. Urk. I, S. 84.

1286. Oct. 20. 1871.

Ulrich, Graf von Regenstein, Heinrich, Graf von Blankenburg, Otto, Graf von Falkenstein, Walther, Herr von Arnstein, und Gardun, Herr von Hadmersleben, bürgen den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin dafür,

dass Burchard, Graf von Mansfeld, seiner Gemahlin Sophia, der Grafen von Schwerin Schwestertochter, als Leibgedinge eine Leibrente von 80 Mk. Silbers überweisen, und diese ihr auch auf seinen Todesfall bleiben soll.

Nobilibus viris ac dominis Hel[moldo] et N[icolao] comitibus Zuerinensibus dei gracia Ol[ricus] comes de Regensten, Hinricus comes de Blankenburch, Ot[to] comes de Valkensten, Walterus dominus de Arnsten, Gardunus dominus de Hadmersleue seruicium beniuolum et paratum. Nouerit uestra nobilitas, quod, sicut pro nostro consanguineo et amico Burchardo comite de Mansvelt promisimus fide data, si filiam sororis uestre dominam Sophiam duxerit legitime in vxorem, eidem infra annum pro bonis, que wigariter lipfedinge vocantur, octoginta marcas albi argenti in redditibus assignabit, ita et nunc denuo promittimus fide media, quod, si dicta domina Sophia superuixerit post mortem iam dicti comitis Burchardi, nos ac nostri heredes cooperabimur eidem toto posse ac sine omni dolo, quod a nullo impediatur in bonis predictis ad tempora vite sue. Jnsuper, si iam dictus comes Burchardus ista non tenuerit, que pro eo promisimus, ac pro tali federe ex parte uestra moniti fuerimus, tunc ciuitatem Halberstat uel ciuitatem Quedeligburch intrare uolumus ad iacendum et nunquam inde exituri, nisi hos redditus predictos assignasset domine iam predicte. Jn huius rei euidenciam presentes litteras nostras vobis transmittimus, sigillorum nostrorum robore communitas. Datum anno incarnationis domini M° CC° LXXX° VI°, in die dominica post(e) festum beati Luce ewangeliste.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An fünf Pergamentstreifen hangen fünf Siegel aus weissem Wachs in folgender Ordnung:

1) ein schildförmiges Siegel mit einem Hirschhorn; Umschrift:

.....LRICI....IꝺIS...

2) ein rundes Siegel: ein rechts gelehnter Schild mit einem Hirschhorn unter einem vorwärts gekehrten Helme mit einem Hirschhorn an jeder Seite, über dem Helme ein schwebender Stern; an jeder Seite im Siegelfelde eine Rose; Umschrift:

— S' C — — ' ɑnRIC — — ORꝺ.

3) ein längs getheiltes, schildförmiges Siegel: rechts ein rechts schauender halber Adler, links zwei schrafirte Querbalken.; Umschrift:

✠ .. ...ITIS . OTTON.. .. ..LKɑNSTɑN *

4) ein in der unteren Hälfte zerbrochenes rundes Siegel mit einem rechts schauenden Adler; Umschrift:

✠ SIꝺIL[L].....RNSTɑN

5) ein schildförmiges Siegel mit drei (1_3^2) rechts gekehrten Hirschen. Von der (oben rechts beginnenden) Umschrift ist zu lesen:

...ARD...I.D.....L.....

— Vgl. unten 1286, Dec. 20.

1286. Oct. 28. 1872.

Bogislav, Barnim und Otto, Herzoge von Pommern, verleihen dem Kloster Reinfeld das Dorf Japsow (zwischen Ivenack und Treptow), zu denselben Freiheiten, mit denen das Kloster die andern pommerschen Güter besitzt, und beschreiben die Grenzen des Dorfes.

Bugzlaus, Barnym et Otto duces Slauorum dei gracia omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in illo, qui est omnium vera salus. Quoniam propter primi parentis lapsum in humanis gestis nullius rei stabilitas sub celi ambitu continetur, summe necessarium est, ut acta principum, que cum suis subditis ordinant et disponunt, adeo perhennentur, ut in posterum immutari non valeant aut infringi. Quamobrem constare volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos ob dilectionem, quam principaliter erga creatorem nostrum gerimus, et per consequens erga fratres de Reyneuelde nobis acceptos, villam Japezowe cum omnibus hiis, que in ipsius ville campis quoad eorum terminos comprehenduntur, contulimus, cum omni iure eandem possidendam iugiter iuxta formam possessionis similem, sicut a nobis tenuerunt hactenus alia bona sua, in veram et legitimam proprietatem possidendam. Huius autem ville termini sunt isti: videlicet a fluento Strukdic nuncupato usque ad terminos uille Twedorp, et vltra usque ad terminos Radekenuice, et vltra usque ad terminos Scorzowe, a quibus usque ad terminos Reynenberge protensiue. Huius ordinationis seu collationis nostre testes sunt: dominus Bernardus plebanus in Trebetow, dominus Hinricus plebanus in Dymin, sacerdotes, et dominus Nicolaus Draco, Fredericus Wlpes, Hinricus de Wacholt, Johannes de Heidbrake iunior, Hinricus Heydene, Hermannus de Osten, milites, Conradus et Johannes de Versen, armigeri, Vicko Wlpes et alii quam plures fide digni. Vt autem huiusmodi nostre ordination[e]s [1] inviolabiles perseuerent, predictis fratribus nobis dilectis in euidens testimonium presens scriptum contulimus [sigilli] [2] nostri munimine roboratum. Datum per manum Gerardi scolastici de Trebetow, anno domini M° CC° LXXXVI°, in die Symonis et Jude, V° kal. Nouembris.

Nach dem Original im Pomm. Provincial-Archiv zu Stettin. Siegel und Siegelschnur fehlen. Das Wort [2] [sigilli] fehlt im Originale. Vorher ist irrthümlich [1] ordinationis geschrieben.

1286. Nov. 17. Fehrbellin. 1873.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verleiht dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow das befreiete Eigenthumsrecht der Dörfer Dabelow und Kl.-Karstavel gegen einen Zins.

In nomine domini. Amen. Nos Albertus dei gracia marchio Brandenburgensis omnibus in perpetuum. Humana memoria, assidua mortis cogitacione

negociorumque ac tractatuum multitudine infirmata, necesse habet, ut adiuuetur uocibus testium ac testimonio litterarum ad hoc, ut acta mortalium robur alicuius obtineant firmitatis. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, publice protestando, quod proprietatem villarum Dobelowe et Karzstauel Minoris, quarum villarum possessio fuerat Chotemar et Ottonis fratrum, damus seu donamus liberaliter commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani beati Johannis baptiste et eorum ordini libere perpetuo possidendam. Excipimus seu eximimus predicta bona ab omni exactione seu peticione, angaria, parangaria, constructione vrbium, poncium seu municionum, et generaliter ab omni vexacione vel molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari uel aliqualiter impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iusticia et iudicio et aduocacia et omni illo, quod wlgariter recht uel vnrecht dicitur, cum omnibus terminis suis hucusque habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, lignis, terris cultis et incultis et omnibus pertinenciis sibi adherentibus de consuetudine, gracia uel de iure, damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrow et eorum ordini perpetuo, quiete et pacifice possidenda, illo tamen excluso pariter et excepto, quod de talento quolibet uel frusto duro nobis et nostris heredibus soluentur duo solidi denariorum Brandenburgensium, et non amplius, in crastino beati Martini census nomine annuatim. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus vel a quibuslibet aliis in perpetuum valeat irritari, presentem paginam damus memoratis commendatori et fratribus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in Werbelino, anno domini M° CC° LXXXVI., XV. kalendas Decembris, presentibus domino Heinrico de Wildenhagen, domino Heinrico de Lankow, tunc temporis aduocato, et domino Chotemar Dargaz et aliis quam plurimis fide dignis.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 188, aus dem Originale im Königl. Geh. Cabinets-Archive zu Berlin. — Aus einem Diplomatarium auf Papier aus dem 15. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin gedruckt in Jahrb. II, S. 233, und IX, S. 250. — Vgl. Nr. 1702, 1784 und 1797. Kl.-Karstavel lag zwischen Lychen und Dabelow; der Kastavische See erinnert noch daran. Ueber die aus den Gütern Gnewitz, Wokuhl, Dabelow, Kl.-Karstavel und Gardow gebildete Comthurei Gardow vgl. Lisch in Jahrb. IX, S. 40—45.

1286. Nov. 26. Lübek. 1874.

Albrecht, Herzog von Sachsen, nimmt den Grafen Helmold von Schwerin in Kriegssold gegen den Herzog Otto von Lüneburg.

Nos Albertus dei gracia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burgrauiusque in Magdeburg recognoscimus presenti scripti testimonio protestantes, quod inter illustrem virum dominum Helmoldum comitem Zwerinensem, sororium

nostrum dilectum, ex vna, et nos, ex parte altera, talis vnio interuenit, quod ipse nobis in gwerra, quam habemus contra auunculum nostrum Ottonem ducem de Lunenborch et omnes suos adiutores nunc et futuros, qui se ingerent huic gwerre, illustri principe domino Ottone marchione Longo, awnculo nostro dilecto, venerabili domino Zwerinensi episcopo, nobilibus viris dominis Magnopolensibus, necnon domicello N. comite Zwerinensi exceptis, seruiet fideliter toto posse. Et cum ipsum necessarium habemus in adiutorium nobis, tunc eum in domo sua sumemus, prouidendo sibi in expensis, quamdiu apud nos contigerit ipsum esse; et si eum aut aliquem ex suis familiaribus in seruicio nostro captiuari contigerit, quod absit, ipsum et suos de captiuitate huiusmodi liberabimus innoxios et indempnes; si uero prefatus comes aut sui aliquos dominos ex aduersariis nostris aut alios quoscumque captiuauerint uel predam acceperint qualemcunque, ipsi tam predam, quam captiuos nostris capitaneis siue officialibus presentabunt. Preterea, si dominum episcopum Zwerinensem medio tempore gwerram habere contigerit, ipsum adiuuabit, non obstante quod nostro sit seruicio obligatus. Pro huiusmodi enim seruicio nobis inpendendo sibi octingentas marcas denariorum Lubicensium promittimus vna cum vndecim nostris subscriptis militibus nos daturos, quarum quadringentas marcas dabimus in purificatione proxima nunc futura, reliquas uero quadringentas marcas in festo beate Walburgis extunc proximo sub eodem federe persoluemus. Si uero dictos denarios non soluerimus in terminis prenotatis, extunc intrabimus Molne cum nostris dictis militibus, quorum nomina hec sunt: Hermannus Ribe, Emike Hake, Dhetlewus de Parkentin, Scakko de Louenborch, Scakko de Lunenborch, Hinricus de Crumesse, Hart[wicus] de Ritcerowe, G. de Hagenowe, Her[mannus] de Tralowe et Her[mannus] dictus Breide, non exituri, nisi de dicti comitis aut suorum heredum fuerit uoluntate. In huius rei euidenciam hanc nostram litteram scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Lubeke, anno domini M° C° C° LXXXVI°, in crastino Katerine.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt das zur Urk. vom 15. Dec. 1288 beschriebene Siegel des Herzogs Albrecht. Die äussere Umschrift ist ganz abgebrochen, von der inneren Reihe sind nur die Buchstaben: ✠ — — — — ✠ erhalten. Vgl. 1287, Febr. 25.

1286. Dec. 20. Quedlinburg. 1875.

Volrath, Bischof von Halberstadt, verschreibt der Gräfin Sophia von Mansfeld (einer Schwestertochter der Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin) Einkünfte aus dem Dorfe Mansfeld und der Stadt Eisleben zum Leibgedinge.

Nos Vulradus dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus omnibus presentem litteram visuris cupimus fore notum, quod domine Sophie uxori comitis Burchardi de Mansvelt in pheodo, quod lipphedinge wlgariter nuncupatur, deci-

mam in villa Mansvelt, que annuatim valet duodecim marcas albi argenti, necnon iudicium in ciuitate Jsleue, valens annuatim marcas duodecim, et curiam in angulo ciuitatis eiusdem una cum duobus molendinis sitis prope muros ciuitatis iam predicte, ualencia annuatim sex marcas albi argenti, insuper omni septimana decem solidos in moneta ciuitatis iam dicte porreximus pleno iure ad tempora uite sue. Huius rei testes sunt: dominus Guntherus de Mansvelt, uicedominus Halberstadensis, dominus Gheuehardus de Querenuorde, cellerarius ecclesie Halberstadensis, dominus Hinricus de Reghensten, scolasticus Halberstadensis ecclesie, comes Olricus de Reghensten, comes Henricus de Blankenburch, comes Otto de Valkensten; milites uero sunt: dominus Hinricus de Hilmerode, dominus Bernardus dictus Mor, dominus Conradus dictus Rust et alii quam plures, tam clerici, quam lagici fide digni. Jn cuius rei noticiam presentes litteras nostras dicte domine Sophie dedimus sigilli nostri robore communitas. Datum et actum in Quedelingeburch, anno gracie M° CC° LXXXVI°, in vigilia beati Thome apostoli, pontificatus nostri anno XXX° II°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das am unteren Theile zerbrochene parabolische Siegel des Bischofs Volrath von Halberstadt: die stehende Figur eines Bischofs, der in der Rechten den Krummstab, in der Linken ein geöffnetes Buch hält; Umschrift:

— RAD — — — LIA : GP —

— Vgl. Nr. 1871.

(1286.) Rostock. 1876.

Peter, Fischer zu Rostock, lässt dem Friedrich von Bukow den vierten Theil der Barnstorfer Mühle auf.

Petrus piscator resignauit Frederico de Bucowe ex parte filie sue quartam partem molendini, que (!) sita est aput villam Bernstorpe[1]. Ludolfus Pes et Godescalcus de noua ciuitate et Theodericus Zubbecin tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 141. — [1] Ueber die zweite Silbe von „bornstede" ist „orpe" geschrieben. — Vgl. Bd. II, Nr. 1422, Note.

(1286.) Rostock. 1877.

Heinrich, Stadtschreiber zu Rostock, verkauft an Arnold Quast 2 Mk. Rente aus seinem und seiner Mutter Hause.

Henricus notarius ciuitatis vendidit Arnoldo Quast cum consensu matris sue in hereditate matris sue et eius redditus II marcarum pro XX marcis; et quando persoluerit X marcas, I marca est soluta, et iterum X, tunc illi reditus

sunt soluti. Ludolfus Pes et Gotscalcus in noua ciuitate et Marquardus de Ribeniz tabule presidebant. Gerhardus Ruthere promisit warandiam diei et anni. Terminus in natiuitate domini incipiet.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 142. — Getilgt.

1287. 1878.

Johann von Heidebrek bekennt, dass er die 4 Hufen in Kastorf vom Kloster Ivenack nur für sich und seine Gemahlin auf Lebenszeit zu Lehn empfangen hat.

Vniuersis et singulis has litteras audituris Johannes miles de Heydbrack salutem et sanctorum in omnibus famulatum. Testans patefacio per presentes, me habere et possidere ex feodo claustri Jvenacke quatuor mansos sitos in villa Kerstenstorp ad tempus uite mee et uxoris mee. Vnde, cum ex nobis vnus mortuus fuerit, ex premissis mansis duo mansi ad vsus ecclesie Jvenack cum omnibus prouentibus deueniant penitus et ex toto; et cum alter mortuus fuerit, ceteri mansi duo ad dictam ecclesiam cedent. Super quo heredes mei sue uoluntatis indicium prebuerunt. Nichilominus quodsi conuentus predicti claustri eosdem mansus (!) vendere proposueri(n)t, nobis aut nostris heredibus, si denariis comparare poterimus, exhibebit ad emendum; si autem hos mansos emere recusamus, hii solummodo ecclesie prehabite cedent, nullis aliis ementibus, in anime nostre remedium et salutem. Et ad maiorem cautionem presentes litteras sigillo nostro et nostrorum amicorum fecimus sigillari. Datum anno domini M° CC° LXXXVII°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentbändern hingen früher drei Siegel; das mittlere ist bereits verloren gegangen. Das erste ist schildförmig und zeigt einen Steinbockskopf; Umschrift:

✠ S — — I . DG — — MILITIS

Das dritte Siegel, ebenfalls schildförmig, zeigt zwei gekreuzte Heidequäste. Von der Umschrift liest man:

S' . hANRICI — — —

Die Identität von Kerstendorpe und Kastorf bei Wolde ergibt sich aus einer Urkunde vom J. 1389 (im Haupt-Archiv zu Schwerin), durch welche die Brüder Voss zu Kerstorp dem Pfarrer „eine wurt in dem zuluen dorpe vp demo Wolder ende" schenken.

(1287.) Wismar. 1879.

Bernhard vom Grade zu Wismar und sein Sohn, der Geistliche Hildebrand, verpfänden ihr Erbe und Eigenthum den Rathmännern daselbst.

Bernardus de Grade et filius suus Hildebrandus clericus inpignorauerunt hereditatem suam et omnia bona sua, que habent in ciuitate, consulibus, quousque eos a causa excipiet et liberos faciat, quam promouet Brendeke.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 137. — Getilgt. Vgl. unten zum J. 1288 die Inscription: „Willekino Arnoldi" von p. 89.

1287. Wismar. 1880.

Die Wittwe des Rathmanns Heinrich von Borken zu Wismar gibt sich in das Haus zum heil. Geist.

In nomine domini. Amen. Anno domini M° CC° LXXXVII. domina Margareta relicta domini Henrici de Borken diuina sibi inspirante clementia se reddidit ad domum sancti Spiritus, ad cuius honorem et reuerentiam legauit IIII^{or} iugera cum fructibus sex annis pro utilitate domus possidenda. Ceterum III^{r} iugera in campo Dargitzowe tribuit ipsi domui pro salute anime sue et mariti sui et parentum suorum perpetuo iure liberaliter possidenda. Jnsuper, dum eandem dominam ab hoc seculo migrari (!) contigerit, omnia bona sua mobilia, si qua superfuerint, ipsi domui pertinebunt. Jtem ipsa domina ancillam unam habere debet in eadem domo, cui prebenda dabitur, quamdiu domina uixerit in ipsa domo.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 137.

1287. Wismar. 1881.

Verpfändung eines Hauserbes in Wismar an das H.-Geist-Hospital zu Lübek.

Anno domini M° CC° LXXXVII° inpignorauit Johannes Slavkestorp omnem hereditatem suam domui sancti Spiritus in Lubeke pro LX marcis denariorum Lubecensium, pro quibus dabit annuatim V marcas Lubecenses, scilicet XL solidos in festo Michaelis proximo et XL solidos in festo pasche, tali conditione, ut, dum dictus Johannes XII marcas Lubicenses persoluerit, cessabit census vnius marce, quousque supradicte LX marce fuerint integraliter persolute. Si uero per incendium ciuitas plagaretur et ipsa hereditas combureretur, nec idem Johannes reedificare posset, nec persoluere, ipsa hereditas uendi deberet secundum formam iuris.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 138. — Gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 935. — Das H.-Geist-Haus zu Lübek legte in jener Zeit auch sonst Gelder in Wismar an. Vgl. Wism. Stadtb. B, p. 178, zum J. 1292: „Domus sancti Spiritus in Lubeke habet in hereditate" [Marquard Herders] „XXX marcas denariorum Lubicensium, vnde dabit annuatim censum XL solidorum, scilicet XX in pascha et XX Mychaelis; sed cum voluerit, poterit redimere censum eundem pro pecunia supradicta". Getilgt. Bei dem Verkauf dieses Erbes an Werner von der Weser im J. 1295 heisst es noch: „In eadem hereditate habet domus sancti Spiritus Lubicensis duo talenta Lubicensia, qu[e] redimere idem Wernerus potest pro XXX marcis Lubicensibus". — Auf p. 196 (zum J. 1293) steht eingetragen: „Hereditas domini Volmari habetur in pignore domui sancti Spiritus in Lubeke pro XXX marcis denariorum Lubicensium, vnde dabit annuatim XL solidos eiusdem monete, quamdiu sub se habuerit denarios memoratos".

1287. Wismar. 1882.

Der Rath zu Wismar nimmt einen Ziegelmeister an.

Anno domini M° CC° LXXXVII. susceperunt consules magistrum Gerhardum lapicidam et dederunt sibi gratis, quod sit conciuis eorum. Item concesserunt sibi gratis, quod liber sit et solutus de nocturnis vigiliis et collecta, que vulgariter schot dicitur, per quatuor annos, nisi ampliorem gratiam exigentibus meritis ipsius sibi vlterius facere voluerint. Econtra magister Gerhardus dabit ciuitati de area, super quam edificauerit, singulis annis IIII solidos.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 138. — Gedruckt in Burmeisters Gesch. der Schulen in Wismar, S. 9. — „Lapicida" ist hier mit „Ziegelmeister" übersetzt, weil dem Meister Gerhard 1289 (s. u.) ein Ort zu einem „tegelhus" überlassen, und p. 111 „lapicida": „tegelworhto" übersetzt wird.

(1287.) Wismar. 1883.

Zeugniss über den Erwerb und Besitz eines Gartens beim Küterhause vor dem Meklenburger Thore zu Wismar.

Ortus extra portam Magnopolensem, situs apud domum fartorum, liber est datus vnicuique possessori pro platea, que tendit sursum a domo domini Henrici de Brakele uersus ecclesiam beati Georgii. Hoc duo senes consules iuramento suo confirma[u]erunt coram consulibus. Et idem ortus pertinet domino Thiderico nepoti domini Ricolfi super fossam.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 141. — Das Küterhaus wird übrigens schon 1275 genannt, ebend. p. 100.

1287. Jan. 5. Gnoien. 1884.

Die Rathmänner der Stadt Gnoien bezeugen, dass der Knappe Hermann von Gnoien vor ihnen dem Kloster Dargun die Rechte seiner Frau an zwei Hufen in Warrenzin verkauft hat.

Nos consules oppidi in Gnoghen omnibus presens scriptum visuris protestamur, quod Hermannus famulus dictus de Gnoghen vna cum vxore sua et filiis suis omni iuri, quod in duobus mansis in Warencin vxorem suam habere dicebat, receptis quatuordecim marcis denariorum ab ecclesia Dargunensi in nostri presencia penitus renunciauit, ita plane, quod nec ipse, nec vxor sua, nec aliquis heredum suorum predictam ecclesiam Dargunensem vmquam de prefatis duobus mansis impetere debeant uel turbare. Huius rei testes sunt: Henricus dominus Slauie et filius suus Heynricus, Hermannus Müsteke, Thidericus de Buren, Hen-

ricus de Wolde, Bernardus de Lesten, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec in Gnoghen, anno domini M° CC° LXXX° VII°, in vigilia ephyphanie domini.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hierunter (als Nr. 1) auf Kosten der Stadt Gnoien (und früher bei Milde, Siegel des Mittelalters II, Taf. 12, Nr. 29) abgebildete älteste Siegel der Stadt Gnoien, welches rechts eine halbe Lilie, links einen nach rechts schauenden Stierkopf mit geschlossenem Maule zeigt. Die Umschrift ist fast ganz abgebrochen. — Auf dieses Siegel folgte bald ein zweites, ebenfalls (unter Nr. 2) hierunter (und bei Milde a. a. O., Nr. 30) abgebildetes Siegel, welches im Haupt-Archiv zu Schwerin schon an einer Urkunde vom J. 1365 hängt und wahrscheinlich noch der ersten Hälfte des 14. Jahrh. angehört.

1.



2.

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 178.

1287. Febr. 2. Colberg. 1885.

Rath und Gemeinde der Stadt Colberg vergleichen sich mit dem Kloster Doberan über die streitige Grenze der Stadt und des Dorfes Bork.

Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram visuris consules necnon communitas ciuitatis Colbergensis salutem in domino Jhesu Christo. Nouerint omnes presentes et posteri, totam esse discordiam sopitam versantem aliquamdiu inter nos et conuentum de Doberan super distinctione terminorum ciuitatis nostre et ville Borc, predicte ecclesie pertinentis, quos sic discreuimus et distinximus, vt prefate ville Borc termini versus occidentem protendantur ad montem Dobernowe, deinde recto tramite ad montem, qui dicitur Wluesberg, a quo recto ductu usque ad quercum, que est in riuo, diriguntur, de riuo uero usque ad insulam, quam totam terminis nostris iureiurando assignauimus, protenduntur, de cuius insule fine versus orientem in directum procedendo in riuo terminatur adiacente. Ne vero

huic nostre ordinationi quisquam contrauenire presumat in posterum, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione iussimus communiri. Datum Colberg, anno domini M° CC° LXXX° VII°, in die purificationis sancte Marie.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXIIII b. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1534.

1287. Febr. 2. 1886.

Hermann, Bischof von Schwerin, genehmigt den Verkauf von 4 Hufen zu Langendorf, welche bischöfliches Lehn waren, von Seiten des Johann von Jamel an das Kloster Neuenkamp.

Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus —. — Notum esse uolumus presentibus et futuris, quod venerabilis dominus abbas et conuentus ecclesie Noui Campi nostro interueniente consensu uoluntario quatuor mansos in villa Langendorpe sub certis terminis situatos ab honorabili viro Johanne dicto de Jamele, qui eosdem mansos a nobis in feodo tenuit, ita ut nichil vtilitatis fructuarie umquam perciperemus de eisdem, pro quadam summa pecunie racionabiliter conpararunt. Verum quia nos profiteamur presentibus de ipsis mansis nil, ut premisimus, percepisse, sed tantummodo ad nos ius feodi pertinuisse, successores nostros affectuose ac desideranter duximus exorandos, quatenus in remissionem suorum peccaminum animeque nostre remedium nostrum in hoc facto consensum, quem dicto abbati conuentuique prebuimus, non reuocent in irritum, sed et ipsi pie consenciant — — —. Datum anno domini M° CC° LXXX° septimo, in purificatione beate et gloriose virginis Marie.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 60, Nr. CLXXXII, aus dem Original im pomm. Provincial-Archiv zu Stettin.

1287. Febr. 2. Lübek. 1887.

N[icolaus von Meklenburg], Propst, Otto, Decan, und das ganze Capitel von Lübek vergleichen sich mit den Bauern zu Vorrade wegen der Abgaben für Zins und Zehnten.

Die Urkunde ist gedruckt (nach dem Original zu Oldenburg) bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 330. Das Datum ist: 1287, „in die purificationis sancte Marie".

1287. Febr. 22. 1888.

Johann Ramel und Vidant, Ritter, schlichten einen Streit zwischen dem Kloster Dargun und einem Wenden Dedic über das Dorf Cantim (Lehnenhof), wonach Letzterer gegen eine Geldsumme seinen Ansprüchen entsagt.

Nos Johannes dictus Romele et Vidant, milites, presentibus et futuris tenore presencium protestamur, quod discordia, que inter fratres monasterii Dargunensis, ex parte vna, et inter quendam Slauum, virum honestum nomine Dedic, ex parte altera, super inpeticione ville Cantim iam dudum versabatur, honestorum virorum consilio mediante, omnimodis et ex integro nobis corampositis, in hunc modum est sedata. Predictus Dedic receptis octo marcis denariorum monete currentis a fratribus dicti monasterii cessit ab omni inpetitione et iure, quod in villa Cantim se habere dixerat, adiudicans ipsam pertinere monasterio Dargunensi, astantibus sibi Jacobo filio suo ac ceteris heredibus suis et huic cessioni et adiudicacioni assensum prebentibus, necnon et data fide secum promittentibus, quod nec ipsi, nec eorum heredes, siue iam nati, vel adhuc nascituri, fratres sepedicti monasterii pro hac causa tam rationabiliter terminata debeant in posterum molestare. Quod si presumpserint, quod tamen non speramus, nos Romele et Vidant pro ipsis et cum ipsis fratribus in transgressores exercebimus ultionem. Ad horum euidenciam presenti cedule nostra sigilla dignum duximus appendenda. Testes huius compositionis sunt: Vinslaws Longus et Barchil, milites, dominus Wichardus abbas Bukoviensis, Johannes dictus Rupin monachus, Nicolaus conuersus, Fridericus plebanus in Charin et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CC° LXXX° VII°, kathedra sancti Petri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von weissen leinenen Fäden hangen die beiden Siegel der Ritter Johann Romele und Vidant, wie sie zur Urkunde Nr. 1608 (2 u. 3) beschrieben sind. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 179.

1287. Nach Febr. 24. Rostock. 1889.

Der Rath zu Rostock vom Februar 1287 bis dahin 1288.

Anno domini M° CC° LXXXVII°, post Mathie consilio presidebant: Nicolaus de Molendino, Conradus de Lawe, Jko, Henricus de Cropelin, Henricus de Retsecowe, Ludolfus Pes, Hermannus Wilde, Johannes Kempe, Cristianus apud sanctum Nicolaum, Arnoldus Quast, Johannes Albus, Henricus Wittingus, Johannes Wibeken, Hildebrandus Eselesvot, Johannes Nising, Theodericus de Sosato, Symon de Molendino, Bernardus Copman.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 149.

1287. Febr. 25. Lauenburg. 1890.

Albrecht, Herzog von Sachsen, quittirt die Stadt Lübek wegen der für seine Rechnung dem Grafen Helmold von Schwerin gezahlten 300 Mark Pf.

Nos Albertus dei gratia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burchraviusque Magdeburgensis notum facimus universis, quod honestos viros consules Lubicenses solutos dimittimus de trescentis marcis denariorum Lubicensium, quos nobili viro domino Helmoldo comiti Swerinensi, sororio nostro dilecto, nostro nomine erogarunt, dantes ipsis has nostras litteras in testimonium super eo. Datum Lovenburg, in crastino beati Mathie apostoli, anno M° CC° LXXXVII°.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 459, aus dem auf der Registratur zu Lübek befindlichen Originale, an welchem noch ein Rest des Siegels hängt. — Vgl. Nr. 1874.

1287. Rostock. 1891.

Ludolf, Pfarrer zu Zernin, verkauft ein Haus zu Rostock mit Zustimmung seiner Kinder Gertrud und Ludolf.

Dominus Ludolfus plebanus in Cernin vendidit cum consensu puerorum suorum Gertrudis et Ludolfi suam hereditatem, quam emerat a Sighero Henricus de Siwan, et sibi rationabiliter resignauit. Bernardus pellifex promisit warandiam diei et anni. Ludolfus Pes, Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 151. — Vgl. Bd. I, Nr. 657, und folgende Inscription des Wismarschen Stadtbuches B, p. 134, vom J. 1286: „Dominus Marquardus molendinarius emit a pueris plebani de Beiendorp hereditatem sitam in platea Tagmari in angulo, quam resignauerunt sibi coram consulibus".

1287. März 2. Bützow. 1892.

Hermann, Bischof von Schwerin, beauftragt die Pfarrer zu Warnemünde und zu Lambrechtshagen, gegen ihre Eingepfarrten, wenn sie dem Kloster Doberan Zehnten vorenthalten, mit kirchlichen Strafen vorzugehen.

Hermannus dei gratia Cwerinensis episcopus dilectis in Christo de Warnemunde et de Lambrechteshagen ecclesiarum rectoribus salutem in domino. Vobis auctoritate presentium firmiter iniungimus ac in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus parrochianos vestros, debitores ac detentores decimarum monasterii de Doberan, trina monitione premissa, quocienscumque et quandocumque ex parte abbatis et conuentus requisiti fueritis, si decimas easdem,

tam magnas, quam minutas, extunc non persoluerint per manipulos in agris vel debito tempore in mensura, prout dictorum abbatis et conuentus optioni placuerit, nominatim excommunicetis ac in vestris ecclesiis excommunicatos publice denuncietis singulis diebus dominicis et festiuis, facientes eos donec ad solutionem condignam ab omnibus Christi fidelibus arcius euitari. Quodsi taliter excommunicati sententiam in eos per vos latam per duorum mensium spacium a tempore late s[ententie][1] numerandum animo sustinuerint indurato, et taliter parrochiani vestri per vos sufficienter moniti ipsos vitare noluerint nec ab eorum consortio abstinere, extunc in vestris ecclesiis donec ad satisfactionem congruam cessari precipimus a diuinis. Datum Butsowe, anno domini M° CC° LXXX° VII°, dominica Reminiscere.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LVIII[b]. — [1] Sin`e = sinere in dem Dipl. Dob. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1535.

1287. März 6. Rostock. 1893.

Heinrich, Fürst von Werle, bestätigt dem Kloster Amelungsborn das Dorf und den Hof Satow und versichert, dass sie nie wieder gemessen werden sollen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. Jnter humane condicionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, vt nec multitudini rerum, nec longitudini temporis sufficientem se valeat exhibere; vnde et racio docuit et consuetudo didicit, vt fragilitati memorie scripturarum testimonio succurratur. Notum igitur fieri volumus tam presentibus, quam futuris litteras per presentes, quod nos de beneplacito dilectorum filiorum nostrorum Nicolai videlicet et Henrici ceterorumque heredum nostrorum consensu agros et mansos ville ac curie in Satowe, iam per nostros nuncios mensuratos, domino abbati et conventui in Amelungesburna firmos ac fixos deinceps confirmamus, volentes, vt predicti agri in siluis, pratis, pascuis, campis cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, in viis et semitis, communibus et priuatis, absque certo mansorum numero, cum terminis et intra terminos, quos nunc habent vel ab antiquo habuisse dinoscuntur, firmi ac fixi iugiter perseuerent, ita vt exnunc perpetuis temporibus numquam mensurari debeant, nec de mansorum numero conveniri. Jn huius rei euidenciam pleniorem presentes litteras conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius actionis nostre sunt: fideles et dilecti milites nostri Gerardus de Cropelin, aduocatus in Guzstrowe, Johannes Moltiko, Johannes Cabolt, Wilkinus camerarius, Henricus de Demen, Heydenricus de Lu, Gerardus de Lenzstowe; item Georgius, aduocatus in Siwan, et Lambertus de Korin, fratres et armigeri nostri; item Henricus dictus Phriso, burgensis in Rozstoc, et alii quam plures

fide digni huic actioni nostre pariter affuerunt. Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M° CC° LXXX° VII°, pridie nonas Marcii. Datum in ciuitate Rozstoc, per manum magistri Arnoldi notarii nostri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer roth-seidenen Schnur hängt des ausstellenden Fürsten schildförmiges Siegel, abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1347. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1535, und in Jahrb. XIII, S. 377.

1287. März 18. Würzburg. 1894.

Johann, Bischof von Tusculum, päpstlicher Legat, verkündet der Welt- und Ordensgeistlichkeit in Deutschland, Böhmen, Mähren, der Mark, Pommern, Kassubien, Preussen, Polen, Liefland, Russland, Dänemark und Schweden die auf dem Würzburger Concil unter Theilnahme der Erzbischöfe von Mainz, Köln, Salzburg und Bremen, sowie etlicher Bischöfe und Aebte beschlossenen Statuten.

Die Schweriner Bischöfe besassen von diesen Statuten ein jetzt im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrtes Transsumpt, welches der Erzbischof Gottfried von Bremen am 19. April 1360 zu Hamburg von dem durch den Hamburgischen Decan Johann ihm vorgelegten Original (mit dem anhangenden Siegel des Bischofs Johann von Tusculum) genommen und durch Anhängung seines (jetzt von dem grünen Bande abgefallenen) Siegels und die Unterschrift eines Notars hat beglaubigen lassen. Der Erzbischof bemerkt unter dem Transsumpt:

„Ceterum recognoscimus, protestamur et pronunciamus, predictas litteras et constituciones a retroactis temporibus in prouincia nostra et per suffraganeos nostros ac prelatos et clerum eiusdem prouincie receptas et approbatas esse et inuiolabiliter obseruatas, et eas eciam precipimus diligencius obseruari."

Dennoch begnügen wir uns, bei der Umfänglichkeit dieses mehr die Kirchengeschichte des ganzen Deutschlands, als die Landesgeschichte Meklenburgs angehenden Schriftstückes, zumal dasselbe schon wiederholt in den Conciliensammlungen (bei Sev. Bini, bei Ph. Labbé, Tom. XI, P. II, p. 1319, bei Hardouin VII, und bei Mansi XXIV, Harzheim, Concil. German. III, p. 725) und neuerdings correcter bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 683—698, auf Grundlage des Liber Capituli Hamburgensis (mit Berichtigungen) abgedruckt ist, hier nur die Abweichungen unsers Transsumptes [S] von Lappenbergs Textesrecension [L] anzugeben.

S. hat keine Ueberschriften; die einzelnen Abschnitte sind mit Paragraphenzeichen versehen, deren erstes vor Lappenbergs § II steht. — L.'s § XIII (De non ydoneis recipientibus ecclesias) und § XIV (De pena non facientis residenciam personalem), der Schluss des § XXIII: „Quodsi celebrare — — mulctari", sowie § XLV (De his, quibus erat indultum, quod excommunicari et interdici non deberent) fehlen in S. ganz. Von geringeren Varianten sind zu merken: Eingang Z. 5: Grandimontensis: L.; Grontimonten: S. — Z. 6: Jerosolomitensis: L.; Jherosolimitani: S. — Z. 15: exequenda: L.; exquirenda: S. — Z. 17: vobis affectu: L.; nobis aff.: S. — Z. 18: vestris lib. prop., ut per: L.; nostris lib. prop., et vt: S. — Z. 24: venerabilibus patribus: fehlt S. — Z. 25: de ipsorum: L.; de ipsorum abbatum et prelatorum: S. — § III, Z. 2: prohibemus omnino: S. — fecerit ... puniatur: L.; fecerint ... puniantur: S. — § IV, Z. 4: edictali: L.; edital: S. — § V, Z. 4: anathematis vinculum: S. — § VI, Z. 4: assumere: L.; acquirere: S. — § VII, Z. 1: occupauit, vt presumunt: L.; occ., quod in illam eos temeritatem impellit, vt .. presumant: S. — Z. 5: pertinent .. uel retinere: L.; pertineant .. ac retinere: S. — Z. 7: illis, quibus: L.; illis, cui: S. — § VIII, Z. 2: sic indigne: L.; s. eciam i.: S. — § IX, Z. 6: beate: fehlt S.; — Z. 9: angelica: fehlt S. — § X, Z. 6: maxime deb.: L.; maximis deb.: S. — Z. 7: per hec: L.; per hec: S. — Z. 10: defraudantur, nos autem ind.: L.; fraudatur,

nos ind.: S. — Z. 11: in fraudem eciam .. assensu: S. — § XI, Z. 1: Presbiteros: S. — Z. 4: decernimus: S. — § XII, Z. 1: abbates eciam et: S. — Z. 4: vel eos .. representent aut representatum talem admittant: S. — § XV, Z. 9: excomm. vinculo innod.: S. — § XVI, Z. 2: subiacent: L., subiacet: S. — § XVII, Z. 2: manu laicali .... recipiat, sed laicali: S. — § XVIII, Z. 1: abominacionem: L.; ambicionem: S. — Z. 2: talia: fehlt S. — Z. 3: fecerit .. Giezi .. recipiat: S. — Z. 6: post sepulturam: S. — § XX, Z. 1: sint: fehlt S. — Z. 2: obsequiis: L; officiis: S. — Z. 7: permanebit: L.; manebit: S. — § XXI, Z. 2: ac monachos: L.; aut mon.: S. — Z. 4: frequentor: fehlt S. — § XXII, Z. 2: exhibere: L.; adhibere: S. — Z. 4: capulas: L.; spatulas: S. — Z. 5: conceantur, quodque sine: S. — Z. 9: loci: fehlt S. — Z. 10: vel alio modo: S. — § XXIII, Z. 4: imperatore: fehlt S. — Z. 5: eius diua c. eorumque: S. — Z. 9: Quodsi aliquis: S — § XXV, Z. 10: ille, in quos omnes concordant ac maior: S. — § XXVI, Z. 1: reprobatos: L.; exprobatos: S. — Z. 8: publicentur ... publice coram: S. — Z. 12: tempore publicacio ipsa non: S. — Z. 16: uel regularis: L; uel religiosus: S. — Z. 17: ecclesia, in qua: L.; eccl., in cuius cimiterio: S. — Z. 18: vel cap. sep. fuerint corpora, ipso: S. — Z. 19: per eos non: S. — § XXVII, Z. 4: eccl., in quibus captiuantes: S. — Z. 5: captiui tenentur: S. — Z. 8: scientes: fehlt S. — Et qui: L.; Quodsi: S. — Z. 10: sunt in prouinciis constituta: S. — § XXVIII, Z. 3: ambassiatas L.; iurisdicione: S. — Z. 5-8: presumpserint .. redeuntes in personis offenderent .. spoliarent: S. — § XXIX, Z. 2: earumdem ecclesiarum: S. — § XXX, Z. 2: aut per alios: S. — Z. 3: vnctione crismatis conf. inuenimus, pres.: S. — § XXXI, Z. 1: inimicitias: L.; iniunt: S. — Z. 2: earum .. armatis: L.; ipsarum .. armatos: S. — Z. 4: plerasque occupant ... Quod omnino: S. — Z. 8: assensum: S. — § XXXIII, Z. 1: vias: S. — Z. 2: bonis vl spoliantes: S. — Z. 5: vt: L.; et: S. — Z. 5: huiusmodi: fehlt S. — § XXXV, Z. 2: alicuius ecclesie .. capiant .. vel ad capitulum: S. — § XXXVI, Z. 1: inimicitias: L.; iniont: S. — Z. 2: aduocati defensores existunt: S. — Z. 4: incurrunt: S. — § XXXVII, Z. 1: remanere: S. — § XXXVIII, Z. 1: Nonnullos: fehlt S. — Z. 2: consensu: S. — § XXXIX, Z. 1: (Nos: fehlt) Personas .. quantacunque d. et st. .. et locorum: S. — Z. 2: vt nullus conqueratur: S. — Z. 6: subeant sentencias: S. — § XL, Z. 1: sigilli: S. — § XLII, Z. 3: prouisurus .. que huiusmodi indulta non contingunt: S. — Z. 6: discernit: L.; decreuit: S. — Z. 9: processusque: S. — Im Datum: Letare Jhorusalem: S. (Die „Addicio" im Lib. Cap. Hamb. fehlt S.)

1287. März 25. Rostock. 1895.

Heinrich, Fürst von Werle, als Vormund des Fürsten Nicolaus von Rostock, verleihet dem Müller Peter und seinen beiden Brüdern die Mühle zu Neu-Kalen gegen einen Kornzins.

Henricus dei gracia dominus de Werle et tutor domi[celli N. de Rostoc] omnibus presens scriptum visuris uel audituris salutem in eo, qui salubriter [o]rbi prouidit uni[uer]so. Fidele testimonium continet scriptura, que posteris inculcat [mem]oriam, ..dit.....i.., roborat ueritatem. Ad noticiam igitur tam futurorum, [quam presencium cup]imus peruenire, quod [no]s [m]atu[ra] p[rehabita deliberacione] dimis[imus] dilectis nobis Petro, L[i]ppo[ld]o et H[inrico] fratribus, molendinariis in [Noua K]a[la]nt, molendi[num] ibi[dem] cum tali retencione aque, qu[e] wlgariter stowinge dicitur, qualem [il]lustris vir dominus Woldemarus, patruelis noster dilectus beate [memo]rie, ipsis [ad]huc uiuens reliq[u]erat, de quali e[s]t domino Johanni Molteken, domino Reddago [et domino Theo]derico Moltek[en], [n]ecnon et aliis vasallis dominii Rosto[c] et militibus

satis notum, ita tamen quod de dicto [mole]ndino annuatim sexagi[n]ta tremodia annone debent soluere, videlicet viginti tremodia siligi[nis, viginti tre]modia b[ra]cii ordeacei et viginti [tremo]dia bracii auenatici, et ulterioribus p..... ips. s ..... eorum heredes nu[ll]as p.....g...are debebit, nec ipsos prouentus de cetero .....is ..... Verum si maior et ulte-r[ior] r[ete]ncio aque optineri ualebit, ita quod ex altera par[te] .... in fossato molendi[nu]m aliquod poni poterit, iidem fratres ipsum molen-dinum ibidem [a]sseruent, et non aliter, et de ipso soluen[t], prout [vas]sal[lī]s et militibus dominii Rostoc uisum fuerit expedire. Vt autem id, quod a nobis ad util[ita]tem patruelis nostri dilecti Nycolai domi[ce]lli de Rostoc rite f[actum est], ... d[ictu]m mol[endinum] ..... nisi quadra[g]i[nta] trimodia soluerit, nullus in posterum ..... et ..... [presentem] l[itte-ram] inde conscribi fecimus et ipsam sigilli nostri [munimine roboratam predictis fratribus P., L. et] H. tradidimus ad cautelam. Testes sunt: Johannes B..... ....., B...deco, Thidericus, Lippoldus et Bertoldus fratres dicti d.....p..š, P..... de Lewetzou, ... de ...sche, milites, et alii quam plures. Actum et datum Rostoc, anno domini M° C° C° LXXXVII., in die annunciacionis dominice.

Nach dem schon sehr zerfallenen Original auf sehr dünnem Pergament im Haupt-Archiv zu Schwerin. Auf der Rückseite steht eine gleichzeitige Registratur: „De molendino Noue Kaland." An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt das Siegel des Fürsten Heinrich von Werle, wie es in BU. II, zu Nr. 1347, abgebildet ist. — Gedruckt (mit der unrichtigen Jahreszahl 1286) bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 181.

1287. März. 30. 1896.

Nicolaus Hahn, Ritter, verkauft dem Kloster Doberan 6 Mark jährlicher Hebung aus seinem Dorfe Schlakendorf, unter dem Versprechen, dem Kloster das Eigenthum derselben zu erwirken.

Vniuersis Christi fidelibus litteras presentes visuris Nicolaus miles dictus Hane salutem in domino sempiternam. Euanescit in breui actio temporalis, nisi fulciatur apicibus sigillatis. Hinc est, quod tam presentibus, quam futuris notum fieri cupio litteras per presentes, quod ego ad ordinacionem domini Johannis militis dicti de Cernyn venerabilibus domino Conrado abbati totique conuentui in Doberan sex marcarum redditus in villa mea, que Slawekendorp dicitur, pro quinquaginta marcis denariorum monete de Rozstoc vendidi, quas sex marcas denariorum vsualis monete annis singulis ex eadem villa mea tollent ad perpetuum et annuum seruicium suo conuentui ministrandum. Ceterum ne, quod absit, Doberanensis ecclesia in hac racionabili emptione sua calumpniam sustineat quoquo modo, proprietatem iam dictorum reddituum per me sibi venditorum infra annum vnum,

qui a festo beati Martini, quod nunc instat, vsque ad idem festum beati Martini nunc proximo venturum computabitur, procurabo, alioquin tunc expedite prescriptas illas quinquaginta marcas denariorum reddere tenebor, sicut vna mecum et pro me compromiserunt amici et consanguinei mei domini Mathias et Gerhardus fratres milites dicti Ketelhode, necnon et dominus Conradus miles dictus Bune, qui singuli sua sigilla cum meo sigillo huic scripto apponi fecerunt in huius tam racionabilis ac firme fideiussionis euidenciam pleniorem. Datum anno dominice incarnacionis M° CC° LXXX° VII°, in dominica palmarum.

Nach dem Diplomatarium Doberan. Diese Abschrift ist durchstrichen; also ist die Hebung aus Schlakendorf von dem Besitzer des Gutes mit der Zeit wohl wiedereingelöst. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, p. 124.

1287. April 20. Rostock. 1897.

Heinrich, Fürst von Werle, sichert dem Dorfe Gr.-Weitendorf zu, dass die Dorffeldmark nicht wieder vermessen werden soll.

Nos Henricus dei gratia dominus de Werle etc. Notum facimus universis tenore presencium publice protestantes, quod nos, dilectorum filiorum nostrorum Nycolai et Henrici consensu accedente plenario, dimisimus incolis ville Maioris Wethendorpe ipsam villam, prout infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis aquarumve decursibus, paludibus, ita quod ipsa villa et agri ei adiacentes non debent ulterius dimensurationis funiculo dimetiri. Et ut hoc factum nostrum rationabile nullus imposterum immutare valeat aut infringere, presentem cartulam inde conscribi fecimus et ipsam sigilli nostri munimine roboratam dicte ville civibus tradidimus ad cautelam. Testes sunt: Jordanus et Gherardus de Cropelin, Godeco Lu[c]he, Johannes Cabold, Gherardus de Linstowe, Henricus de Demene, milites, et alii quam plures. Datum Rozstoc, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, in dominica qua cantatur Misericordia domini.

Nach Rudloffs Urk.-Lief. I, Nr. XLVI, aus „der v. Behrschen Urkunden-Sammlung".

1287. April 23. 1898.

N[icolaus, Fürst von Meklenburg], der Propst, Otto, der Decan, und das ganze Dom-Capitel zu Lübek verkaufen einen Hauszins an den dortigen Bürger Nicolaus Vrowodhe.

Nach dem Registrum antiquum Capituli (zu Oldenburg) abgedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 462. An demselben Tage: „M° CC° LXXX° VII°, in die Georgii martiris", verkauften dieselben einen andern Hauszins an den Lübischen Bürger Johann Mönch. (Aus derselben Quelle gedruckt. a. a. O. S. 463.)

(1287.) Rostock. 1899.

Das Kirchspiel Kröpelin gibt Wolter Sommer zu Rostock ein Schuldversprechen über 60 Mk. wegen eines halben Hauses, und zahlt dafür an den Haken Siegfried eine Rente von 6 Mark.

Bertoldus Stouenberg, Bernardus de Bucowe, Gherardus de Nienhagen, Jacobus de Horst et Reynoldus et Henricus maritus domine Konegundis et omnes morantes in parrochia Cropelin promiserunt Woltero Estati LX^{a} marcas soluendas in festo Mychaelis, persoluendas de domo quadam dimidia, que quondam fuit Euerardi Witwateres. De illis LX^{a} marcis recipiet Seghefridus penesticus VI marcas annuatim. Arnoldus Quast, Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicing tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 155.

1287. Rostock. 1900.

Wulfard Surschale bekennt, dass seine Ehefrau ihm 40 Mark und eine vollständige Waffenrüstung zugebracht habe.

Recognouit Wlfardus Surscale coram consulibus, cum testamentum suum ordinaret, quod vxor sua importasset ad ipsum XL^{a} marcas et arma sana vnius viri. Notum est Ludekino Vot, Henrico Militi, Hermanno Wilden et Henrico de Ybendorp.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 155.

1287. Rostock. 1901.

Mechthild von der Wik und ihr Sohn Heinrich verkaufen an den Gärtner Richard ihren Hof auf der Wik, von welchem die Stadt Rostock jährlich 8 Mark Zins empfängt.

Domina Mechtildis de Wik et Henricus filius eius de consensu tutorum eorum Conradi de Lawe, Alberti Spicenaghel et Henrici de Totendorpe vendiderunt Riquardo ortulano suam curiam supra Wik et sibi rationabiliter resignarunt. Sed dictus Riquardus soluet ciuitati annuatim VIII marcas denariorum, IIII in pascha et IIII Michaelis. Henrico de Totendorpe et Mechtildi et Henrico filio eius warandiam diei et anni promittentibus. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 156. — Vgl. fol. 163 (1288): „Riquardus ortulanus de „Wik vendidit Meynekino de Malechowe suam curiam supra Wik et sibi rationabiliter resignauit. Sed

„dictus Meynekinus dabit annuatim ciuitati VIII marcas denariorum, IIII marcas in pascha et IIII Mi„chaelis. Et si ciuitas dictam curiam emere voluerit, ipsi Meynardus pro tanto precio, „sicut eam comparauit, non negabit". — Diese Einzeichnung ist getilgt; die Stadt wird den Hof gekauft haben. Denn in Stadtb. D, fol. 41 b, zum J. 1297, ist eingetragen: „Gerhardus carnifex tenet „curiam supra Wich, que fuerat Monikonis de Malchowe, et dabit annis singulis XII marcas, „tenebitque a festo beati Petri sub anno domini M°CC° nonagesimo VII° ad tres annos". Unter gleichen Bedingungen pachtete derselbe diesen Hof im J. 1300 auf 4 weitere Jahre. (Stadtb. D, fol. 153.) — Gedruckt in Jahrb. XXI, S. 37, 38. — Vgl. über einen andern Besitz auf der Wik unten zum 23. Jul. 1287, und über einen dritten 1292, Febr. 24.

1287. April 30. Rostock. 1902.

Die Vorsteher der Marienkirche zu Rostock machen eine mit 5 Mark Rente verzinsliche Anleihe von 50 Mark.

Alheydis et Alburgis, pr[i]vigne Bernardi de Asbeke, prestiterunt ecclesie domine nostre L marcas denariorum, de quibus dabit ecclesia et eius prouisores dictis puellis ad annum V marcas. Prouisores sunt: Marquardus de Bucowe, Borchardus clipeator, Otto de Mone, Johannes apud forum, Henricus Westfalus, quos ecclesia de dicta pecunia eripiet liberos et indempnes. Terminus erit in festo penthecostes. Actum anno domini M° CC° LXXX° VII., in vigilia Philippi et Jacobi.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 156.

1287. Mai 6. Plau. 1903.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder verleihen mit Zustimmung ihrer Mutter der Kirche und Pfarre zu Kuppentin das Eigenthum zweier Hufen daselbst, welche der dortige Pfarrer Martin von Malin gegen zwei Hufen zu Kressin eingetauscht hat vom Ritter Nicolaus von Brüsewitz, der wiederum mit den beiden Kressiner Hufen belehnt wird.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus et sui fratres, dei gratia domicelli de Werle, omnibus in perpetuum. Omnis actus et opus quodlibet, quod ad futuram dirigitur posteritatem, necesse est summopere priuilegiorum auctoritate et testium subscriptionibus roborari. Hinc est, quod ad vniuersorum, tam presentium, quam futurorum, notitiam cupimus peruenire, quod nos de legittimo et beniuolo consensu precordialissime matris nostre et consiliariorum nostrorum fidelium, ad instantiam Martini de Malin nostri notarii et plebani tunc temporis in Cobendin, ob salutem anime dilectissimi patris nostri Johannis quondam domini de Werle felicis memorie, proprietatem duorum mansorum in Cressin

et quicquid nos de eisdem mansis post obitum vxoris Gerardi de Weisin ratione exspectationis, quod vulgariter aneual dicitur, contingere potuisset, tam in redditibus, quam prouentibus, cum omni iure iudiciali, quo idem Gerardus dictos mansos in pheodo tenuit, plebano eiusdem ecclesie perpetuo contulimus possidendam. Quos mansos iam dictus Gerardus prius pro remedio anime sue perhenniter ecclesie contulerat memorate, hac tamen conditione adiecta, vt plebanus prelibate ecclesie pro remissione peccatorum patris nostri charissimi et prefati Gherardi suique patris uidelicet Johannis de Weisin singulis quartis et sextis feriis missam pro defunctis faciat celebrari: si uero interueniente festiuitate uel necessitate hoc in dictis feriis adimplere noluerit uel nequiuerit, aliis diebus in eadem septimana uel in proxima hoc, quod neglectum fuerit, reuocabit; si autem plebanus prenominate ecclesie ea, que predicta sunt, facere recusauerit, extunc de redditibus seu prouentibus prescriptorum mansorum se consules sepedicte ecclesie intromittent, exinde pretaxate ecclesie in oblatis, vino et luminaribus [c]eu condecet prouidentes. Actum in villa et in dote Sprentze, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, decimo kalendas Martii.

Anno igitur incarnationis eiusdem domini M° CC° LXXXVII°, in die Johannis ante portam Latinam, fecit Martinus de Malin, sepedictus plebanus in Cobandin, concambium cum dilecto nostro milite Nicolao de Bruseuitz, dando eidem duos mansos prehabitos pro aliis duobus mansis in villa Cobandin sitis. Nos uero ad instantiam eorum predicti concambii beneuoli fautores effecti, contulimus Nicolao militi nostro iam dicto duos mansos in Cressin sitos iure pheodali possidendos, plebano autem in Cobandin et eidem ecclesie alios duos mansos ibidem sitos contulimus et proprietatem dedimus, sicut priores mansos habuerat, possidendos perpetuo et habendos. De his etiam mansis plebanus id ipsum integraliter faciet, quod de mansis prioribus est prescriptum. Vt autem hec nostra deuotio inuiolabilis perseueret, prelibate ecclesie et plebano eiusdem loci litteras nostras contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Huius deuotionis testes sunt: Hermannus plebanus in Malchow, Johannes plebanus in Sprence, clerici; Arnoldus Brusehauere, Johannes Cotz, Bernardus de Beylin, Johannes de Duscin, Nicolaus Hane, (Nicolaus Bruseuitz), Nicolaus de Bruseuitz, Hermannus Coz, milites; Martinus de Malin, Bertoldus magister coquine, Hugolt Pren, Reynekinus de Potlest, famuli, qui huic collationi personaliter astiterunt. Datum in castro Plawe, tempore prime fundationis eiusdem castri, per manum Martini nostri notarii, anno incarnationis et die iam dicto II° nonas Maii.

Nach einer bei der Visitation der Kirche zu Kuppentin im J. 1591 von dem Original genommenen Abschrift im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, B, S. 126; Jahrb. XVII, S. 277; Lisch, Cod. Plawensis, S. 30.

1287. Mai 14. Warin. 1904.

Hermann, Bischof von Schwerin, verbessert die vom Bützower Domherrn Helwig gestiftete Vicarei in der Bützower Kirche mit Hebungen aus Jürgenshagen.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus vniuersis, ad quos iste littere peruenerint, salutem in domino. Cum illa vicaria, quam quondam bone memorie Helwicus canonicus Butzowensis in eadem ecclesia ordinauit et instituit de bonis decimalibus ville de Jordaneshaghen pro sua pecunia comparatis, adeo sit tenuis et exilis, quod minister inde deseruiens non posset inde commode sustentari: hinc est, quod nos pietate moti ad honorem omnipotentis dei et ad remedium anime nostre ac successorum nostrorum episcoporum Zwerinensium, qui pro tempore fuerint, ad quos eiusdem vicarie collacio perpetuo pertinebit, adicimus eidem vicario quinque tremodia auene et XX solidos denariorum vsualis monete, qui brugpenninghe wulgariter vocantur, percipiendos annuatim de villa supradicta, vnde panem et vinum pro sacramento dominici corporis et lampadem ardentem coram altari eiusdem vicarie procurare perpetuo singulis noctibus teneatur. Si quid autem residuum fuerit, hoc ad sustentacionem suam idem vicarius libere retinebit. Jn cuius rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte nostri et capituli Butzowensis sigillorum appensionibus roborantur. Datum Warin, anno domini M° CC° LXXXVII°, in uigilia ascensionis domini.

Nach dem Dipl. eccl. Butzow., Cap. XIII (fol. 9).

1287. Mai 15. 1905.

Hermann, Bischof von Schwerin, die Fürsten Wizlav von Rügen, Johann, Heinrich und Johann von Meklenburg und Nicolaus von Werle und die Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin verlängern das zehnjährige Landfriedensbündniss auf ihre Lebenszeit.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gracia Cwerinensis ecclesie episcopus, Wizslauus princeps Ruianorum, Helmoldus comes Cwerinensis, Johannes Magnopolensis dictus de Gǫdebuz, Nicolaus comes Cwerinensis, Henricus et Johannes domicelli Magnopolenses, necnon Nicolaus domicellus de Werle omnibus in perpetuum. Notum esse volumus vniuersis tenore presencium publice protestantes, quod nos ad inuicem vniuimus super publica et iurata pace terre cuilibet obseruanda, vnionis nostre vinculo non solum per annos decem, prout pax terre iurata est, sed eciam postmodum omnibus vite nostre temporibus duratura, ita quod eandem pacem terre iuratam inter nos et vasallos ac subditos nostros vniuersos, tam pauperes, quam diuites, cuiuscunque conditionis, ordinis vel etatis

fuerint, ad conseruandam et tribuendam cuilibet suam iusticiam exnunc bona fide elapso decennio et deinceps perpetuo debemus et volumus obseruare. Si quis autem nostrum aliquem amicorum vel familiarium suorum huic vnioni nostre voluerit attrahere, hoc licite facere poterit, dum tamen ille promittere et promissum seruare voluerit iuxta cautionem a nobis sibi edendam ad pacem terre tenendam et cuilibet iusticiam exhibendam. Si quis extraneorum vnionis nostre predictam pacem in nobis uel terris nostris sev vasallis aut subditis vel bonis eorum turbauerit vel infregerit quoquo modo, illum omnes nos et singuli monere debemus et volumus, studentes ipsum ad hoc inducere bona fide, vt leso satisfaciat infra mensem a tempore monicionis nostre numerandum. Alioquin extunc coadvnatis viribus et mutuis auxiliis illius omnes erimus inimici, talem iniuriam propulsando, donec satisfaciat ei, cui fecit iniuriam, in amicicia vel in iure. Quodsi inter aliquos ex nobis vel ex nostris ad inuicem questione suborta lesa fuerit iusticia et pax terre turbata, tunc reliqui ex nobis, quos discordie causa non tangit, dissensionem talem sicut boni viri per compositionem amicabilem terminabunt. Quodsi infra mensem ad concordiam reformari noluerint in amicicia vel in iure, extunc eorum vel illius, in quo culpa magis reperta fuerit, omnes et singuli erimus inimici, donec a sua desistentes pertinacia ad nos ad promissam redeant vnionem, ita quod exinde nullus rancor aut odium vtrobique debeat in posterum generari. Ceterum, si quem nostrum ob iniuriam sibi vel suis ab extraneis illatam bellum habere contigerit, illum omnes et singuli nostrum totis viribus adiuuabunt. Jn cuius eciam erit libera optione, vtrum homines sibi in auxilium destinatos procurare voluerit in expensis; quod quidem si fecerit, tunc omnes exactiones in hostes et in terras inimicorum factas, que gedhignisse wlgariter vocantur, solus habebit; sin autem, tunc dominus hominum illorum exactiones easdem secundum armatorum numerum cum domino belli percipiet equa sorte, quilibet autem dominorum inter nos hominibus propriis dampna resarciet, que occasione belli huiusmodi notabiliter incurrerunt, eos eciam, qui in bello capti fuerant, redimendo. Ac si in prelio triumphatum fuerit, quilibet dominorum, qui bellum gerenti prestabit auxilium, cum ipso secundum virorum numerum equa sorte gaudebit tam in captiuis, quam eciam spoliis diuidendis. Et si qua municio eodem bello durante capta fuerit, hec ad omnes equaliter pertinebit. Si quis eciam nostrum aliquem amicorum suorum extra hanc nostram vnionem positum in suis bellis adiuuare voluerit, hoc licite facere poterit, dum tamen ex hoc nostra et nostrorum iusticia et pax terre nullatenus perturbetur. Sed si nobis vel alicui nostrum bellum ingruerit, tunc statim, postquam talis a nobis uel aliquo nostrum requisitus et reuocatus fuerit, in nostrum redibit auxilium absque vlla dilacione vel occasione contraria, omnibus aliis pretermissis. Postremo, si dominus belli per composicionem amicabilem cum inimicis suis initam aliquid vltra estimacionem dampni sibi illati perceperit, illud inter nos omnes racione prestiti auxilii pro

nostris laboribus et expensis super hoc factis equaliter diuidetur. Super omnibus autem et singulis supradictis pro bono pacis terre fideliter ac firmiter obseruandis mutua promissa fecimus ad inuicem fide super hoc prestita corporali. Jn cuius rei perpetuam et indissolubilem firmitatem presentes litteras inde confectas sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri, quas quilibet nostrum apud se sub vna et eadem forma verborum ad perpetuam rei memoriam obtinebit. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXXVII°, in die ascensionis domini nostri Jhesu Christi.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind 7 Pergamentstreifen, mehr Löcher zu Siegelbändern sind nicht vorhanden. Das 1., 2., 3. und 5. Siegelband haben ihre Siegel ganz verloren; an dem 4. hängt noch ein Bruchstück von dem in Bd. II, zu Nr. 1542, abgebildeten Siegel des Fürsten Johann von Meklenburg-Gadebusch, an dem 6. das in Bd II, zu Nr. 1353, abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich II. von Meklenburg, an dem 7. das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel des Fürsten Nicolaus von Werle. — Das Siegel des jungen Fürsten Johann, des Sohnes Heinrichs I. von Meklenburg, ist also nie angehängt worden. — Gedruckt bei Schröter, Spec. dipl. p. VII, und bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 60 (Nr. CLXXXIII). — Vgl. Nr. 1682.

1287. Mai 25. Rostock. 1906.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow 6 Mark Hebungen aus 2 Hufen in Lupendorf, welche das Capitel von dem Ritter Nicolaus Hahn gekauft hat.

Heynricus dei gracia dominus de Werle uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ea que geruntur in tempore, ne simul cum tempore euanescant, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nosce uolumus uniuersos presencium inspectores, quod ad honorem dei omnipotentis et beate genitricis eius Marie sanctique Johannis ewangeliste necnon et beate Cecilie, de promocione domini Petri in Wademannes-hagen, dilectorum filiorum nostrorum Nycolai uidelicet et Heynrici consensu unanimi accedente, proprietatem reddituum sex marcarum, quos a Nycolao milite dicto Gallo propriis denariis comparauit et designatos in uilla, que Lubendorpe dicitur, in duobus mansis ibidem soluentibus, sub suis terminis ad ius uasallorum nostrorum dedimus et optulimus ecclesie Gustrowensi libere ac perpetuo possidendam, cum omnibus attinenciis in lingnis, pascuis et ceteris, que ut aliis mansis in eadem uilla iacentibus secundum proporcionem debitam cedere dinoscuntur. Preterea accedit, quod, si defectus fuerit in dictis mansis quantum ad summam pecunie pretaxatam, dictus Nicolaus miles in restauro sufficienti plenarie respondebit. Vt igitur hec nostra donacio rata et inconwlsa permaneat, sigilli nostri munimine decreuimus roborare. Testes huius facti sunt: milites: Mathias Ketelhud, Johannes Molteke, Johannes de Belin, Hinricus de Demene, Arnoldus

Brusehauere, Johannes de Duscin, Gherrardus de Kropelin et Jordanus suus frater; famuli: Johannes Ghol[t]stede, Hermannus Rumpeshagen, Johannes Stint, Arnoldus de Demene, Johannes Kaboldestorpe, et alii quam plures, tam clerici, tam layci fide digni. Acta uero sunt hec [anno] dominice incarnacionis M° CC° LXXX° VII°. Datum Rostoc, in die pentecostes, VIII. kalendas Junii.

Nach dem Diplomatarium des Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XXVI. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 129, und unvollständig bei Schröder, P. M. I, S. 793. — Vgl. 1288, Dec. 13.

1287. Juni 11. Schwerin. 1907.

Hermann, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst verkaufen mehreren Wismarschen Bürgern den Zehnten von der Insel Zessin, und was sonst dem Bisthume daraus zustehen möchte.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus, Nicolaus prepositus, Johannes decanus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum omnibus has litteras visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Cum in humanis actibus nichil fere incommutabile reperiatur et stabile super terram, ea que racionabiliter aguntur in tempore, ne de memoria hominum labantur cum tempore, litteralis non inmerito consueuit viuacitas perhennare. Nouerint itaque tam presentes, quam futuri temporis successores, quod taliter placitatum est inter nos et capitulum nostrum, ex vna, et quosdam ciues Wismarienses, videlicet Johannem de Lewetzowe, Hinricum Kvlen, Bertoldum de Mølne, Brunonem de Zurowe, Borchardum de Kalsowe, Hinricum de Wittenborch et Wernerum de Slawestorp, ex parte altera, in hunc modum, ita quod nos et capitulum nostrum predictis ciuibus et eorum heredibus atque successoribus decimam in insula Cessin, distinctam ab ipsis agris ville Cessyn per aquam circumfluam et fossatam, et quicquid ecclesia nostra hucusque in eadem insula habuisse dinoscitur, libere perpetuo possidendum vendidimus pro centum et quinquaginta marcis denariorum slauicalis monete, quas nobis et ecclesie nostre iam integraliter persoluerunt. Ad cuius rei perpetuam firmitatem et euidenciam pleniorem presentes littere inde confecte nostri et capituli nostri, cuius ad hoc accessit consensus beniuolus et vnanimis, sigillorum appensionibus roborantur. Huius uero rei testes sunt: dominus Gozscalcus de Campo Solis et Hermannus de Rene sanctimonialium prepositi, magister Olricus, Godfridus sancti Georgii et Johannes de Bukowe beati Nicolai ecclesiarum rectores in Wismaria, Godfridus capellanus domicellorum Magnopolensium, clerici: Benedictus de Rodenbeke, Fredericus Multzan, Gherardus et Hardwicus Metzeke fratres, Tedwigus et Thidericus dicti de Ørtzen, milites, Thidericus in platea institorum, Marquardus de Walmerstorp, Thidericus Uoghel, Conradus Reynoldi, Wetzellus Sapiens, Jacobus Rodekoghele, Johannes Sapiens et Gherwinus mone-

tarius, consules et ciues Wismarie, et quam plures alii, tam clerici, quam layci fide digni. Datum Zwerin, anno domini M° CC° LXXXVII°, feria quarta ante festum beatorum Viti et Modesti martirum, tempore nostri capituli generalis.

Nach der Abschrift im Wismarschen Privilegienbuche, mit dem Rubrum: „De libertaciono decime insule Sessin." Vgl. die Note zu Bd. II, Nr. 1402. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 764; Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 88; Lisch, Oertzen. Urk. I, Nr. XI.

(1287.) Wismar. 1908.

Wessel genannt Wise, Wismarscher Rathmann, und seine Ehefrau verfügen letztwillig über ihr Vermögen.

A.

In nomine domini. Amen. Ego Wezcellus cum consensu uxoris mee testamentum meum preordino in hunc modum. Hereditatem meam, in qua resid[e]o, assigno principaliter ecclesie beati Nicolai, ita tamen quod, quicumque nostrum superuixerit, eadem hereditate uite sue tempora perfruatur, sed postea dimidietas cedit ad structuram ipsius ecclesie, cum alia autem dimidietate sacerdos appreciabitur, qui singulis diebus per annum aut duos uel tres secundum quantitatem pecunie missam dicet, ita tamen, si hoc de licentia plebani poterit optineri. Quod si fieri non poterit, quicquid de sepedicta hereditate prouenerit, ad structuram prenotate ecclesie integraliter ministretur. Jtem fratribus minoribus assigno cupam meam argenteam et IIII^{or} marcas denariorum, ita quod dimidietas cedet ad structuram ecclesie ipsorum et alia dimidietas ad expensas; item ecclesie beate virginis V marcas denariorum, item ecclesie beati Georgii III marcas, item domui sancti Spiritus III marcas ad structuram, item hospitali III marcas ad structuram, item beginis de duabus domibus II marcas inter eas diuidendas, pauperibus de hospitali marcam I inter eos diuidendam, item pauperibus domus sancti Spiritus marcam I inter eos diuidendam, item pueris neptis sue Greten XII marcas. Jtem cuilibet plebano et vicario deo deseruienti in ciuitate do IIII^{or} solidos, dummodo vicariis eos a dominis suis liceat optinere; item domino Henrico Brunonis de Warendorp marcam denariorum. Jtem assigno X marcas denariorum, vnde memoria michi fiat per annum. Jtem confero ecclesie beate virginis vnum promptuarium et aliud domui sancti Spiritus post mortem meam. Q[uic]quid vero de rebus meis, tam mobilibus, quam aliis, [ex]tra donacionem pres[cri]ptam superfuerit, in dei seruicium et in pias elemosinas conuertetur. Tutores autem [m]eos e[lig]o Conradum Reynoldi, Johannem de Lewetzo et Johannem de salsa fossa, quibus committo, ut prenotata omnia promoueant et extorqueant, dum primum poterint, prout saluti anime mee uiderint expedire. Jtem monachis de claustro

Cicimere assigno marcam denariorum. Jtem si me ab hoc seculo migrar[e] contigerit vxore mea superstite, ipsa decem marcas ..... [t]ollet inan[te] de bonis suis et meis, quas recepi cum ipsa, dum eam duxi legitimam in vxorem.

B.

In nomine domini. Amen. Ego Sweneke vxor Wezcelli Sapientis, dum me ab hoc seculo migrare contigerit marito meo superstite, assigno [filie] fratris mei Sweneken XII marcas denariorum, ... meo Cesario do IIII^{or} marcas uel vnam last[am cer]uisie. Ecclesie beati Nicolai confero sartaginem post mortem meam.

Nach dem Entwurfe auf einem Pergamentblatt im Wism. Stadtb. B, nach p. 112. — Dieser Wessel kommt später zu Wismar nicht mehr vor. — Vgl. Nr. 1907.

1287. Juni 12. Schwerin. 1909.

Das Dom-Capitel zu Schwerin genehmigt den Verkauf von Zehntkorn aus Oettelin von Seiten des Bischofs Hermann an seinen Marschall Engelbert für eine Vicarei in der Kirche zu Bützow.

Nicolaus dei gracia prepositus, Johannes decanus, Johannes thesaurarius, Mauricius scolasticus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum vniuersis, ad quos iste littere peruenerint, salutem in domino. Notum esse volumus et presentibus protestamur, quod, cum Engelbertus, mareschalcus venerabilis in Christo patris ac domini nostri Hermanni Zwerinensis episcopi, de bonis decimalibus, que in villa Othelyn per mortem bone memorie quondam Godfridi de Tribbowe vacauerunt, de XXVII videlicet tremodiis frumenti, que idem Engelbertus ab eodem domino episcopo pro sua pecunia comparauit, in ecclesia sancte Elizabeth in Butzowe de voluntate venerabilis patris et domini Hermanni predicti pro anime sue remedio fecerit et ordinauerit perpetuam vicariam, nos huiusmodi pium factum fauore beniuolo prosequentes, illud de bona voluntate et unanimi consensu vna cum predicto domino episcopo communiter approbamus et decreuimus roborare perpetuo valiturum. Jn cuius rei testimonium appensione nostri sigilli littere presentes roborantur. Datum Zwerin, anno domini M° CC° LXXXVII°, feria quinta, in octaua festi corporis Christi.

Nach dem Diplom. eccl. Butzow., Cap. IX [fol. 7].

1287. Juni 20. 1910.

Hermann, Bischof von Schwerin, legt die Dörfer Gross- und Klein-Görnow vom Kirchspiele Sülten zum Kirchspiele Eikelberg, wofür der Ritter Johann von Zernin den Pfarrer zu Sülten entschädigt.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus vniuersis, ad quos iste littere peruenerint, salutem in omnium saluatore. Dilectus ac fidelis noster Johannes dictus de Cernin, miles, nobis exposuit, quod homines villarum suarum de vtroque Gornowe, tunc parrochia[ni] ecclesie de Zulta, eandem ecclesiam propter loci distanciam comode non possunt attingere, et maxime pluuiis invndantibus tempore hyemali; quare petiuit dictus Johannes super hoc sibi et dictis hominibus a nobis paterna sollicitudine prouideri. Nos igitur eius iustis peticionibus inclinati, eo quod ad nostram spectet officium ecclesias nostre dyocesis ex causa racionabili tam diuidere, quam vnire, permittimus, volumus ac mandamus, quod homines predictarum villarum de Gornowe deinceps ecclesiam de Ekelenbergh, que vicinior est et quam commodius possunt attingere, in diuinis perpetuo frequentare debeant et ibidem percipere ecclesiastica sacramenta, iura eciam parrochialia et alia debita ecclesiastica, que antea fecerant apud Sultam, nunc et deinceps ecclesie de Eke-[le]nbergh facere teneantur. Verum ne sacerdos de Sulta dampnum sustineat propter diuisiones huiusmodi, predictus miles de consensu nostro, quoad proprietatem decime, de consensu vero et voluntate nobilium domine Anastasie, Heinrici et Johannis filiorum eius, domicellorum Magnopolensium, quoad donacionem feudi, duorum mansorum redditus annuatim, vnius videlicet in Gornowe et alterius in Pensin, sacerdoti de Sulta, quicunque pro tempore fuerit, assignauit in restaurum perpetuo possidendos; ita tamen quod, si dictus miles illum mansum de Gornow quandoque rehabere voluerit, dicto sacerdoti tantundem in loco alio de certis redditibus ordinabit. In cuius rei testimonium ad perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte nostri, predictorum domine Anastasie, Hinrici et Johannis filiorum, necnon sepedicti militis sigillorum appensionibus roborantur. Datum anno domini M° CC° LXXX. septimo, feria VI^{a} proxima ante festum sancti Johannis baptiste.

Das Original ist nicht erhalten. Unser Abdruck beruht auf der im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrten beglaubigten Abschrift, welche von einem durch den Pfarrer Hermann von Crivitz zu Sülten vorgelegten Transsumpte, d. d. Schwerin, 1375, Oct 30, genommen ist. In dem Transsumpte werden die am Originale hangenden Siegel beschrieben. „Sigillum vero primum, quod in huius carte pendebat capite, erat oblongum, in cuius medio apparuit ymago cuiusdam episcopi, continens in dextra manu baculum pastoralem cum curuatura, habens in capite mitram seu infulam pontificalem, et ex vtraque parte ymaginis apparuit clypeus (!), in cuius medio apparuit stella, cuius radii vndique tangebant clypei circumferenciam. Littere autem circumferenciales, quas legere potui, erant iste: Swerinen. ecclie epischopus." [Vgl. Bd. II, Nr. 1297.] „Secundum autem sigillum, quod huic appendebat carte, erat" — — [das zu Nr. 1353 abgebildete Siegel der Fürstin Anastasia]. „Erat autem tercium sigillum huic carte appensum," — — [das zu Nr. 1353 abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich II.]. „Quartum vero sigillum, quod ipsi appendebat

cedule, erat ad instar clypei triangulariter sculptum, in cuius medio apparebant duo ala extente iuncte, simul tamquam annexe alicui corpori, cuius sigilli littere vnius lateris erant iste: .✠. Johannes de Cernyn., alias autem litteras componere non potui, sed vt michi videbatur, scriptum erat: mandat. vobis (?). Ipsa vero sigilla antiqua erant, ita quod vix per omnia considerari poterant, quale[s] ymaginum et litterarum series continebant, sed tamen id, quod vidi et considerare potui, conscripsi Acta sunt hec anno, indictione, pontificatu, mensis die, hora, loco, quibus supra [1375, Oct. 30, in ecclesia Zwerinensi ante ianuam chori eiusdem ecclesie sitam versus meridiem, coram domino Johanne Roden officiali prepositure Zwerinensis], presentibus commendabilibus et discretis viris dominis Hinrico Bullen, Johanne Vronerdrunken et Hermanno de Geysmaria presbyteris, perpetuis in dicta ecclesia Zwerinensi vicariis, et quam pluribus aliis fide dignis testibus."

1287. Juni 24. Angermünde. 1911.

Pribislav, Herr von Belgard, und H. und Richard, Herren von Frisack, nehmen von den Markgrafen von Brandenburg die Länder Belgard, Daber und Welsenburg zu Lehn.

Nos Prib[i]zlaus dei gratia dominus de Belgarden, nos H. et Rychardus de Vrysach dicti cum manifesta recognitione ac protestatione ad vniuersorum noticiam deducimus per presentes, quod ab illustribus principibus dominis nostris Ottone et C. marchionibus de Brandenburg terram Belgarden, terram Dobren et terram Welsenborch cum omnibus earundem attinentiis et vtilitatibus manu coniuncta suscepimus iusto titulo feodali et ad iustum ius nobilium et baronum, sicut moris est nobilium et baronum suscipere bona sua. Astabimusque nichilominus perpetuo eisdem dominis nostris cum omni potentatu nostro, pro nostris viribus, contra eorum quoslibet inuasores, ubicunque ipsis fuerit oportunum. Promisimus etiam fide data nos H. et Richardus de Vrisach dicti et nos H. clericus et nos Wedelstede una cum dicto Pribezlao, quod nunquam a dictis principibus idem Pribizlaus debebit recedere aut diuerti, sed in eorum seruitiis iugiter permanere, nec cum alicui (!) omnino hominum gwerram inibit aliquam, nisi de dictorum principum consilio et consensu. Jgitur ut huiusmodi omagium, quod per nos rite et rationabiliter dinoscitur esse factum, in posterum futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, presentes literas in euidens testimonium desuper conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Huius rei testes sunt etc. Datum Angermunde, anno domini M° CC° LXXXVII°, in festo natiuitatis beati Johannis baptiste.

Nach dem Copialbuche des Königl. Geh. Cab.-Archivs in Berlin (aus dem 14. Jahrh.) gedruckt bei Gercken, Cod. dipl. Brand. I, S. 244; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. I, S. 189; Jahrb. XI, S 264. — Vgl. Nr. 1819 und über das Land Daber Bd II, Nr. 797 und 1406, Bd. III, Nr. 1749 und 1819, Anm., auch Lisch, Behr. Urk. I B, S. 138, II B, S. 266 (Henricus Vrsus de Doberen).

1287. Juni 25. Rostock. 1912.

Arnold von Sülz verzichtet auf alle Ansprüche an Hermanns, seines Sohnes, Erbe.

Notum sit, quod Arnoldus de Sulta complanauit se cum filio suo Hermanno, ita quod de ipsius hereditate siue viuo siue mortuo nichil debeat exigere, sicut eciam in libro ciuitatis Sulte plenius continetur. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicig tabule presidebant. Scriptum anno domini M° CC° LXXX. septimo, in crastino Johannis baptiste.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 158 b.

1287. Juni 29. Bützow. 1913.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft dem Kloster Rühn die von den Aeckern des neuen Hofes bei dem Kloster ihm zustehende Pacht von 15 Mk., jedoch mit Vorbehalt des Rückkaufes.

Hermannus, Bischoff zu Zwerin, verkaufft dem Probste, Priorin vnd Conuent des Closters zu Rune 15 Mk. hebung, die sie Jhm ierlichs vom Nienhofe bei Rune wegen der darzu belegenen Aecker zu geben pflegen, vor 200 Mk., also das sie dieselben 15 Mk. hinfuro inne behalten mugen, Jedoch die widerlosung sich vnd seinen Nachkomlingen furbehalten. Datum Butsowe, 1287., die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 231 b.

1287. Juni 30. Malchow. 1914.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Stadt Malchow das Eigenthum des Wassers, welches sie von Johann von Grüssow gekauft hat.

Nicolaus dei gracia domicellus de Werle omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem perpetuam in virginis filio Jhesu Cristo. Ea que geruntur in tempore, simul perirent cum tempore, si non subscripcione testium et litterarum munimine fulcirentur. Hinc est, quod tam ad presentium, quam futurorum noticiam volumus peruenire, quod nos de bona voluntate matris nostre, fratrum nostrorum et nostra et de maturo consilio consiliariorum nostrorum dilectis ciuibus nostris in Malchowe [1] concessimus et contulimus proprietatem aque, quam emerunt a Johanne de [2] Grussowe et suis heredibus, perpetuo possidendam, cum omni iure et vsufructu et in eadem disterminacione, cum quo et in qua

dictam aquam ante vendicionem eis factam Johannes poss[e]derat[3] prelibat[us]. Contulimus eis etiam in eadem aqua omne ius omnemque libertatem, quam habent in ceteris aquis sue adiacentibus ciuitati. Ne autem huiusmodi collacio[4] a nobis facta per nos, fratres aut heredes nostros possit in irritum reuocari, pretaxatis ciuibus in memoriale et munimen perpetuum presens scriptum contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum M[a]lchowe[5], anno domini M° CC° LXXX° VII., pridie kalendas Julii. Testes vero huius collacionis sunt hii: Nicolaus Gallus, Johannes de Dussin, Mathias Ketelhot, Conradus Buno, milites; Johannes prepositus noue ciuitatis Robele, Erpo decanus[6] Warnensis, clerici; Reynerus Buno, Hinricus de Trai[ec]to[7], Tumarus fusor ollarum, Marquardus de Wic, Nicolaus pistor, Johannes Herderi[8] et alii quam plures laici et clerici fide digni.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jahrh. (A) im Haupt-Archiv zu Schwerin. Ebendaselbst befindet sich eine durch die Notare Dan. Clandrian und Rigemann gegen Ende des 16. Jahrh. von dem besiegelten Original genommene und beglaubigte Abschrift (C), mit folgenden Varianten: [1] Malchaw: C. — [2] de: fehlt C. — [3] possld.: A, possed.: C, prelibatam: A. C. — [4] coll. huiusm.: C. — [5] Molchowe: A. Malchau: C. — [7] Traitto: A, Trajecto: C. — [8] Harderi: C. — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief. Nr. XLVII, und bei Lisch, Hahn. Urk. IB, S. 130 (mit der Vermuthung [6] „archidiaconus" st. decanus). — Das hier verkaufte Wasser ist wohl ein Theil des Verbindungsstromes zwischen Malchow und dem Plauer See, Grüssow gegenüber.

1287. Juli 1. 1915.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft dem Ritter Heidenreich Babbe und seinen Söhnen den Anfall von 2 Hufen zu Tarnow (bei Bützow), 6 zu (Langen-) Trechow, 2 zu Warnow, 1 zu Zepelin und 1 zu Poppelstorf.

Hermannus, Bischoff zu Cwerin, verschreibt vnd verkaufft dem ritter Hedenrich Babben vnd seinen Sohnen Hansen vnd Dietrichen, Burgleuten (castellanis) zu Butzow, den anfall an zwelff hufen, so von alters lehnguter gewesen, vor 200 Mark gangbarer muntze, darmit er sie auch alsofort belehnet. Welche hufen Ludolfus von Lochten, gemeltes Hansen Babben frawen Vater, gekaufft, 2 von Hinrich, einem baurssmanne (uillico) zu Tarnow, 6 in Teutsch Trechow von Euerardo Molteken, 2 in Warnow von Engelkino von Peneuitz, 1 in Zepelin von Odekino Camerario vnd 1 in Popelstorp. Datum 1287., in octaua S. Johannis baptistæ.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 134[b], der hierzu bemerkt: „Hiran ist des Bischoffs Sigil. Noch ein brieff desselben lauts ohne Sigil".

1287. Juli 5. Tönsberg. 1916.

Erich, König von Norwegen, gelobt den Städten Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald, Riga und den Deutschen zu Wisby, den Calmarschen

Vergleich vom 31. Oct. 1285 treu zu halten und die ihnen schuldige Geldsumme am 8. Sept. 1288 auszuzahlen.

Omnibus hoc presens scriptum cernentibus Ericus dei gratia rex Norvagie salutem in domino sempiternam. Notum est vniuersis, quod, licet super discordia, inter nos, regnum nostrum et subditos, ex parte vna, et civitates Lubec, Wismer, Roztoc, Strallessund, Gripeswold, Rigam et Theutonicos in Wisby ac eorum incolas, ex parte altera, suborta, totaliter sopienda per inclitum principem Suevorum Gothorumque regem, illustrem fratrem nostrum in Christo karissimum, taliter exstitit arbitratum Calmarie, anno domini M° CC° LXXX° V°, in vigilia omnium sanctorum, quod Normanni infra annum a festo beati Johannis baptiste predictum festum omnium sanctorum tunc proximo sequente deberent exhibere et solvere Thunesberge procuratoribus dictarum ciuitatum sex milia marcarum argenti Norici, ita quod tres huiusmodi marce valeant unam marcam puri, quia tamen procuratores Wisby, Ryge et Gripeswold infra festum natiuitatis beati Johannis baptiste sub anno domini M° CC° LXXX° VII° ad nostram presenciam minime pervenerunt, nec infra sex dies continuos expectati, de voluntate et consensu honorabilium nunciorum et procuratorum ciuitatum Lubec, Wismer et Roztok et Strallessund taliter est ordinatum: quod nos memoratum argentum procuratoribus dictarum VII civitatum in festo nativitatis beate virginis sub anno domini M° CC° LXXX° octavo Thunesberge integraliter et sine difficultate qualibet exsolvere debeamus; set si casu aliquo contingeret, quod procuratores supradictarum ciuitatum omnium in dicto termino non venirent, nichilominus memoratum argentum procuratoribus civitatum venientibus Thunesberge prelibato termino totaliter solvere teneamur, ita videlicet, quod civitates, que dictum argentum receperint, nobis per suas litteras faciant cautionem, quod nos ab impeticione aliarum civitatum, quibus pars argenti predicti debetur, indempnes penitus debeant conservare, et si occasione predicti argenti eis non soluti vellent nos aut nostros in aliquo impedire, ad defensionem nostram et nostrorum pro totis viribus armata manu etiam se fideliter intromittant. Jnsuper notum esse volumus vniuersis, quod nos arbitri sententiam, prolatam Calmar[ni]e per dominum Magnum regem Sueuorum illustrem in vigilia omnium sanctorum suprascripta, ratificamus et obseruare volumus inviolabiliter iuxta formam compromissi dicto domino regi a nobis vel a procuratoribus nostris datam. Jn cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud castrum Thunesberge, die sabbathi infra octavam apostolorum Petri et Pauli, anno domini M° CC° LXXXVII°, anno vero regni nostri octavo.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 464, aus dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Original, von welchem jedoch das Siegel verloren gegangen ist. — Vgl. Nr. 1821 und 1839.

1287. Juli 17. Wittstock. 1917.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verleiht der Johanniter-Comthurei Mirow einen Hof mit 4 Hufen zu Starsow gegen einen Zins.

Nos Albertus dei gratia marchio Brandeburgensis omnibus Cristi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Humane fragilitatis condicio eo infirmitatis iugo premitur, vt rite gesta quantolius deleat obliuio, nisi scriptis autenticis fuerint perhennata. Notum igitur facimus tam presentibus, quam futuris, recognoscentes perpetuo in hiis scriptis publice protestando, quod nos curiam in villa Starsow, que fuerat Hinrici dicti Nyzel et heredum suorum, cum quatuor mansis adiacentibus supradicte curie commendatori curie Myrowe ac fratribus domus hospitalis Jerosolymitani sancti Johannis cum aquis, pascuis, lignis, agris cultis et incultis, cum omni vtilitate, libertate, proprietate ac pleno iure donamus perpetuo possidendam. Volumus eciam, quod ab illo, quod vnrecht proprie dicitur, libera maneat curia supradicta et ab omni vexacione et molestia, quibus per nostros officiales grauari poterit, sit exempta. Jnsuper ab omni exactione precaria ipsam curiam reddimus absolutam, nobis nichilominus de talento quolibet (et) in festo beati Martini annis singulis persoluendos duos solidos denariorum Brandeburgensium reseruando. Vt autem premissa per nos et heredes nostros inuiolabiliter perpetuo obseruentur, presentes impressione nostri sigilli tradidimus consignatas in memoriam sempiternam, adhibitis testibus infrascriptis, vt Ludolpho de Plote, Henrico et Frideriko Soneke, Friderico et Chotemar Dargaz, Henrico de Lankow, tunc temporis aduocato, Bernardo de Peccatele et quam pluribus aliis fide dignis. Datum Wizstoc, anno domini M° CC° LXXXVII., in die Alexii confessoris.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. II, B. 1, S. 190, aus dem Original im Königl. Geh. Cab.-Archiv zu Berlin. — Gedruckt in Jahrb. X, S. 213.

1287. Juli 23. Rostock. 1918.

Arnold, Panzerschmid, und der Schneider Eler verkaufen ihr ganzes Erbe an Gärten und Wiesen auf der Wendischen Wik vor Rostock an Johann von Wulfshagen und Konrad Trepper.

Arnoldus platemakere et Elerus sartor vendiderunt Johanni de Wulfardeshaghene et Conrado Treppere de consensu vxorum eorum et puerorum omnem hereditatem eorum in Wendesche Wic siue in ortis siue in pratis, eo modo, quo a domino Woldemaro (possiderunt)[1] et (nunc)[2] a ciuitate possiderunt, perpetuis temporibus dicta bona possidenda. Sed dicti duo Johannes et Conradus dabunt

ciuitati annuatim IIII marcas, sicut predictus Arnoldus et Elerus dare consweuerunt. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 160. — Die Wörter [1] possiderunt und [2] nunc sind durch darunter gesetzte Puncte sofort bei der Eintragung, wie es scheint, getilgt, später die ganze Einzeichnung. Denn es heisst im Stadtb. D, fol. 2[b] (1289): „Johannes de Lubec et Gerhardus Episcopus inpignorauerunt Bernardo de Asbike ortum humuli Conradi Trepperes pro C marcis“ — —; und fol. 4 (1289): „Bernardus de Asbike resignauit Johanni de Lubec et Gerhardo Episcopo ortum humuli, qui fuerat Conradi Trepperes, et pratum supra Wich eiusdem Conradi Trepperes pro C marcis denariorum, quem ortum et pratum Conradus predictus reemere poterit denariis pro eisdem.“ — Auf fol. 163 ist angemerkt: „Consules vendiderunt eidem Menikino [sc. de Malchowe, vgl. die Note zu Nr. 1901] reditus IIII marcarum in curia, que fuerat Conradi Treperes et Johannis de Wulfardeshagen, conditione predicta interposita“ [sc. „si ciuitas emere voluerit, ipsi Meynardus pro tanto precio, sicut ipse comparauit, non negabit“]. — Gedruckt in Jahrb. XXI, S. 38. — Vgl. über einen andern Besitz auf der Wik Nr. 1901, über einen dritten: 1292, Febr. 24.

1287. Juli 25. Schwan. 1919.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht an Georg von Niendorf erblich drei Hufen in Niendorf zu Mannrecht, doch frei von Abgaben und Diensten.

Henricus dei gratia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in vero salutari salutem. Cum ea, que fiunt in tempore, labuntur cum tempore, expedit, ut, que aguntur, in scripta publica d[i]rigantur. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis tenore presentium publice protestantes, quod nos de voluntate et beneplacito omnium heredum nostrorum Georgio de Nyendorpe suisque heredibus tres mansos in predicta villa sitos iure vasallorum porreximus perpetuo possidendos. Nychilominus ab omni [ex]actione seu peticione omnique seruicio predictum suosque heredes asserimus immunem et exemptum. Et ut huius rei nulla fiat ambiguitas, presentem cartulam sibi tradidimus sigilli nostri munimine roborat[a]m. Testes huius sunt: Henricus de Vlotowe, Gerhardus de Cropelin, Henricus de Deme[ne], milites; Godefridus de Zisendorpe, Bernardus de Lesten, armigeri. Datum Sywan, anno domini M° CC° LXXX° VII°, VIII° kalendas Augusti.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LXXX[b]. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1536.

1287. Aug. 19. Christiania. 1920.

Hakon, Herzog von Norwegen, bezeugt der Stadt Lübek seine Friedensliebe und sichert allen fremden Kaufleuten, insonderheit denen aus den Städten

Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald, Schutz und freien Verkehr in seinem Lande zu.

Haquinus dei gracia dux Norwegie aduocato, consulibus totique communitati ciuitatis Lybicensis salutem in domino sempiternam. Jn nomine domini. Residentibus nobis feliciter in ducatu, quem nobis reliquit pie recordacionis pater noster, dominus Magnus rex Norwegie illuster, sedula nostre mentis intencione illud occurrit pensandum quam sepius, qualiter ipsius in Christo dilectissimi patris nostri tam piis virtutum exercit[i]is conformari decencius valeamus, — — —. Et quia vere pacis et vnionis est fortitudo non fallax ad salutem, que, quod uerbo sinit, ante finem optate perfectionis non desinit inperfectum: presenti scripto notum facimus singulis et uniuersis, quod, quicunque extranei mercatores cum suis mercimoniis seu quibuscunque aliis iustis negociacionibus, uel alii cuiuscunque bone condicionis homines de partibus quibuscunque ad aliquam ciuitatum nostrarum, Asloie uel alibi in ducatu nostro existencium, accedere decreuerint, sub nostre promissionis et securitatis titulo confidenter ueniant, morentur pro libito et ad propria declinent sine uexacione qualibet et difficultate bonorum aut personarum; hoc certe dumtaxat adiecto, quod omnibus eandem et consimilem concedimus graciam in uniuersis consuetudinibus laudabilibus, iuribus et legibus, qualem habuerunt a retroactis temporibus et in diebus gloriosi principis patris nostri, nullis omnino interuenientibus nouis siue illegalibus adinuencionibus uel statutis. Sed cum vniuersaliter omnibus huiusmodi libertatis priuilegium pariter et gracia a nobis indifferenter debeatur, istis tamen ciuitatibus maritimis, Lybicensi videlicet, Rozstok, Stralsund, Wismar et Gripiswald, speciali quadam prerogatiua affectuosius hoc indulgemus, excitante nos ad hoc dilectionis perseuerancia, qua pie memorie progenitorem nostrum ipsarum ciuitatum discreciores homines laudabili longanimitate preuenerunt. Jn cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Asloie, anno domini M° CC° LXXX° septimo, tercia feria infra octauas assumpcionis sancte Marie virginis.

Nach dem vollständigen Abdruck im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 469, aus der auf der Trese befindlichen Urschrift, woran das Siegel, wiewohl nur zur Hälfte erhalten, noch befindlich ist. — Ein Auszug bei Sartorius II, S. 153, 154, aus Thorkelin's Dipl. Arna-Magn. II, 111. — Vgl. Nr. 1864.

1287. Sept. 1. Lübek. 1921.

Die Stadt Lübek vereinigt sich mit den meklenburgischen Fürsten über die Vollstreckung der Strafe gegen Strassenräuber.

Confoederatio Lubecae cum dominis Mecklenburgicis principibusque Venedorum de coercendis praedonibus, illico post capturam infelici arbore suspendendis. Lubecae, die Aegidii, [M]CCLXXXVII.

Angeführt in Dreyer's Apparatus jur. publ. et hist. Lubec. T. I. [U.-B. d. Stadt Lübek II, S. 51.] — Die Urk. ist: „in archiuo Lubecensi", wo sie nach Dreyer sein sollte, nicht aufgefunden, und im Trese-Registranden nicht erwähnt. Detmar berichtet zum J. 1288: „In der tyd hadden de Wendeschen heren unde ere stede alle bi der see lank mit den van Lubeke enen landvrede belovet, en deme anderen truweliken to helpene, so wor en defrorere wurde begrepen, den scholde men henghen lik enem dere". (Dagegen erwähnt er nichts vom Abschlusse des Rostocker Landfriedensbündnisses im J. 1283.)

1287. Sept. 8. 1922.

Johann, Propst von Neukloster, bestimmt die Vertheilung der Aufkünfte aus dem Dorfe Nepersmühlen mit Zubehör, den beiden Hufen zu Reinsdorf und der oberen Mühle zu Brunshaupten, welche er seinem Kloster geschenkt hat.

In nomine sancte trinitatis. Amen. Hermannus dei gratia S(ch)werinensis ecclesie episcopus vniuersis, ad quos iste litere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Notum sit uniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris, nos recepisse literas domini Godtschalci prepositi sanctimonialium monasterii Campi Solis, non cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua sui parte uitiatas, in hec uerba:

Godtschalcus miseratione diuina prepositus in Campo Solis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui omnes saluos fieri et neminem uult perire. Recognoscimus nos uidisse literas domini Johannis pii predecessoris nostri in hec uerba:

Quod [1] temporaliter geritur — — *[wie Nr. 1552]* — — in denarios commutatis, quater in anno singule domine emancipate vnum solidum, domicelle uero tres denarios recipiant, distribuente tali ordine: in annunciatione beate virginis, in festo corporis domini, in assumptione beate Marie virginis, in solemnitate virginis Katharine. Hec autem ideo conuentui sunt deputata, ut memoria nostra et fratris nostri Sifridi et domini Johannis de Mirika necnon auunculorum nostrorum Henrici ac Hermanni, qui sepulturam suam in eodem loco solemniter elegerunt, sub orationum et bonorum operum participatione, que deo dante illic perficiuntur, habeatur. Huius ordinationis et donationis testes adfuerunt: dominus Gerhardus de Naquensdor[p], Johannes de Mirica, Wilekinus, Sifridus et Johannes Reze, sacerdotes; dominus Hinricus miles de Demene et Hermannus frater eiusdem, Sifridus de Woroldestorp, Arnoldus de Gustrouw et alii plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° VII°, sexto idus Septembris, in natiuitate beate Marie virginis.

Corpora supradicta, cum defuncti fuerint, curru claustri adducentur ad sepeliendum in sepultura fratrum.

Nos ergo ordinationem huiuscemodi gratam et ratam quantum in nobis habentes, presens scriptum conscribi fecimus et sigillo conuentus et nostro firmiter communiri. Anno domini M° CC° LXXX° VII°.

Nos igitur ipsa authoritate, qua fungimur, tenorem presentem approbamus ac ipsum, quod rite ac prouide factum est, potestate ordinaria confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre confirmationis [literam][2] infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentauerit, indignationem dei et nostram se nouerit incursurum et in die nouissimo cum iniquis et reprobis recipere portionem. Datum Warin, anno domini M° CC° LXXXVIII., in die sancti Maurilii et sotiorum eius.

Nach zwei Abschriften aus dem Jahre 1584 im Haupt-Archiv zu Schwerin. Beiden fehlt [1] der Eingangssatz zur Urkunde des Propstes Johann, welcher wahrscheinlich wie der Eingang zu Nr. 1552 lautete, und [2] hinter „confirmationis" ein Accusativ: literam oder dergl. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 73.

1287. Sept. 8. 1923.

Bogislav, Barnim und Otto, Herzoge von Pommern, bestätigen dem Kloster Verchen die von den früheren Landesherren geschenkten Besitzungen, Zehnten und Gerechtigkeiten und schenken demselben das Eigenthum der Mühle „Clodenitz".

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Bugeszlaus, Barnim et Otto dei gracia duces Slauorum et Cassubie ac domini in Stetin uniuersis presentem paginam inspecturis vel audituris in perpetuum. Licet nostre serenitatis principatus magna cum sollicitudinis eminentia singularum profectibus ecclesiarum intendere teneatur, illius tamen gloriose semperque virginis Marie ecclesiam, que summi patris mater[1] est et filia, nostro subsidio tanto amplius duximus honorandam, quanto apud filium suum prerogativam tenet ampliorem, ut tempore oportuno gratiam in oculis ipsius mereamur invenire. Recognoscimus siquidem et inprimis protestamur, quod privilegia illustrium virorum ac progenitorum nostrorum dominorum Wartyzlai dilecti cognati nostri, quondam ducis Dyminensis, et Barnim pii patris nostri sancte ac felicis recordationis, quondam ducis Slavorum et Cassubie, vidimus illesa et inconuulsa, non cancellata, non abolita, nec aliqua sui parte viciata, que prenominati principes preposito, priorisse ac ecclesie monasterii Verchin, quod Jnsula sancte Marie nominatur, super omnibus bonis suis, possessionibus et fundis contulerunt, continentia inter cetera donationes et translationes dominii utilis et directi villarum et advocatiarum, quarum scilicet sententie manus et colli aliquando ad penam pecuniariam ciuiliter, aliquando ad penam sanguinis criminaliter se extendunt, ceterum libertates et emunitates ac exemptiones, videlicet servitutes rusticas et urbanas; quas quidem donationes ratas habentes

confirmamus et presenti decreto approbamus, renunciantes omni iuri, quod nobis competere posset auctoritate privilegiorum predictorum; nos quoque, ipsorum progenitorum nostrorum vestigiis inherentes, ut ultionem dei in extremis euadere valeamus, appropriamus et donamus ecclesie monasterii Verchen preposito, priorisse et conventui, quod Jnsula sancte Marie nuncupatur, ut diuinis obsequiis eo liberius valeant vacare, quibus existunt mancipate. Ceterum omnes possessiones, villas, decimas, terras, aquas, sicut a predictis predecessoribus nostris sunt distincte, quo cum suis terminis et propriis vocabulis etiam duximus exprimenda: Cladessowe, Roseme[r]sowe[2], Buchur, Ber[c]owe[3], Lokenzin, Zwiwalke, Noue Jnsule, que quondam Miliziz vocabatur, Verchin, Mesegore, Sconeuelde, Metzecowe, Borentin, Gnewessowe, Voltsekouwe, Bussowe, Cadowe, Borchuelde, Werder, Seltiz, Prucen, Swichtenbergh, Smachteshagen, ecclesiam quoque in Kartlowe et ius patronatus eiusdem cum decima villarum subsequentium, scilicet in villa Cartlow decimam integram viginti quatuor mansorum, in villa Crucowe dimidietatem decime, in villa Smarsowe medietatem decime, et quicquid iuris in dicta ecclesia et decima prius tacta habuimus, ecclesie contulimus memorate; insuper medietatem decime in tribus hiis villis: Colne, Conrowe, Doberecow, et decimam aliquorum mansorum cum censu in villis infrascriptis, scilicet in villa Calubbe decem et septem mansorum, Trebetow quatuor mansorum, Plestelin trium mansorum, Tutzen quatuor mansorum, Tritteruitze duorum mansorum, Vlemingestorpe sex mansorum: pretaxatas huiusmodi villas et omnia ipsorum bona atque decimas cum integritate simulque usufructu contulimus monasterio prenominato, utpote predicti principes, Wartislaus illustris cognatus noster ac Barnim pater noster bone memorie, cum pertinentiis ac prouentibus contulerunt, pratis, pascuis, siluis, paludibus, nemoribus, terris cultis pariter et incultis, viis, inviis, in plano et in busco, aquis, piscationibus, stagnis, riuulis, molendinis constructis et construendis, cum advocatiis et omni iure, cum terminis eis deputatis ac universis contentis infra eosdem, que nunc sunt aut acquiri possunt in futuro. Precipue tamen et principalis magnitudine donationis atque titulo proprietatis donauimus et appropriauimus villam Verchin, secundum quod iacet et situata est, cum terminis suis antiquissimis et antiquis monasterio Verchin sepedicto, insuper medietatem fluvii Pene et quicquid infra predictum terminum continetur, cum decursibus aquarum, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, paludibus, viis, inuiis, ut premissum est, in plano et in bosco. Ceterum super omnia et pre omnibus dedimus piscaturam in stagno Verchinpeniz cum magna sagena et aliis quibuscunque instrumentis et capturam anguillarum cum clausuris in stagno Verchinpeniz, nullis obstantibus prioribus litteris vel privilegiis super donatione predictorum editis et confectis, utpote preclari et ingenui progenitores nostri, domini Wartizlaus cognatus noster ac Barnim pater noster predilectus, quondam dux Slauorum et Cassubie ac dominus in Stetin, monasterio Verchin, quod Jnsula sancte Marie nominatur, preposito, priorisse et conuentui

collatione et possessione pacifica ac perpetua donauerunt. Nos quoque istis confirmationibus insertis progenitorum nostrorum vestigiis inherentes, ob reuerentiam dei et precelse Marie virginis matris eius, in remissionem nostrorum peccaminum, proprietatem molendini Clodeniz cum alueo et ripa atque aquarum decursibus et piscaturam integraliter dedimus et per titulum donationis appropriauimus monasterio supradicto. Testes huius confirmationis et ordinationis sunt: Hyldebrandus abbas in Stolp, Lambertus canonicus in Camyn, Hinricus plebanus in Dymin, Lodewicus dictus Storm, clerici; Reymbernus de Wacholt, Reymbernus Hobe, Hermannus Blucher, Johannes Walsleſh, Hermannus de Osten, Hinricus Heydbrake, Ludolfus Moltzan, Johannes Scolentin, milites, et alii quam plures, tam clerici, quam laici fide digni. Ne autem hec confirmatio et ordinatio nostra ab aliquo disturbari valeat vel infringi, hanc paginam inde conscriptam cum sigillorum nostrorum appensione supra predicto monasterio in testimonium validum erogamus. Acta sunt hec ab incarnatione domini anno M. CCLXXXVII., sexto ydus Septembris.

Nach Dregers Abschrift aus dem in der zweiten Hälfte des 14. Jahrh. geschriebenen, jetzt verlorenen zweiten Theile der Verchenschen Matrikel. [Dreger überliefert [2] Rosemeysowe, [3] Bertowe.] Die ganze Fassung der Urkunde weicht von der sonst üblichen Form der Bestätigungen ziemlich ab. Der erste Theil derselben ist eine ungelenke Nachbildung der bischöflichen Urkunde Nr. 1489 (selbst filii fehlt hier, wie dort vor [1] mater); aber sie steht mit derselben in directem Widerspruche, insofern hier die meisten Zehnten als Geschenke der Herzoge bezeichnet werden, die nach Nr. 1489 von den Bischöfen verliehen sein sollen. Nach des Archivars Klempin gefälliger Mittheilung ist anderweitig nicht bezeugt, dass das Kloster die Orte Miliziz [bei Miltitzwalde?] und Zwiwalke [das Zwibelfeld, einen zum Vorwerke Thalberg gelegten Theil der Feldmark von Treptow], sowie die Dörfer Borgfeld und Werder besessen hat; Borgfeld war im Anfange des 15. Jahrh. im Besitze der Familie Drake. Es ist Klempin ferner aufgefallen, dass unter den Klosterdörfern Burow fehlt, dagegen Prützen mit aufgeführt ist, wiewohl das Kloster Verchen in jener Zeit dort erst 10 Hufen hatte. 1301 erwarb es 24½ Hufen in Prützen und trat dafür sein Dorf Burow (= 20 Hufen) an Hermann Blücher ab; 1304 kam dann das letztere mit der Verleihung des Eigenthums an das Kloster zurück (Lisch, Maltzan. Urk. III, S. 7). — Wenn man einmal Verdacht geschöpft hat, nimmt man auch Anstoss an dem Zusatz zu „monasterium Verchin": „quod Insula sancte Marie nominatur", der in dieser Zeit merkwürdig ist. Das Kloster war bekanntlich 1245 oder kurz vorher von Clatzow nach dem Marienwerder verlegt [Lisch, Behr. Urk. I, S. 24], ward aber auch noch nach Clatzow benannt [vgl. Nr. 604, 715, Lisch, Behr. Urk. I, S. 62]. Unsere Nr. 571 muss daher nach Klempins Wahrnehmung gefälscht sein, da nach derselben das Kloster schon 1245 ins Dorf Verchen verlegt sein soll. Nach dem Marienwerder wird es noch 1269 benannt [Nr. 1168], gewöhnlich aber bereits nach Verchen, nachdem dieses Dorf 1255 schon in den Besitz des Klosters gekommen [Nr. 749] und die Kirche daselbst ausgestattet war [Lisch, Behr. Urk. I, S. 62]. Vgl. Nr. 769, 861, 862, 1071. Seitdem 1270 jedoch der Bau in Verchen ausgeführt war [Nr. 1189], pflegte das Kloster regelmässig nur „claustrum (monasterium) in Verchin" genannt zu werden [vgl. Nr. 1489 und Lisch, Behr. Urk. I, S. 136]. — Gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. III, S. 3.

1287. Sept. 8. Lübek. 1924.

N[icolaus von Meklenburg], Propst, O[tto], Decan, und das ganze Dom-Capitel zu Lübek verkaufen einen Hauszins an den dortigen Bürger Walther von Bremen.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 470, aus dem Reg. antiq. Capit. Nr. 205*. — Das Datum lautet: „Datum et actum Lubeke, anno domini M° CC. LXXX° VII°, in die nativitatis domine nostre."

1287. Sept. 24. 1925.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Doberan den Ueberschlag von einem Theil der Aecker zu Niendorf und die Hebung von 15 Hühnern daselbst.

Henricus dei gratia dominus de Werle vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris hoc scriptum cernentibus salutem Christi fidelibus repromissam. Ea que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere; et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur, scripturis conuenit autenticis roborari. Eapropter notum esse volumus tam posteris, quam presentibus, quod nos de consensu et beneplacito omnium heredum nostrorum et de maturo militum terre nostre consilio, receptis ab abbate de Doberan sexaginta marcis denariorum, dimisimus eidem abbati et ecclesie Doberanensi excrementum wlgariter overslach nuncupatum, quod ex emensuratione agrorum ville, que Nyendorpe vocatur, excreuit, et prouentus quindecim pullorum, quos in eadem villa annuatim habuisse dinoscimur; volentes, vt Doberanensis ecclesia ipsum excrementum dictum owerslach in omnibus agris et mansis, in campis cultis et incultis, in siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, sicut alia bona, que in prenotata villa Nyendorpe ab antiquo habuisse dinoscitur, exceptis tamen tribus mansis abinde, vno videlicet ciuitati Rozstoc et duobus aliis Gerrardo militi dicto Rukit assignatis, necnon et spacio quodam, quod Henrico Sartori de Sywan dimisimus, cum iudicio, sicut habent vasalli nostri in villis et bonis suis, perpetuis temporibus pacifice possideat et quiete. Vt igitur hoc tam racionabile factum nostrum inuiolabile perseueret, presentes litteras inde conscriptas sigilli nostri appensione fecimus roborari. Huius actionis nostre testes sunt: fideles nostri Jordanus et Gerhardus fratres dicti de Cropelin, Gerardus et Henricus fratres dicti de Rukit, Henricus dictus de Demene, milites, item Rodolfus et Godefridus fratres cognominati Barolt, Lambertus et Georgius fratres dicti de Rukit, armigeri. Datum anno incarnationis verbi M° CC° LXXXVII°, octauo kalendas Octobris.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol LXXX°. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1537.

1287. Sept. 24. Rostock. 1926.

Eike verzichtet auf den Ersatz des Geldes, welches er als Vogt zu Skanör für die Stadt Rostock hat aufwenden müssen.

Notum sit, quod anno domini M° CC° LXXXVII°, proxima quarta feria post Mauricii et sociorum eius, comparuit Eyko coram discretioribus nostre ciuitatis, tempore quo Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Jo. Nicig fuerunt came-

rarii, profitendo, quod cessaret de omni causa, quam habuit agere apud consules ratione pecunie, quam consumpserat Nore, tempore quo exstitit aduocatus, pro honore et iure nostrorum burgensium in terra iam predicta, ita quod de cetero mouere questionem non debeat aliqualem.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 136. — Auch die Stadt Lübek hatte einen Vogt in „Noro", s. U.-B. der Stadt Lübek II, S. 1041.

1287. Rostock. 1927.

Johann Moltke überweiset vor dem Rathe zu Rostock seiner Verwandten Margarete, der Wittwe des Ritters Johann von Bune, eine Leibrente.

Notum sit, quod dominus Johannes Molteke in nostro consistorio constitutus plenius fatebatur, cognate sue domine Grete relicte strenui militis domini Johannis de Bvne bone memorie in omnibus bonis suis L marcarum et IX solidorum redditus ad tempora vite sue assignasse, dicte domine redditus prescriptos in festo Katherine presentandos. Si vero dominum Johannem dictum Molteke contigerit viam ingredi carnis vniverse, quod absit, heredes dicti domini Johannis prefatos redditus domine Grete in ciuitate Roztoc ad terminum prefixum temporibus vite sue presentabunt. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtb. C, fol. 140. — Nach fol. 163 verkaufte „domina Greta de Bune" im Jahre 1288 an Frau Geso (Gertrud) von Hildesheim um 42 Mk. wiederkäuflich 4 Mk. Renten „in hereditate ipsius", also aus ihrem Hause zu Rostock. „Ad hanc venditionem consensum adhibuit Arnoldus Quast, qui est tutor domine Grete sepedicte."

1287. Oct. 1. Lübek. 1928.

Nicolaus, Bischof von Börglum, verleiht dem Kloster Rehna einen Ablass zur Ausbesserung des Klostergebäudes.

Frater Nicolaus permissione diuina Burglanensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu colligere ualeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque uolentes fidelibus populis, sicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda

regni celestis premia suffragari, quod utique tunc fieri certissime creditur, cum per graciam diuinam indulgenciam consecuti fuerint delictorum, omnibus Christi fidelibus, qui deuotis ancillis Christi in Rene pro reparacione monasterii manum porrexerint adiutricem, uel ex deuocione ad ipsum locum in festis subscriptis, videlicet patronorum ecclesie et festo dedicacionis et in omnibus festiuitatibus beate uirginis et precipuis festiuitatibus ordinis earumdem accesserint, XL dies et carenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, ita tamen, si venerabilis domini Raceburgensis episcopi consensus accesserit et uoluntas. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in Lubek, anno domini M° CC° LXXXVII., in die beati Remigii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein parabolisches Siegel mit einem Rücksiegel. Das sehr beschädigte Siegel zeigt die Gestalt eines sitzenden Bischofs; von der Umschrift ist zu erkennen:

..NICHO.....VRGL[A]N.....

Das Rücksiegel zeigt oben die gekrönte Jungfrau mit dem Christkinde unter einem gothischen Baldachin, und unter demselben die Gestalt eines knieenden Bischofs, den Bischofsstab in den gefaltenen Händen haltend; Umschrift:

✠ SCCRCTVM . C... BVRGLANC̄S

Der Bischof Nicolaus von Börglum begegnete uns schon oben in Nr. 1698; vgl. auch unten 1290, Juni 25. — Vgl. Regesta Dan. I, 1288, Sept. 12 etc.

1287. Nov. 5. Wittenburg. 1929.

Marquard von Zecher, Knappe, verkauft dem Dom-Capitel zu Ratzeburg den Fischfang in den Gewässern bei Boissow und Schaliss und entsagt einer Hebung von 3 Schillingen für 20 Mk. Lüb. Pf.

Ego Marquardus famulus dictus de Schechere fateor in hoc presenti scripto fideliter et protestor, quod ego nomine meo et fratrum meorum, nomine eciam filiorum sororis mee et omnium eorum, qui consortes sunt bonorum nostrorum in villa Schalitze, vendidi preposito et conuentui ecclesie Raceburgensis ius piscature, quod in aquis Bosowe adiacentibus nobis competere dicebamus, ius eciam percipiendi pisces, quociens ad agros uel litus agrorum Schalitze capturam piscium contingerit applicari. Renunciaui eciam pro me et omnibus supradictis pensioni trium solidorum, quam de allodio Bosowe recipere consueuimus annuatim. Vendidi inquam et renunciaui preposito et conuentui supradictis hec omnia pro viginti marcis denariorum Lubicensium, quas me ab ipsis integre fateor recepisse. Promisi eciam in manus Wiperti, Olrici, Hinrici de Bluchere, militum, et ad preces meas eisdem promiserunt Wipertus et Fredericus de Bluchere, Amelungus dictus Hu[c]sith[1], Hinricus de Weltzowe et dominus Johannes de Lutzowe, Fredericus de Melenteke, Hermannus de Bluchere, Engelbertus de

Lassan, famuli, Lefardus, ciuis ciuitatis Wittenborg, fide interposita corporali pro me et pro fratribus meis, filiis sororis mee, quod contra hanc vendicionem nunquam per nos uel per alios veniamus et quod predictos prepositum et conuentum contra omnes, qui bona in villa Scalitze habent uel habituri sunt in posterum, war[a]ndabimus cum effectu; alioquin per fidem Wittenburg intrabimus, inde non exituri, donec ipsis res vendite sint defense. Ego Wipertus, ego Olricus, ego Hinricus dicti de Bluchere, milites, sub sigillis nostris huic scripto appendentibus confitemur, quod supradicti omnes et eorum singuli sub forma prenotata in manus nostras promiserunt, quam promissionem ab ipsis ad nomen prepositi et conuentus predictorum nos dicimus recepisse. Acta sunt hec in terminis villarum Scalitze et Bosowe, prope molendinum ville Bosowe, anno domini M° CC° LXXX° VII°, tercia feria ante Barnabe apostoli, de laude et consensu Ottonis et Luderi dictotorum Wackerbart, militum, qui huius rei signum sua sigilla hiis presentibus appenderunt. Datum et actum in Wittenburg, anno domini M° C° C° LXXX° VII°, quarto die post festum omnium sanctorum.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche im Archiv zu Neustrelitz. [¹ Hutsit st. Hulsit.] — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2210; Schröder, P. M. II, S. 2966.

1287. Nov. 7 (?). 1930.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, bestätigt dem Kloster Zarrentin den Zehnten von vier Hufen in Püttelkow, welche der Ritter Ulrich von Blücher, genannt der Dicke, an dasselbe verkauft hat.

Uniuersis Christi fidelibus presentia uisuris C. dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus salutem in domino Jhesu Christo. Rerum gestarum series ideo litteris debet inscribi, ne ea, que racionabiliter ex liberalitate fiunt, obliuiosa posteritas uel maliciosa peruersitas ualeat inmutare. Hinc est, quod nos, amoniti fidelitate seruicii dilecti uasalli nostri domini Olrici pigwis (!) militis dicti de Bluchere, pium deuotionis sue atendentes affectum, quem gerit ad promotionem claustri in Szarnethin, ratam et gratam habemus uenditionem decimarum quatuor mansorum in Putlekowe, quas a nobis ratione homagii tenebat in feodo, dominabus iam dicti claustri factam, concedentes eisdem plenam proprietatem in dictis decimis, et eis easdem cum pleno iure, quod nos habuimus uel habere potuimus in iam dictis decimis, libere in perpetuum assignamus. Datum et actum presentibus domino Henrico preposito et canonicis ecclesie nostre, dominis Hermanno camerario et Segebando et Reyberno dicto Gezeuiz, Jacobo notario nostro, et milite domino Wiperto dicto de Bluchere, anno domini M° CC° LXXXVII°, in die Herculani martiris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 1746 abgebildete parabolische Siegel des Bischofs Konrad von Ratzeburg, mit vollständiger Umschrift. In den Wismarschen Calendarien, welche uns aus dem Stifte Ratzeburg allein erhalten sind, findet sich kein Tag für Herculanus angezeichnet, ebensowenig im Ordinar. Zwerinens.

1287. Nov. 14. Neu-Brandenburg. 1931.

Walwan, Propst, und das ganze Capitel des Klosters Broda beurkunden die Stiftung einer Vicarei in der Pfarrkirche zu Neu-Brandenburg durch den dortigen Schulzen Johann, Herbords Sohn.

Ualwanus dei gratia prepositus, Teo[dericus] prior totumque capitulum ecclesie Brodensis omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Quoniam ea, que ex ordinatione mortalium procedunt, caduca sunt et minus firma et processu temporis vergunt in obliuionem, nisi scriptis et sigillis et proborum hominum testimonio fuerint confirmata: recognoscimus igitur et presentibus publice protestamur, quod nos Johanni filio Herbordi, quondam ciuis Brandeburgensis, prefecto eiusdem ciuitatis, necnon et fratribus ipsius, acceptis ab eisdem nonaginta talentis denariorum Brandeburgensium, dimisimus octo talenta monete grauioris scilicet Stendaliensis proprietatis titulo perpetuo possidenda et eorum heredibus ab eis directa linea descendentibus et amicis, quos siquidem denarios plebanus ecclesie parrochialis in Noua Brandeburg certis temporibus et diebus ad hoc specialiter ordinatis annis singulis presentabit sine contradictione aliqua et aliquibus impedimentis. Quibus et altare, quod idem Johannes cum suis fratribus ad honorem omnipotentis dei et virginis gloriose matris dei et domini nostri Jesu Christi et beati Nicolai de nostra licencia et fauore pro remedio et salute animarum parentum suorum, patris videlicet atque matris, pro salute propria et vxoris sue, heredum et omnium amicorum suorum, tam uiuorum, quam et mortuorum, humiliter et deuote construi procurauit in ecclesia parrochiali Brandenburg, sollempniter est dotatum. Quod altare dictus Johannes iam contulit denariis cum predictis cuidam clerico sacerdoti in diuino vtpote officio competenti, et conferet, quoad uiuit, quociescumque necesse fuerit porrigendum; quo defuncto ad fratres seu heredes ipsius transibit indesinenter altaris collatio supradicti; adiecto, quod semper inter illos senior atque melior collationis beneficium obtinebit omnis discordie pertinatia amputata. Uerum si tota, quod absit, ipsorum progenies siue cognatio posteritatis tempore delela fuerit penitus uel extincta, prepositus ecclesie Brodensis pro uoluntate consulum ciuitatis Brandeburgensis et consensu sepedicti altaris beneficium conferet clerico sacerdoti, qui illud in officio cotidiano tunc sicut et nunc reuerenter et decenter valeat procurare, ita tamen: quod in preiudicium uel grauamen plebani ecclesie parrochialis dici uel nominari

poterit, nichil vmquam audeat attemptare, sed eidem in officiis karitatis semper erit beniuolus et paratus. Si etiam ipsum contingeret oblationes aliquas fidelium uel prouentus qualescumque recipere ad parrochiam forsitan pertinentes, omnia sine murmure ad manus plebani pro tempore existentis reuerenter sub pena suspensionis officii uoluntarie presentabit. Sed si aliquis ipsum respicere fidelium dignaretur pro carorum suorum memoria defunctorum iure canonico non obstante elemosinam faciendo largiorem, hoc de licentia plebani recip[i]at et fauore, et eundem in omnibus, quibus potest, si meruerit, promouebit. Si vero idem sacerdos aliqua presumptione dictum altare in officio diuino quibuscumque de causis personaliter noluerit officiare, ad quem pertinet collationis beneficium, iam redibit, quia priuilegium uidetur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Ut autem hec omnia irrefragabiliter obseruentur, presentem paginam sigilli illustris principis domini Alberti marchionis Brandenburgensis necnon sigillorum nostrorum appensionibus, nostri videlicet et capituli nostri, fecimus communiri. Testes etiam, qui presentibus interfuerunt vel interesse poterant et quorum consilio hec, que predicta sunt, fideliter sunt ordinata, nominatim nichilominus dignum duximus adnotari, quorum nomina hec sunt: Teo[dericus] prior, H. dictus de Stargart, H. Scolentin, Her[mannus] Judeus et ceteri canonici et fratres ecclesie Brodensis, dominus Jo[hannes] de Bukowe, Jacobus rector ecclesie Brandenburgensis, Teo-[dericus] de Vorstense, Jo[hannes] dictus Prinzlaw, Jo[hannes] de Vilem, Ar-[noldus] de Vorstenberge, clerici et sacerdotes; dominus H. de Polchowe, pincerna domini marchionis, H. de Wildenhagen, H. Manduuel aduocatus, Fredericus Dargaz, Gunterus de Reberg, milites; Ber. molendinarius, Jo. Repin, Jo. Westval, Beteman de Dewiz, Wezel Zerdo, Ar[noldus] Zerdo, Her[mannus] Crispus, scabini; Jo[hannes] Rotstoc, H. Slichting, Jo[hannes] Picht, Jo[hannes] Kolpin, Wlome, Ar[noldus] Beiseriz, H. de Ganzekowe, Luthardus pistor, consules ciuitatis, quorum etiam sigillo pro maioris roboris firmitate usi sumus. Acta sunt hec in Noua Brandeburg, anno domini M. CC. LXXXVII°, feria sexta infra octauam sancti Martini.

Nach dem Original im Archiv zu Neu-Strelitz. An seidenen Schnüren hangen nun, da das erste Siegel mit dem Siegelbande fehlt, noch drei Siegel:

2) an einer Schnur von grüner Seide das runde Siegel des Propstes Walwan: vor einem Altare, auf dem ein Kelch steht, erhebt ein stehender, nach rechts gewendeter Geistlicher betend die Hände; Umschrift:

✠ S' WALWANI PRAEPOSITI DE BRODA

3) das schon beschädigte runde Brodasche Klostersiegel, welches hier zuerst vorkommt und hieneben abgebildet ist; Umschrift:

✠ SIGILLVM : ECCLESIE [SCE :] SCI : [PETRI : IN : BRO]DE

4) das auf Kosten der Stadt Neu-Brandenburg hieneben abgebildete erste grosse Siegel der Stadt Neu-Brandenburg mit einem zweipfortigen Stadtthore, über welchem zwischen zwei Thürmen der rechts gekehrte markgräflich brandenburgische Helm steht. Dieses Siegel kommt auch noch an einer Urkunde des Klosters Wanzka vom 2. Jan. 1300 vor. Aus beiden Siegeln, welche das Siegelbild noch vollständig haben, aber in den Umschriften schon lückenhaft sind, hat sich die Umschrift noch weiter zusammenstellen lassen, als sie abgebildet ist:

✠ SIGILLVM BVRGANSIVM CIVITATis nove branDABORGh

Schon an einer Urkunde des Klosters Broda vom 13. Juli 1305 erscheint ein zweites Stadtsiegel, mit der Umschrift:

✠ SIGILLVM · CIVITATIS · NOVA · BRANDABORG

Dieses zweite ist im Bilde dem hier abgebildeten fast ganz gleich, nur ist die Architektur mehr schlank und spitzbogig, das Ganze mehr „gothisch". — Gedruckt bei Boll, Starg. I, S. 309, jedoch nicht ganz correct; z. B. liest er: B. Tudeus, statt W. Iudeus.

1287. Nov. 24. Grubenhagen. 1932.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht der Jacobi-Kirche in Lübek zu der von Hildebrand von Mölln gestifteten Vicarei das Eigenthum von 4½ Hufen in Selow und 2 Hufen in Cambs (bei Schwan).

Henricus dei gratia dominus de Werle omnibus in perpetuum. Cupientes ecclesiarum profectibus semper intendere et cultum diuinum, ubicumque possumus, ampliare, notum facimus tam posteris, quam presentibus, quod nos, dilectorum filiorum nostrorum Nicolai et Henrici consensu accedente plenario, contulimus et dimisimus ecclesie sancti Jacobi in Lubeke proprietatem quatuor mansorum et dimidii in villa Selowe [1] et duorum in villa Campiz [2] et prouentuum eorumdem, ad altare vnum in dicta ecclesia construendum, quod Hildebrandus de Molne beate memorie ibidem de suis elemosinis fieri postulauit; hoc etiam adiuncto, quod a sacerdote, quem pro tempore dicto altari preesse contigerit, nostri et parentum nostrorum iugis memoria habeatur. Et ut hanc donacionem nostram nullus in posterum valeat immutare, presentem litteram inde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes sunt: Godeco Luche, Fredericus de Kerictorpe, Tessemarus marscalcus, Marquardus de Teterou, milites. Actum et datum in Grubenhaghen, anno domini millesimo CC° LXXXVII°, in vigilia beate Katherine.

Nach Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 341, aus dem Reg. Cap. Lub. III, 93*. Von einer späteren Hand (um 1500) sind bei [1] Selowe: „XX mansi", bei [2] Campiz: „X mansi" am Rande bemerkt.

1287. Nov. 30. Lübek. 1933.

Waldemar, Herzog von Schleswig, leistet dem Grafen Helmold von Schwerin Bürgschaft wegen der Mitgift seiner Schwester Margareta und schliesst mit ihm ein Schutz-Bündniss.

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus dei gracia dux Danorum in domino salutem. Rerum facta temporalium trahi solent quam sepius in deuium, nisi litterarum vel vive vocis testimonio robur habeant firmitatis. Unde scire volumus vniuersos, nos magnifico principi domino Helmoldo comiti Zwerinensi sororem nostram Margaretam nomine legitimam dedisse in vxorem, cui domino omnia bona et singula ipsam in regno Dacie iure hereditario contingencia assignare debeamus. Ac si ipsa bona redimere voluerimus, memorato domino duo milia marcharum Lybicensis monete ratione dotis persoluemus. Preterea, cum nos et ipsum dominum comitem vere amicicie karitas tam racione ipsius matrimonii, quam dilectionis mutue copulauit, volumus et promittimus bona fide, quod sibi contra quascunque personas, preter dominos regem Dacie, regem Swecie et principem Ruyanorum, in causis iustis ad iniurias suas repellendas in prosperis et aduersis astabimus viribus et effectu. Et ut hec rata et stabilia seruentur, promiserunt una nobiscum Ruyanorum princeps, auunculus noster, Hennike domicellus de Meklenborgh, et domicellus Ericus frater noster. Promittimus inquam fide media, quod viginti milites nostri infra nominandi, omnia et singula ista nobiscum promittentes, ciuitatem nostram Sleswik intrabunt et defectum supplebunt, si quem idem dominus comes passus fuerit in premissis; ac si aliquem illorum interim mori contigerit, alius loco sui instituatur, qui ad cetera supradicta tamquam principalis promissor teneatur obligatus. Ex illis autem viginti militibus nostris ad presens nobiscum decem promiserunt, videlicet Laurencius Tuky sun, Thomas Muly, Thuko Apeldgarth, dapifer noster, Otto de Plone, Thetlauus de Sestath, Benedictus Gothscalk sun, Johannes Malty sun, Hartwicus Vlfh, Nafno Jønnes sun et Helricus; reliqui vero decem idem promittent, quanto cicius se tempus optulerit oportunum, fide super hoc per hos prestita et per reliquos prestanda corporali. Jn cuius facti noticiam et memoriam firmiorem presentes litteras sigillis domini W. principis Ruyanorum, Hennike domicelli de Meklenborgh una cum nostro proprio fecimus communiri. Actum et datum Lybek, anno domini M° CC° LXXX° septimo, in die beati Andree apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Die Urkunde hat vier Pergamentstreifen, aber an erster, zweiter und vierter Stelle fehlen die Siegel. Das an dritter Stelle hangende runde Siegel zeigt einen Schild ohne Längstheilung, auf welchem rechts zwei rechts gekehrte Leoparden übereinander und links ein rechts gekehrter, aufgerichteter Greif unmittelbar neben einander stehen. Von der Umschrift scheint noch — — DV — — erkannt werden zu können. Das Uebrige ist abgebrochen. — Gedruckt in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Sammlung I, S. 515.

1287. Dec. 10. Lübek. 1934.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihre Söhne Heinrich und Johann verpflichten sich, dem Deutschen Orden sofort nach der Befreiung des Fürsten Heinrich (des Pilgers) die zu diesem Zwecke in Lübek niedergelegten 2000 Mark Silbers auszuzahlen.

Nos Anastasia dei gracia domina Magnopolensis vna cum filiis nostris Henrico et Johanne nos presentibus firmiter obligamus ad resarciendum, redintegrandum ac supplen[dum] omnem defectum, da[m]pnum, periculum, quem vel quod fratres domus Theutonice in summa duorum milium marcarum Lubike depositarum receperint vel incurrerint exnunc, quousque post liberacionem domini et patris nostri dictam pecuniam in ciuitate Lubicensi receperint et libere sub nostris expensis et periculis deduxerint in ciuitatem Mechele, siue in parte, quocunque casu contigerit, vel in toto. Quod si post ammonicionem dictorum fratrum non fecerimus infra duos menses, extunc nos dicti domicelli cum decem nostris militibus in ammonicione nobis nominatis ciuitatem Lubicensem ad iacendum in ea intrabimus, non exituri, quousque dictis fratribus ad plenum satisfecerimus de dampnis sev periculis superius annotatis. Procurabimus etiam, quod dominus Henricus de Werle nobiscum et pro nobis se in forma simili dictis fratribus obligabit. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus svnt appensa. Datum Lubeke, anno domini M° CC. LXXXVII., IIII° idus Decembris.

Nach dem Original im Archive zu Neu-Strelitz. Die beiden anhangenden Siegel, nämlich das der Fürstin Anastasia und das des Fürsten Heinrich (II.), beide abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1353, sind wohl erhalten. Zu mehr Siegeln sind keine Einschnitte gemacht. — Gedruckt: Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 52; Jahrb. XIV, S. 293. — Vgl. Nr. 1935.

1287. Dec. 13. Lübek. 1935.

Vogt, Rath und Gemeinde der Stadt Lübek bekennen, von der Fürstin Anastasia von Meklenburg und deren Söhnen Heinrich und Johann 2000 Mark Silbers zur Zahlung an den Hochmeister des Deutschen Ordens empfangen zu haben.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, aduocatus, consules et commune ciuitatis Lubeke salutem in domino. Protestamur presentibus, nos habere deposita penes nos in nostra custodia duo milia marcarum argenti puri de

pondere Coloniensi, pertinencia fratri Burchardo de Swanden, magistro hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerusalemitani, vel eius successori, si forte, quod absit, ipse medio tempore decesserit. Nam sublimis domina Anastasia domina Magnopolensis et eius filii Hinricus et Johannes nobiles domicelli nobis ad manus ipsius magistri vel eius successoris ipsam pecuniam taliter presentauerunt, ut eam in proximo festo pa[s]che integraliter exponere teneamur. Vnde nos ad hoc presentibus obligamus, quod in dicto festo pa[s]che vel deinceps, cum requisiti fuerimus, dictam pecuniam presentabimus in ciuitate Lubicensi vel ipsi magistro, vel eius, ut premisimus, successori, vel ei, qui nobis presens scriptum reportauerit cum patenti littera dicti magistri, testimoniu[m] perhibenti, quod, postquam tali persone sepedictam presentauerimus pecuniam, extunc nos et ciuitas nostra et ciues nostri presentes et futuri tam ex parte dicti magistri vel eius, qui pro tempore magister extiterit, quam omnium fratrum sui ordinis presentium et futurorum simus de ea quiti penitus et liberi et soluti. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXVII., Lucie virginis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 471, aus „dem auf der Treso zu Lübek befindlichen Originale. Das Siegel hängt nicht mehr am Siegelbande". — Gedruckt bei Grautoff, Histor. Schriften I, S. 113; Jahrb. XIV, S. 294. — Vgl. Nr. 1934, auch 1289, Aug. 14 u. Dec. 23, 1290, Febr. 1.

1287. Dec. 13. Güstrow. 1936.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Doberan das Eigenthum der einen Hälfte der Mühle in Güstrow, und gestattet demselben, auch das Eigenthum des Mühlenerbes zu erwerben.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Henricus dei gracia dominus de Werle omnibus litteras presentes visuris salutem in domino sempiternam. Quoniam rerum gestarum ordinacio per reuolucionem temporum a memoria labitur hominum, cautum est et vtile, vt per scripture testimonium memorie arcius imprimatur. Hinc est, quod ad posterorum noticiam cupimus litteris presentibus pervenire, quod nos de maturo fidelium militum nostrorum consilio, cum consensu dilectorum filiorum nostrorum Nicolai et Henrici proprietatem medie partis molendini in Guzstrowe censumque eiusdem annuum, videlicet quinquaginta tremodia bracii ordeacei et quinquaginta tremodia bracii auenatici, cum captura anguillarum et piscacionibus, que retibus fieri possunt, que dicuntur stokenet et worpenet, vendidimus pro mille marcis et quinquaginta marcis denariorum slaui-

calium venerabilibus domino Conrado abbati totique conventui in Doberan in liberam et perpetuam possessionem, ita ut non liceat nobis, neque heredibus, nec successoribus nostris, censum eiusdem molendini occupare, minuere vel mutare, saluis nichilominus aliis ipsius molendini libertatibus, qu[a]s ipsi firmiter seruare debebimus et ab aliis defendere ac tueri, scilicet ne quis in ampne fluminis, quo prefatum agitur molendinum, sursum vel deorsum, nec extra ipsum ampnem ad miliare superius vel inferius aliquod construat molendinum, nec ipsum ampnem, in quantum idem molendinum impediat, permittetur aliquis occupare. Liberum erit insuper eisdem fratribus de Doberan totum eiusdem molendini censum sine telonio, quocumque maluerint, deducere vel in quemcumque vsum sibi magis vtilem commutare. Nullus eciam molendinariorum extra ciuitatem Guzstrowe longe vel prope residencium in ciuitate predicta annonam afferre et extra ciuitatem molendi causa debet ducere ad suum vel ad alterius molendinum. Ceterum predicti fratres in Doberan habebunt ius et iudicium in eodem molendino, sicut habent vasalli nostri in bonis suis, scilicet vsque ad sexaginta solidos. Si autem maiores excessus cuiuscumque generis ibidem contigerint, de quibus forsitan plus est dandum, inde nos duas partes tollemus et Doberanensis ecclesia partem terciam retinebit. Preterea iidem fratres in Doberan habebunt liberam facultatem, proprietatem hereditatis eiusdem molendini emere et aliquem de eorum fratribus ibi preficere; vel idem molendinum vel censum eiusdem, sicut a nobis emerunt, aliis, si ita maluerint, possunt vendere vel eciam pro debitis obligare. Nullam eciam in molendinarios eiusdem molendini, postquam Doberanensis ecclesia hereditatem ipsius emerit, exactionem precariam seu quamlibet aliam neque nos, neque nostri posteri faciemus. Jn omnium premissorum testimonium presentes littere inde confecte sigillis nostris atque filiorum nostrorum Nicolai et Henrici sunt munite. Testes sunt: dominus Gherardus capellanus noster, magister Arnoldus notarius noster; item Gherardus de Cropelin aduocatus noster, Johannes Moltiko, Tessemarus marschalcus noster, Johannes de Oldenburch, Henricus de Demen et plures alii fide digni. Actum et datum Guzstrowe, anno domini M° CC° LXXX°VII°, idus Decembris, indictione quinta decima, epacta quarta.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An Schnüren von rother Seide hangen drei schildförmige Siegel mit dem werleschen Stierkopfe:

1) das in Bd. II, zu Nr. 1347, abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich von Werle, mit vollständiger Umschrift;

2) das auf der folgenden Seite abgebildete kleine schildförmige Siegel, von der Grösse adeliger Siegel des 14. Jahrh., mit dem werleschen Stierkopfe und der am rechten Schildeshaupte beginnenden Umschrift:

✠ S' NICOLAI DE WERLE

3) das gleichfalls auf der folgenden Seite abgebildete schildförmige Siegel mit dem werleschen Stierkopfe auf einem mit Rosetten bestreueten Felde; Umschrift:

✠ SIGILLVM . HINRICI DOMICELLI • DE • WERLE

Im Datum ist das Wort „Idus" mit einem grossen Anfangsbuchstaben und ganz ausgeschrieben. Indiction und Epacte stimmen zum J. 1287. — Im J. 1292 kaufte das Kloster Doberan die andere Hälfte der Mühle. — Gedruckt bei Besser, Gesch. der Vorderstadt Güstrow, S. 250; Schröder. P. M, S. 758; v. Westphalen III, p. 1524 (z. J. 1280, Dec. 7); Franck V, S. 81; Gründl. Vorstellung der rechtm. Befugniss, S. 23.

(1287.) Wismar. 1937.

Segeran verpfändet eine Worth zu Wismar.

Segeran gener Amilii impignorauit aream quandam sitam apud domum campanarii de sancto Georgio pro VII marcis denariorum. Hoc notum est consulibus vniuersis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 87. — Getilgt.

(Nach 1287.) Wismar. 1938.

Aufzeichnung mehrerer Verfestungen.

Henneco Bley est proscriptus pro morticinio. Wernebold frater Johannis Wlfhagen est proscriptus pro liuore et sanguine, quia percussit preconem. Hinricus de Bucowe est proscriptus, quia perforauit vaccam suorum priuignorum. Jtem Gerhardus Harold est proscriptus, quia nocturno tempore accepit preconi

quinque marcas denariorum et tunicam. Jtem Gereke filius Wilrici mangonis est proscriptus, quia percussit Hermannum Bitevlege et uxorem suam nocturno tempore pro liuore et sanguine et Trahite foras [1]. Jtem Gerardus filius Widen est proscriptus, quia percussit mulierem vnam in foro eo tempore, dum Hildebrand Kinderuader fuit aduocatus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 85. — Diese Aufzeichnungen fallen nach 1287, da eine Eintragung vorhergeht, in der Johann Persiks Wittwe genannt wird. Diese erscheint als solche zuerst sicher 1289 (B, p. 144) und Johann Persik zuletzt 1287 (B, p. 137). Die Zeit, wann Hildebrand Kindervader Vogt zu Wismar war, ist nicht zu bestimmen. Er lebte dort bestimmt 1280 — 1297 und wird sicher 1294 (B, p. 210) bis 1297 (B, p. 244) als Vogt genannt. — [1] Der Ruf: Trahite foras! findet sich auch auf p. 86: „Item iuuenis canistrator percussit nouercam suam post campanam, que clamauit: Trahite foras! Et ideo proscriptus est.

1288. Stargard. 1939.

Heinrich, Bischof von Havelberg, erkennt den Pfarrkindern die Verpflichtung zu Pfarrbauten zu.

Hinrici, Bischoffs zu Hauelberg, brieff, das die Pfarkinder die Wehdem zu bawen schuldig sein. Actum et datum Stargarde, in synodo generali, anno 1288.

Nach Clandrian's Verzeichniss der Briefe der Nicolaikirche zu Neu-Röbel vom J. 1577, im Haupt-Archiv zu Schwerin.

1288. Schönberg. 1940.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, bestimmt die Rechte seines Dom-Capitels im Lande Boitin.

Conradus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus preposito et capitulo eiusdem ecclesie, fratribus suis in Christo dilectis, salutem in domino. Desiderantes uestre vtilitatis aucmentum, vobis uestrisque successoribus in perpetuum conferimus et donamus, ut peticiones in [porc]is ab hominibus vestris in terra Boytin integre percipere valeatis. Jtem quando exactionem uel peticionem in homines fecerimus uel nostri successores episcopi fecerint, similiter ipsam ab hominibus vestris tolla[tis] et vestris usibus applicetis, non seruata nobis portione aliqua in premissis. Jtem maiore iuditio in bonis vestris apud nos nostrosque successores episcopos ex integro permanente, minus iuditium in ipsis uobis recognoscimus et ideo uobis perpetua ordinatione et concessione donamus, ut blot et blau et quicquid ad minus iuditium pertinet, in bonis uestris absque nostri aduocati presencia et [eo] irrequisito per uos uel uestros offitiales iudicare possitis et emendam illius forefacti, si tamen in bonis vestris et ab hominibus

vestris commissum fuerit, ex integro ualeatis tollere et habere; verum si homines nostri in bonis vestris deliquerint, vestri quidem officiales iudicabunt sine aduocati nostri presencia, sed emendam nobiscum equaliter diuidetis; si autem homines vestri in bonis nostris deliquerint, siue ad maius iuditium siue ad minus delictum pertineat, noster aduocatus iudicabit, et quando reus emendare permittitur, emenda inter vos et nos equaliter diuidetur, non percepturi nos partem nostram, nisi vos uestram sitis integraliter conseq[u]uti. Aquas et ligna bonorum vestrorum ita ad uos recognoscimus et volumus pertinere, quod nos et successores nostri nichil nobis iuris vendicabimus in eisdem. Vt autem hec nostra donatio et ordinatio perpetuum robur opti[nea]n[t], presens desuper scribi fecimus instrumentum et sigillo nostro fideliter [commu]nit[um] ius[simus] vobis [tradi. Datum] et actum Sconeberge, anno domini M° CC° octogesimo octauo.

Nach dem ziemlich stark beschädigten Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz, mit Ergänzungen aus der Abschrift im Copiar I. der Ratzeburger Kirche. Das Original trägt an Fäden von gelber Seide ein sehr schön erhaltenes Siegel, abgebildet zu Nr. 1746. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2211, und bei Schröder, P. M. I, S. 794.

1288. 1941.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, und sein Dom-Capitel bestätigen den Verkauf von Zehnten in Neu-Gamm durch den Herzog Albrecht von Sachsen an das Kloster Reinfeld.

Nos dei gracia Conradus episcopus, .. prepositus totumque capitulum ecclesie Raceburgensis presentibus protestamur, esse de nostra voluntate et ratihabicione, quod illustris princeps dominus Al[bertus] dux Saxonie vendidit domino .. abbati et conuentui monasterii in Reynevelde decimam octo terre parcium et dimidie partis in Noua Gamma, sicut suo hoc ipsis priuilegio confirmauit. Et ne super eo valeat in posterum questio suboriri, scriptum hoc ipsis contulimus in testimonium sigillorum nostrorum robore communitum. Datum anno domini M° CC° LXXX° VIII°.

Nach einer vom Original (zu Lübek) durch den Archivar Wehrmann genommenen und gütigst mitgetheilten Abschrift. Die Siegelbänder tragen keine Siegel mehr. — Nach Dreyer, Monum. anecd. I, p. 155, gedruckt bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 705.

(1288.) 1942.

Hermann, Bischof von Schwerin, bevollmächtigt den M. Johann, Archidiaconus zu Trient, als seinen Sachwalt am päpstlichen Hofe.

Sanctissimo in Christo patri ac domino .., sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Hermannus dei gratia Zwerinensis ecclesie episcopus cum

promptitudine obediencie et obsequii pedum oscula beatorum. Vestre reuerende sanctitati notum esse cupimus, quod nos magistrum Johannem archidiaconum Tridentinum, presentium exhibitorem, in uestra curia constituimus uerum et legitimum procuratorem ad impetrandum et contradicendum litteras simplices et legendas, graciam uel iusticiam continentes, iudices eligendum et recusandum et in eosdem conueniendum, necnon ad appellandum, si necesse fuerit, dantes eidem magistro Johanni procuratori nostro potestatem et speciale mandatum, alium uel alios loco sui constituendi seu substituendi procuratores seu procuratorem et reuocandi eum uel eos, quandocunque uel quocienscunque sibi uisum fuerit expedire, promittentes, nos ratum habere et firmum, quicquid nomine nostro per dictum procuratorem nostrum uel ab eo constituendum uel substituendum super premissis omnibus fuerit ordinatum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum etc.

Nach dem Transsumpt des Propstes Peter Raymund von Montebruno, d. d. Avignon, Dec. 14. 1333, im Haupt-Archiv zu Schwerin. Vermuthlich aus gleicher Quelle stammt der Abdruck bei Rudloff, Urk.-Lieferung S. 271, und darnach bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 326. — Rudloff und Lisch verstanden unter dem Bischoff „Hermann" den Bischof Hermann II. (Maltzan); doch vergl. Nr. 1943.

1288. 1943.

M. Johann, Archidiaconus zu Trient, bestellt sich als Sachwalt des Bischofs Hermann von Schwerin am päpstlichen Hofe zwei Stellvertreter.

Des Bischoffs Hermanni zu Zwerin am Bepstlichen hofe constituirter Procurator, M. Johannes Archidiaconus Tridentinus, substituirt zwey andere, alss M. Petrum de Traiecto et Thoma[s]ium de Aquamundula. Anno 1288.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 164. — Vgl. Nr. 1942.

1288. 1944.

Heinrich Schmidt, Priester in Neu-Brandenburg, stellt dem Kloster Broda einen Schuldbrief aus.

Ein versiegelte handtschrifft, darin Hinricus Schmidt, Priester zu Nien-Brandenburgk, bekent, das er schuldig sey zu zalen dem Closter vnnd Capittell zu Broda vor 30 Mk. heuptsummen 3 Mk. jerlich zinse. Datum 1288.

Aus einem Verzeichnisse der Brodaschen Urkunden vom J. 1614.

1288. 1945.

Hermann, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst überlassen dem Kloster Eldena (bei Greifswald) den Zehnten aus den Klosterdörfern.

Die Urkunde ist nicht erhalten; aber in „Kantzows Extract der breue to Eldena" (in der Bibliothek der Gesellschaft für pomm. Geschichte zu Stettin) findet sich fol. 80 aufgeführt die Urkunde

„Bischop Hermans vnd des capittels van Schwerin, darin se nhageuen den tegenden „in des abts dorpern."

1288. Ruppin. 1946.

Günther und Johann, Fürsten von Werle, genehmigen den von ihrem Bruder und Vormunde, dem Fürsten Nicolaus, mit dem Kloster Neuenkamp geschlossenen Kauf- und Schenkungsvertrag über (ungenannte) Güter in dem Fürstenthum Werle.

Gunterus et Johannes dei gracia domini de Werle vniuersis presentia visuris salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, ad quos presens pagina deuenerit, quod, cum venerabilis in Christo dominus Arnoldus abbas Noui Campi super emptione et donatione possessionum et bonorum inter fratrem nostrum predilectum, videlicet dominum Nycolaum de Werle, ac ipsum dominum iam dictum abbatem peracta consensum nostrum humiliter requireret, eundem ob spem nostre salutis exaudiuimus et libere donauimus, quod cupiuit, volentes omnino, vt ipsa predicta emptio, venditio et donatio supradicti fratris et prouisoris nostri domini Nycolai de Werle et domini abbatis rite contracta sine aliquorum hominum attemptacione sit rata et inconuulsa perpetuo duratura. Jn cuius rei euidens testimonium et perpetuam firmitatem, quia propriis sigillis caruimus, sigilla dominorum Borchardi et Vlrici comitum de Reppin, awnculorum nostrorum dilectorum, et matris nostre predilecte domine Sophye de Werle duximus apponenda. Datum in Reppin, anno domini M° CC° LXXXVIII°.

* Nach dem Original im pommerschen Provincial-Archiv zu Stettin. Die Siegel fehlen an den drei leinenen Siegelschnüren. — Das Kloster Neuenkamp erwarb im Fürstenthume Werle die Mühle zu Bök im J. 1274 von dem Fürsten Nicolaus I. von Werle, dem Vater der Aussteller der obigen Urkunde (s. Bd. II, Nr. 1308). Welche Güter aber Nicolaus II. (in den Jahren 1277 — 1288) demselben Kloster verliehen hat, ist unbekannt, vielleicht waren sie nur Erweiterungen des Besitzes in Bök. Im J. 1298 (nachdem Neuenkamp 1295 und 1296 vom Fürsten Nicolaus Besitz bei und in Goldberg und die Mühle vor Plau erworben hatte) stellten die Fürsten Günther und Johann wiederum dem Kloster Neuenkamp einen allgemeinen Consensbrief aus, der dem Inhalte nach dem obigen gleicht, jedoch von anderer Hand geschrieben ist, in welchem auch die Worte nicht übereinstimmen, statt des Grafen Ulrich der Graf Walther von Lindow als mitbesiegelnd aufgeführt ist, und Nicolaus von seinen Brüdern nicht mehr „prouisor noster" genannt wird, sondern „qui tunc in hereditate paterna prouisor noster extitit."

1288. Rostock. 1947.

Wolther, Bäcker, verkauft an Hermann Buk Renten aus seinem Hause zu Rostock und aus seinem Hopfengarten bei dem Rosengarten.

Woltherus pistor de consensu filii sui Johannis vendidit Hermanno Buc duarum marcarum redditus in area sua iuxta claustrum et in orto humuli iuxta ortum rosarum pro XX marcis, quos reemere poterit denariis pro eisdem semper Michaelis, et defectum adinplebit. Ludolfus Pes tabule [presidebat].

Nach dem Rostocker Stadtb. A, Heft 5, Lage 5, fol. 1. — Der Rosengarten scheint hier zuerst genannt zu werden. 1293 (Stadtb. D, fol. 112b) kommt ein „Hermannus de Rosengarden" vor.

1288. Rostock. 1948.

Nicolaus von der Möhlen verkauft aus seinem Erbe mit 2 Häusern eine Rente an Bertram Dame unter Vereinbarung über den Rückkauf derselben.

Nicolaus de Molendino vendidit Bertrammo Damen in illa hereditate, in qua site sunt due domus argillee, cum consensu vxoris sue et filii sui Henrici redditus XX marcarum pro CC marcis annuatim, quos in IIII anni temporibus erogauit (!), et cum ipso Euerardus Rouere communi manu promisit, quod dictos redditus annuatim erogentur; et quando reemere voluerit, habebit liberam facultatem denariis pro eisdem. Si vero dicti redditus infra IIII annos non reemerit, siue dictus Nicolaus viuat uel non, conuenire debent amici vtriusque partis, scilicet Nicolai et Bertrammi, pro concordia tractaturi in hunc modum: si Bertrammus in dicta hereditate domorum argillearum non habuerit dictos redditus complete, predictus Nicolaus sibi redditus completos assignabit; si vero sibi dictam hereditatem vendere voluerit, si maioris valoris fuerit, Bertrammus dicto Nicolao addet, secundum quod amicis vtriusque partis videbitur expedire. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Jo[hannes] Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 169.

1288. Rostock. 1949.

Siegfried von Schlemmin und sein Sohn verkaufen ein Haus zu Rostock an Hermann Krüdener.

Sifridus de Slanin[1] et Ludolfus filius vendiderunt Hermanno Crudener vnam hereditatem in platea Snickemanni proximam domui angulari in hunc modum. Quicquid est de statua media inter ambas domos donec ad hereditatem Alberti

Hornevisch, est Hermanni, et zona trahi debet de media statua iam predicta, ita quod ponatur zona in exteriorem partem statue protensam ad proximam domum et trahatur zona in longitudinem hereditatum; quicquid est de zona tracta ad hereditatem Alberti, est Hermanni iam prescripti, et sibi talem hereditatem rationabiliter resignarunt. Ludolfus Pes et Hildebrandus Eselesvot et Jo[hannes] Nicig tabule presidebant. Sed Gerwinus de Lemhus habet in dicta hereditate redditus II marcarum, quos idem Hermannus reemere potest pro XX marcis, sed terminus semper erit reemptionis in festo Michaelis. Henricus pistor in Lagestrate promisit warandiam diei et anni. Item Henricus gener Wilhelmi habet in eadem hereditate II marcarum redditus, quos Hermannus reemere poterit pro XX marcis in quolibet festo Mychahelis.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 170. — [1] In der nächsten Inscription heisst er Sifridus de Slamin. — Ueber Hermann Krüdener vgl. Bd. II, Note zu Nr. 1198. Nachträglich mag hier noch bemerkt werden, dass derselbe nirgends in den Stadtbüchern Rostocks oder in Urkunden Consul oder gar Proconsul zu Rostock genannt oder durch den Titel „dominus" als solcher bezeichnet wird.

1288. 1950.

Nicolaus, Fürst von Meklenburg, Propst zu Schwerin und Lübek, verkauft seinen Hof bei dem Georgen-Kirchhof zu Wismar an die Stadt und vermacht der Nicolaikirche daselbst eine bei derselben belegene Worth mit den Bauten darauf zur Pfarre.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus de Mekelenborch, Zwerinensis [et] Lubicensis ecclesiarum prepositus, omnibus presencia visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Ne ea, que racionabiliter aguntur in tempore, simul ab humana memoria labantur cum tempore, litteralis non inmerito consueuit viuacitas perhennare. Ad noticiam igitur singulorum, tam presencium, quam futurorum, peruenire uolumus, quod nos ex animi nostri mera liberalitate curiam nostram sitam olym retro cimiterium beati Georgii apud aquam, quam nobis dilectus frater noster dominus Hinricus Magnopolensis donauerat, vendidimus consulibus et communi ciuitatis Wismarie pro quinquaginta marcis denariorum slauicalis monete. Et [est] quedam area syta prope cimiterium ecclesie sancti Nicolai ad aquilonem, quam ob reuerenciam et honorem omnipotentis dei et ipsius beati Nicolai merita cum edificiis, septis et infra contentis ecclesie iam dicte pro dote habenda relinquimus, ita tamen, quod eandem aream, quam instruximus et construximus nostris sumptibus et expensis, nobis, quoad uixerimus, reseruantes, in eadem nunc mansione diebus vite nostre nostrum comodum disponamus, postea vero, cum volente deo nos ab hoc seculo migrari (!) contigerit, noster anniuersarius annis singulis tam a rectore eiusdem ecclesie, quam a suis eciam capellanis ac

clericis ibidem tam in vigiliis, quam in animarum missis iugi ac sollempni memoria peragatur. Deinde autem post nostros dies volumus, vt eadem curia sepedicte ecclesie pro dote remaneat perpetuis temporibus libere et quiete. Vt siquidem hec nostra donacio robur et vigorem habeat perpetue firmitatis, nostro et ciuitatis Wismarie sigillis decreuimus sigillari. Testes sunt: dominus Johannes frater noster, magister Olricus socius noster, dominus Godfridus de sancto Georgio plebanus, dominus Gotscalcus tunc vicarius noster, Thidericus proconsul, Bernardus filius Nenneken, Marquardus de Walmerstorp, Johannes de Krukowe et frater suus, Thidericus gener Volucris, Willikinus Hansterd, Hinricus Kvle, Thidericus Seghebodi, Waltherus de Klvtze et alii quam plures, tam clerici, quam layci fide digni. Datum anno domini [M°]CC° octogesimo octauo.

Nach der Abschrift im Wism. Priv.-Buche, mit der Ueberschrift: „Do dote ecclesie sancti Nicolai". — Gedruckt in Schröders P. M., S. 796.

(1288.) Wismar. 1951.

Die Rathmänner zu Wismar übergeben an Willekin, des kleinen Arnd Sohn, und Johann Mowe 50 Mark zur Unterhaltung Fredekens, der Tochter Hildebrand Höppeners, und bestimmen über deren Verbleib.

Willekino Arnoldi parui filio et Johanni Mowe dimiserunt consules L marcas denariorum ad [manus], qui pertinent Fredeke filie domini Hildebrandi Humularii, vnde tenebunt eam in expensis et procurabunt ei uestitum competentem. Si uero Hildebrandus Brendeke medio tempore omnino cessauerit a causa, quam inponit ciuitati, et ipsa Fredeka forsan ab hoc seculo decesserit, predicti duo et sui heredes eandem pecuniam optinebunt. Si uero idem Brendeke a causa cessare noluerit, elapsis duobus annis Willekinus et Johannes supradicti pecuniam eandem cum virgine prenotata in manus consulum presentabunt. Similiter, si Fredeka medio tempore obierit et Brendeke de concepto proposito non cessauerit, ipsam pecuniam consulibus presentabunt, ut prius fuit. Pro ipsa autem pecunia Johannes Mowe domum, in qua moratur, inpignorauit consulibus, sed ambo pro defectu promiserunt, quilibet pro sua medietate. Willekin excipiet Johannem de medietate pecunie prenotate, scilicet quinquaginta marcarum sepedictarum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 89. Getilgt. — Vgl. Nr. 1879. — 1294 ist der Fredeke das Erbe Johann Mowes für 50 Mark verpfändet unter Willekins Bürgschaft (B, p. 213). Der an beiden Stellen genannte Hildebrand Brendeke kann nicht der ebenso B, p. 163, genannte Sohn Hildebrand Rikelands, sondern muss ein Sohn Hildebrand Höppeners gewesen sein, da zwischen jenem und der Familie des letzteren keine Beziehungen aufzufinden sind. Auf dieselbige Angelegenheit bezieht sich wahrscheinlich auch eine Notiz in Stadtb. A, p. 104: „Ciuitas promisit dare Alardo Grabowe et Wernero et Nicolao de Bantecowe fratribus centum marcas denariorum pro eo, quod Hildebrandum Brendeke viuum uel mortuum

ciuitati presentabunt, de quibus denariis sex marcas inante receperunt, pro quibus Nicolaus Seueker promisit, quod, si hoc non perfecerint, eas reddent ciuitati; et si ipsi omnes forsan pro illa causa fierent occisi, tunc fideiussor eorum esset liber".

(1288.) Wismar. 1952.

Gerbert von Warendorf zu Wismar macht sein Testament.

In nomine domini. Amen. Ego Gerbertus de Warendorp cogitans de futuris sic dispono de rebus meis, quod Hermanno et fratri suo Johanni, consanguineis meis, do C et L marcas denariorum. Ceterum ecclesie sancti Nicholai in Wismaria do V marcas, minoribus fratribus ibidem X marcas ad structuram et V marcas ad expensas, sancto Georgio V marcas. De hereditate, quam emi de Marquardo de Howentorpe, do ad cimiterium sancti Georgii tam latum, sicuti est granarium Henrici de Howentorpe usque in plateam. Predicatoribus fratribus in Rozstoc do V marcas, monialibus in Rvne V marcas, monialibus in Nouo Claustro V marcas, monialibus in Doberan (!) V marcas, predicatoribus fratribus in Lvbeke V marcas, minoribus fratribus ibidem V marcas, monachis in Cizmare V marcas, monialibus in Rene V marcas, hospitali in Darzoywe II marcas, hospitali in Gnewismolen II marcas, hospitali in Cluce II marcas, hospitali in Sterneberg II marcas. Matertere me[e] Hilleken do III marcas. Cuilibet sacerdoti seculari in ciuitate Wismarie deo seruienti do IIII^{or} solidos. Pueris Thetleui de Wi[ch]mannestorp, qui morantur in Terreviz, do II marcas. Jnsuper vni sacerdoti dabuntur vno anno X marce, quod in eodem anno quolibet die cantet missam pro salute anime mee. Hedhewig[i] sorori Cronen do III marcas et Gerardo fratri eius III marcas. Hec donatio mea dabitur de communibus bonis meis et uxoris mee et puerorum meorum. Que dum data fuerit, uxor mea et pueri mei diuident equanimiter, que supersunt. Super donatione mea et super omnibus bonis, que deriuari poterunt uxori mee et pueris meis, elegi cum consensu uxoris mee tvtores dominum Willekinum Hanstert, Johannem de Crucoywe, Theodericum Vogel, Bertoldum Vogel. Hec prescripta stabilia permanebunt, quousque personaliter contradicam. Jtem primo et principaliter do matri mee X marcas quolibet anno de bonis meis, sed non nisi tempore vite sue. Jtem do fratribus minoribus pro expensis vnius diei ad capitulum L marcas denariorum.

Hec teneor Gerbertus: domino Willekino Hanstert C marcas, domino Eggehardo Negendhanken XL marcas, Gerardo Mauwertin X marcas, Henrico institori IIII^{or} vlnas et quartale pulchri panni, Henrico de Wesere XVIII solidos, Gerlago Rodecogelen X vlnam Dor[nacensis] bla[ui], Volmaro sutori IX solidos et IIII^{or} denarios, Wernerus (!) Paschedach XIII vlnas pulchri panni.

Jsti tenentur michi Gerberto: aduocatus Stint de Guzstroywe XXVI marcas, dominus Conradus Pren et Hence quondam famulus domini Bertoldi Pren promi-

serunt secum; Lemmico .... [1] domine nostre, XI marcas, dominus Johannes de Barnecoywe VIII marcam pro carnibus, Strue VI marcas pro humulo, relicta Cronen dimidiam last ordei et dimidiam last auene, relicta Henrici fratris Werneri XV marcas.

Nach dem Entwurfe auf einem Blatt Pergament im Wism. Stadtb. A, nach fol. 52. — [1] Ieanis uxor? = Le[o]nis, ui[ca]rius? — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtrechts, S. 39.

(1288.) Wismar. 1953.

Gerberts von Warendorf Wittwe und Kinder kaufen einen Scheunenhof zu Wismar.

Horreum et curiam, que fuerat Hinrici de Wesera, prope secretum emit relicta Gerberti de Warendorp et pueri sui. Johannes de Crucowe ex parte eiusdem Hinrici resignauit eam ipsis coram consulibus et promisit pro warandia diem et annum.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 92. Was unter secretum zu verstehen sei, und wo es etwa lag, ist nicht zu ermitteln. Im Jahre 1290 verkauften die Kinder Gerberts von Warendorf diese „hereditatem apud secretum" (daselbst S. 161), und im Jahre 1326 liessen die Kämmereiherren den Damm „ad secretum" machen (Jahrb. XXIX. S. 82). Weiter wird es in den vorhandenen Urkunden nicht genannt.

(1288.) Wismar. 1954.

Heinrich von Schwerin kauft eine Wiese an der faulen Grube zu Wismar.

Hinricus de Zwerin emit pratum quoddam cum fossato retro curiam Sapientis situm super fossa aduocati apud plankas a Petro filio domini Aleken, quod resignauit sibi coram consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 92.

1288. Febr. 19. Güstrow. 1955.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Stepenitz das Eigenthum von 9 Hufen in Vietlübbe (bei Lübz) zu Mannrecht.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in eo, qui salubriter orbi prouidet vniuerso. Ea que geruntur in tempore, ne simul euanescant cum tempore, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nosse volumus tam posteros, quam presentes,

quod ad honorem dei omnipotentis et beate Marie Magdalene, ad peticionem sanctimonialium in Stepenitze, de promocione fratris Ludolphi ordinis Cisterciensis, prouisoris ibidem, de mera nostra fratrumque nostrorum predilectorum voluntate, accedente consensu precordialissime matris nostre Sophie necnon fidelium nostrorum maturo consilio, vendidimus conuentui iam dicti loci in Stepenitze proprietatem et libertatem nouem mansorum [in][1] villa, que Vitelubbe dicitur, pro quadraginta marcis argenti, precipue pro omnibus debitis, que nobilis dominus Johannes de Werle bone memorie, pater noster karissimus, eisdem soluere tenebatur, et dedimus sub vasallorum nostrorum iure perpetuo possidendam, absque cuiusquam calumnia postmodum succrescente. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Testes huius sunt: Godefridus prepositus, Conradus decanus, Conradus custos, Hinricus Friso, canonici Gustrowenses, Martinus de Malyn, noster notarius, clerici; Nicolaus Gallus, Arnoldus Brusehauere, Johannes Cotz, Nicolaus Bruseuitze, Hinricus de Cremun, Johannes et Bernardus fratres de Beylyn, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Gustrowe, anno domini M°CC°LXXXVIII., duodecimo kalendas Marcii.

Nach einer vom Original genommenen beglaubigten Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. — [1] Statt In villa hat diese Abschrift: cū villa. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 132. — Vgl. Bd. II, Nr. 1322.

1288. Febr. 26. Rostock. 1956.

Die Erben des Bäckers Vogt zu Rostock verkaufen die Hälfte einer Mühle auf dem Mühlendamme an den Müller Dankmar.

Elerus filius Aduocati pistoris et mater sua Gysele vendiderunt Dancmaro molendinario cum consensu aliorum puerorum suorum dimidium molendinum situm in dammone, sicut eam possederat (!), et sibi rationabiliter resignauit, et arbitratus est dictus Elerus dictum Dancmarum infra annum et diem de omni inpetitione eripere liberum et indempnem. Hermannus Wilde et Johannes Nicig tabule presidebant. Actum anno domini M°CC°LXXXVIII°, in crastino Mathie apostoli, Johanne Rufo, Euerardo Nachtraven, Henrico Monacho, Herdero cum macula, Alberto de Cosfeldia, Johanne Pugili[1], Johanne Wibekini, Henrico Witting, Th. de Sosato, Johanne Albo, Symone, Arnoldo Quast, Cristiano, Bernardo Copman, Hildebrando Eselesvot et Henrico de Sande consilio presidentibus.

Nach dem Rost. Stadtb. C, fol. 171[b]. — [1] Neben Hermann Wilde und Joh. Nizing erscheint als Camerarius dieses Jahres Hildebrand Eselsvot, aber um Ostern (fol. 176) heisst es unter 3 Einzeichnungen: „Johannes Nicig et magister Johannes Pugil tabule presidebant."

1288. März 3. Plau. 1957.

Nicolaus, Fürst von Werle, spricht die Stadt Plau für eine erlegte Geldsumme wegen aller Uebergriffe derselben frei und bestätigt ihr alle Privilegien.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle omnibus presens scriptum visuris salutem in virginis filio benedicto. Ea que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Hinc est, quod tam posteros, quam presentes volumus non latere, quod plenario precordialiss[im]e matris nostre fratrumque nostrorum consensu ac maturo fidelium nostrorum consilio cum dilectis nobis consulibus ac uniuersitate civium ciuitatis Plaw vniuimus (!) super quibusdam excessibus vnione indissolubili in hunc modum, quod omnes excessus, qui per eos in nos et fratres nostros vel in nostros parentes, uidelicet patrem nostrum karissimum Johannem dominum de Werle vel patruum nostrum predilectum Bernardum bone memorie nostramque matrem iure diligendam sunt facti, siue in ciuitate, siue extra ciuitatem, in villis, agris, aquis, pratis et pascuis, ubicunque, quandocumque uel quoquo modo perpetrati noscuntur, omnes et singuli ad nostram memoriam vel amicorum nostrorum omniumque vasallorum nostrorum minime reuocentur, ita quod ipsos a predictis excessibus liberos reddimus integraliter et solutos. Preterea predicta ciuitas omnes iustitias, quas suis priuilegiis uel scriptis autenticis demonstrare poterit, omni ambiguitate postposita, libere sine contradictione qualibet obtinebit ac eisdem pacifice perfruetur. Ceterum prenotata ciuitas nobis super istis octingentas marcas denariorum noscitur irrogasse, ex quibus denariis eidem ciuitati ducentas relaxauimus marcas ad municionem ciuitatis eiusdem firmius construendam, sexcentas vero marcas nobis et nostris, quibus dari precepimus, erogarunt. Jnsuper predicte inseritur vnioni, quod vidua sancta domina dicta in fossato, quod muros sepedicte ciuitatis circuit, sportas piscium ad capturam eorundem libere ponere debebit, contradictione qualibet non obstante, hoc tamen adiecto: si, quod absit, ingruente werra uel necessitatis articulo, predicta domina viam, per quam vigiles ciuitatis prehabito nauigio circuire possint, in fossato supradicto facere, amplificare minime recusabit. Hec autem omnia a nobis et a nostris successoribus volumus inviolabiliter obseruari. Ut autem hec nostra unio stabilis et a nostris successoribus maneat inconuulsa, presentem paginam inde confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius vnionis sunt fideles nostri: Arnoldus Brusehauere, Johannes Coz, Nicolaus Hane, Nicolaus de Bruseuiz, Johannes de Duzcin, Johannes et Bernardus fratres de Beylin, Hinricus et Conradus de Cremun, Heydekinus de Domechowe, Bernardus de Hakenstede, milites; Hildebrandus Koneiunt, Bertoldus kokemester, Reynerus Bune, Hinricus de Jccen, famuli; Johannes Marlow, Hinricus Albus, Johannes de

Monte, Hechardus de Brunswic, Johannes Viltere, Volcmarus, Hinricus, Hugo, Hermannus Burow, consules ciuitatis Plaw; Hinricus Jmme, Thidericus de Mersow, Hinricus de Aken, Johannes de Minden, Johannes de Dambeke, consules ciuitatis Robele, et alii quam plures fide digni, qui, cum hec fierent, astiterunt. Actum et datum Plaw, anno domini M. CC. LXXXVIII., quinto nonas Marcii, per manum Martini de Malin nostri notarii.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Plau. Angehängt ist eine rothe seidene Schnur, welche jedoch das Siegel ganz verloren hat. — Gedruckt durch Schröter in den Wöchentl. Rost. Nachr. 1824, S. 166; ferner bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 133; Lisch, Cod. Plawens. S. 32.

1288. April 3. Löckenitz (bei Stettin). 1958.

Hermann, Bischof von Camin, bestätigt die Schenkungen des Dompropstes Gottfried zu Vicareien in der Güstrower Kirche.

Ein brieff Hermanni, Bischoffs zu Cammin, darin er dassienige, was der Probst zu Gustrow Gotfridus zu den ewigen Vicareien doselbst gegeben, vnd auch noch hinfuro zu milden christlichen Sachen geben vnd verordnen wirt, confirmiret vnd bestedtiget. Datum Lokenitz, 1288., sabbatho ante dominicam Quasi modo geniti.

Nach Clandrian, Registratur vnd kurtzer Extract der Brieffe v. Instr. in der Thumbkirchen zu Gustrow, pag. 99, unter den Briefen über Rachow, unmittelbar nach unserer Urk. Nr. 1371.

(1288.) April 4. Teterow. 1959.

Die Rathmänner von Teterow schlichten einen Streit zwischen dem dortigen Bürger Alexander und dem Kloster Dargun über zwei Hufen in Teschow, deren Besitz dem Kloster gegen 30 Mark zufällt.

Vniuersitas consulum in Theterowe omnibus hanc litteram visuris salutem in domino. Notum esse volumus vniuersis, quod, cum Alexander ciuis noster contra abbatem Dargunensem questionem mouerat, presentibus nobis aliisque viris honestis concordatum fuit de omnibus in hunc modum, quod dominus abbas Dargunensis pro hereditate duorum mansorum, quam dictus Alexander habebat in Thescowe, dedit eidem triginta marcas denariorum, vt sic sedata esset omnis discordia inter eos; ipse vero Alexander renuncciauit omni actioni amicabiliter, que sibi contra claustrum Dargun competere videbatur. Pro huiusmodi compositione rata habenda promiserunt Harttmannus frater ipsius Alexandri, Johannes filius patrui sui de Bertoldeshaghen, Johannes de Buren, Dobin. Johannes Cnoke

in manus Johannis Kabolt et Hermanni Musteke, militum, et Godefridi Barolt. Testes huius rei sunt: Hinricus Faber, Euerharrdus de Parkentin, Hinrricus Barolt, Wolpertus, Euerhardus Albus, Luderus, consules in Thitterowe. et alii quam plures. Acta sunt die Ambrosii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das aus der Charte geschnittene Siegelband ist abgefallen. Nach den Schriftzügen gehört diese Urkunde in die zweite Hälfte des 13. Jahrhunderts. Die Ritter Hermann Musteke und Johann Kabold kommen in den Jahren 1269 — 1299 oft vor (vgl. Bd. II, Nr. 1164, 1182 etc., und unten 1299, Mai 3 und 6). Ein „seruus Baruldus" wird 1286 genannt (Nr. 1863), „Baroldus famulus" 1292 (s. u.), „Rodolfus et Godefridus Barolt, armigeri", begegneten uns oben 1287 (in Nr. 1925). Hiernach nehmen wir für unsere Urkunde das Jahr 1288 als annähernd richtig an. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 209.

1288. April 19. Lüneburg. 1960.

Der Rath der Stadt Lüneburg bezeugt, dass das Kloster Doberan drei Salzpfannen in der Sülze zu Lüneburg besitzt.

Nos Johannes de Lobeke aduocatus, Cristianus Miles, Johannes Auunculus, Albertus Holle, Volcmarus de Arena, Verduardus, Johannes Bertoldi, Eluerus de Wittinge, Herderus, Alardus de Schiltsten, Andreas, Thidericus de Hertesberge, Henricus Hot, Ludolphus Hoppensak et Nycolaus de Molendino, consules ciuitatis Luneborch, tenore presentium recognoscimus publice protestamurque, quod viri venerabiles, dominus videlicet abbas et conuentus monasterii de Doberan, iuste possessionis tytulo habent in salina Luneborch tres sartagines, scilicet vnam sartaginem, que wechpanne dicitur, in domo inferiori Cluuinge ad sinistram manum, aliam sartaginem, que gungpanne dicitur, in domo Hoynge ad sinistram manum, terciam sartaginem, que gungpanne dicitur, in domo Butsinge ad dextram manum. Jn cuius recognicionis et publice protestationis perpetuam firmitatem presentes litteras ecclesie Doberanensi rogati dedimus, sigillo ciuitatis nostre firmiter communitas. Datum anno dominice incarnationis M° CC° LXXX° VIII°, XIII° kalendas Maii.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXIX^{b}. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1537.

1288. Mai 1. 1961.

Der Rath der Stadt Lüneburg beurkundet den Verkauf von Salzhebungen in der Sülze zu Lüneburg von Seiten des Heinrich Kruse an das Kloster Doberan.

Consules ciuitatis Luneburch: Kerstyanus Miles, Johannes Om, Albertus Holle, Johannes Bertoldi, Verdewart Aurifaber, Herderus, Eluer de Witinge, Volcmarus de Arena, Alardus de Scilstene, Andreas, Henricus Hot. Thidericus de

Hertesberghe, Ludico Hoppensak, Nycolaus de Molendino, omnibus hanc litteram visuris salutem in omnium saluatore. Recognoscimus et protestamur manifeste, quod Henricus dictus Cruse religiosis viris domino Conrado abbati totique collegio monasterii in Doberan vendidit duas plaustras salis sitas in domo Moncinghe in duabus sartaginibus, que posite sunt ad sinistram manum, cum ipsa domus intratur, possidendas perpetuo, postposita reclamatione qualibet et exclusa. Vt igitur ista venditio firma et inuiolata permaneat, presentem litteram sigilli nostre ciuitatis munimine duximus roborandam. Datum anno M° CC° LXXX° VIII°, in die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXX°. — Gedruckt (mit der falschen Jahreszahl 1273, und am Rande 1278!) bei v. Westphalen III, p. 1520.

1288. Juni 4. Röbel. 1962.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Stadt Röbel das Eigenthum von 4 Hufen im Dorfe Kussekow, welche dieselbe von Heinrich Kind gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle vniuersis presentem paginam audituris salutem et cuncte felicitatis augmentum. Firmamentum accipiens a testimonio litterarum, firma debet uendicio permanere. Veniat igitur in noticiam [tam] presencium, quam futurorum, quod nos, matris nostre dilecte ac nostrorum consultorum non excluso scitu seu consensu uoluntario, proprietatem quatuor mansorum Kussecowe sitorum, quos ciuitas nostra Robele a Hinrico dicto Kint racionabiliter ademit, eidem ciuitati nostre concessimus pacifice perpetuo possidendam, tali modo, quod ex parte dictorum mansorum nulli seruicio sint astricti. Jnsuper donauimus iam prefate ciuitati Robele plenitudinem perfruendi lignis, pascuis, rubetis, agris nunc excultis et noualibus, necnon ceteris vtilitatibus nunc presentibus aut que ex predictis mansis in posterum poterunt prouenire, taliter, ne quis prenominatis omnibus impedimento presumat aliquo contraire. Ut autem hec nostra collacio a nostris posteris nullatenus dubitetur et nostre ciuitati iam sepius prenotate maneat inconuulsa, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes huius sunt: venerabilis pater et dominus Henricus de Berscen, prepositus in Dobertin, Johannes dictus Storm, vir honestus, noue ciuitatis Robele archidiaconus, Nicolaus matris nostre domine de Werle capellanus, Ludolfus et Johannes sacerdotes et socii Johannis archidiaconi noue ciuitatis Robele iam dicti, clerici; Nicolaus de Bruscuiz, Nicolaus Hane, Johannes de Duzcin, Henricus et Conradus de Cremun, Johannes et Bernardus fratres de Beylin, Arnoldus de Wosten, Mathias Ketelhot, milites, Johannes de Dambeke, Thidericus de Mersowe, Henricus de Aken, Johannes de Minden, Henricus Ymmen[wl]uere, consules eiusdem ciuitatis

et emptores predictorum bonorum, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in ciuitate Robele, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, per manum Martini de Malin nostri notarii, sexta feria proxima post festum Marcellini et Petri beatorum martyrum.

Nach einer durch D. Clandrian von dem Original genommenen, beglaubigten Abschrift vom J. 1574 im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Vgl. Nr. 1757 und Bd. II, Nr. 1283. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 136.

1288. Juni 5. Havelberg. 1963.

Heinrich, Bischof von Havelberg, verleiht dem Kloster Dobbertin den Zehnten von Tralow, Dimitz, Sagcitz und Wale, und bestätigt demselben andere.

Hinricus, Bischoff zu Hauelberg, confirmirt dassjenige, was sein Prädecessor Henricus den Closterjungfrawen zu Dobertin gegeben, alss nomlich den Zehenden der Dorffer Lositze vnd Zwerze mit dem banne derselben dorffer vnd auch der Dorffer Virlinche vnd Cethim. Zudem gibt er vor sich mit consens des Capittels den gedachten Closterjungfrawen den Zehenden der Dorffer Tralow, Dimitz, Sageuitz und Wale. Datum Hauelberg, anno domini 1288., in die sancti Bonifacii.

Nach Clandrian, Dobb. Reg. Nr. CCXXXVIII. — Vgl. Nr. 1610, 1808, 1814, Bd. II, Nr. 790.

1288. Juni 13. Schwerin. 1964.

Hermann, Bischof von Schwerin, bestätigt die Stiftung und Bewidmung des Krankenhauses zu Dobbertin.

Hermannus dei gracia Cwerinensis episcopus omnibus presencia visuris spiritus gaudium cum salute. Licet caritatis dulcedo nos omnibus iungat beneficio, magis tamen locis et personis ecclesiasticis, sed maxime religiosis obligat ad fauorem. Recipientes itaque deuotam instanciam Heynrici prepositi Dobertinensis, pie considerantis, infirmis esse exhibendum commodi et sollicitudinis plus quam sanis, ac motu talis misericordie instituentis predium infirmarie in villa Dobertin cum addicione bonorum, que subscribentur, per ministerium Thetleui plebani in Ludereshaghen, Thetleui militis dicti Wackerbart et aliorum ad hoc elemosinam suam largiencium pro indigencia et commodo monialium debilium eiusdem cenobii, ordinantis et petentis opus pie inchoatum a nobis misericorditer confirmari: nos, tam commendabili desiderio nolentes contraire, nec volentes tam vtilem ac diuinam actionem futuris temporibus dissipari, dictum predium cum mansis eidem appositis pro agricultura et apponendis et IIII mansos in villa Burowe cum suis

prouentibus ac omnes prouentus uille Lubendorp, site in terra Malchin, pretacte infirmarie inseparabiliter attinere, sicut ab ore eiusdem prepositi didicimus, tenore presencium protestamur, premissa singula cum omnibus donacionibus et pietatibus predicte infirmarie factis et faciendis auctoritate, qua fungimur, confirmando. Et ne, quod ordinate gestum est, valeat immutari, nec de eodem contingat a nostris posteris dubitari, presens scriptum sigilli nostri atque sigillorum Heynrici prepositi Dobertinensis ac eiusdem capituli appensionibus communitum futurorum memorie commendamus. Datum Cwerin, anno domini M° CC° LXXX° VIII., ydus Junii, presentibus viris honorabilibus: Johanne decano Cwerinense, Heynrico decano Buthsowense, Volrado archydiacono in Rostoch, Adam archydiacono in Warne, magistro Gherardo archydiacono in Parchem, Gothzwino preposito sanctimonialium in Nouo Claustro, Theoderico preposito in Rune, clericis; Thetleuo dicto Wackerbart, Heynrico et Conrado et Gherardo dictis de Cremun, Hermanno de Buthsowe, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Dobbertin. An demselben hangen 3 Siegel:

1) an hellrother und grüner Seide das in Bd. II, zu Nr. 1297, abgebildete Siegel des Bischofs Hermann von Schwerin;

2) das parabolische Siegel des Dobbertiner Propstes: ein Geistlicher hält in der Rechten einen Palmzweig, in der Linken ein Buch; Umschrift:

✠ SIGILLVM · hIRRICI · P̄POSITI · D̄ · DOBRTI

3) das in Bd. I, zu Nr. 634, abgebildete Siegel des Convents von Dobbertin; die erste Hälfte der Umschrift ist abgebrochen. — Vgl. Nr. 1906. Der Kaufbrief über die Hebungen aus Lupendorf ward erst 1290 zu Malchin ausgestellt (s. unten). — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 137, und früher (mit der falschen Jahreszahl 1282) bei Schröder, P. M. I. S. 762.

1288. Juni 28. Hamburg. 1965.

Hermann, Bischof von Schwerin, ertheilt denen, welche sich gegen die Marienkirche zu Hamburg wohlthätig erweisen, einen Ablass.

Hermannus dei gratia Zverinensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Licet is — — —. Datum anno domini M° CC° LXXX° VIII°, Hammenburg, in vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Original, welchem das Wachssiegel des Bischofs Hermann anhängt, vollständig gedruckt bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 704.

1288. Juni 29. Spandau. 1966.

Otto, Markgraf von Brandenburg, bestätigt der Stadt Grabow die von den Grafen von Danneberg verliehenen Privilegien.

Otto dei gracia marchio Brandenburgensis et Lusacie ac dominus de Hynnenberch dilectis suis consulibus et vniuersis ciuibus opidi Grabowe graciam et salutem in omnium saluatore. Fidelitatis vestre constancia ad ea, que vtilitati vestre ciuitatis expediunt, nos semper inducit. Hinc est, quod vestris desideriis iustis inclinati vobis et omnibus ciuibus vestre ciuitatis Grabowe omnem libertatem concedimus, damus presentibus et donamus, vobis et vestre ciuitati retroactis temporibus per nobiles comites de Dannenberghe de exaccionibus, precariis et redditibus annualibus concessam et indultam, perpetuis temporibus duraturam, ita quod nec nobis, nec nostris heredibus, successoribus, aduocatis vel officialibus quicquam de predictis exaccionibus, precariis aut redditibus vos aut vestri successores dare non tenemini, sed ab omnibus oneribus vos et vestros successores imperpetuum volumus habere exemptos, liberos, quitos et solutos, et vniuersa iura, libertates, proprietates, possessiones, gracias, consuetudines, priuilegia et instrumenta, quibus per dictos comites de Dannenberghe vos et vestra ciuitas estis prediti et muniti, presencium tenore patrocinio ratificamus, approbamus et imperpetuum confirmamus. In quorum omnium euidens et perpetuum testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius veritatis facti sunt: Droyseke noster dapifer, nobilis vir Ghůnterus comes de Keuelberghe, Redeke de Redere, Vlricus de Crůghe, Bertoldus de Kercowe et alii plures fide digni. Datum Spandowe, anno domini M° C° C° octuagesimo octauo, die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach der im Archive der Stadt Grabow aufbewahrten unechten Ausfertigung in einer mittleren Minuskel des 14. Jahrhunderts. (Vgl. Vorrede zu Bd. I, S. XL.) Diese trägt an einem Pergamentbande ein ovales Siegel des Markgrafen Otto mit dem stehenden Bilde des Markgrafen, welcher in der rechten Hand die Fahne, mit der linken den Schild mit einem Adler hält. Das Bild ist so flach und undeutlich, der Rand so sehr beschnitten, dass dies Siegel offenbar mit einer von einem echten Abdrucke genommenen Form gemacht ist.

1288. (Nach Juni 29.) Rostock. 1967.

Simon und Lambert von der Mühlen verkaufen ihr Erbe in der Vier-Glinden-Mühle zu Rostock an Jacob für den Zins, zu welchem die Domherren zu Bützow es besessen haben.

Symon et Lambertus fratres de Molendino vendiderunt Jacobo hereditatem ipsorum in molendino quatuor rotarum pro censu tali, sicut eam possederunt ca-

nonici de Butzowe. Johannes Nicing et Hildebrandus Esellesuot et Hermannus Wilde tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 164.

1288. Juli 21. Plau. 1968.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Bürger Wolder Grote zu Parchim zu der von ihm in der Georgenkirche daselbst gestifteten Vicarei das Eigenthum und die Vasallengerichtsbarkeit von 4 Hufen zu Schalentin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia domicellus de Werle omnibus presens scriptum visuris salutem in virginis filio benedicto. Acta rerum quarumlibet delet obliuio, nisi litterarum fulciantur stabili firmamento. Hinc est, quod tam presentes, quam posteros omnesque, ad quos presens cartula peruenerit, cupimus non latere, quod nos precordialissime matris nostre fratrumque nostrorum consensu ac maturo militum nostrorum consilio Woldero Magno, in ciuitate Parchim commoranti, proprietatem quatuor mansorum in villa Scolentin sitorum pro quinquaginta marcis denariorum alborum uendidimus et ad altare, quod idem Wolderus pio motus affectu ob remissionem suorum peccaminum construxit, et ad vicariam, quam fecit in ecclesia sancti Georii in antiqua ciuitate Parchim predicta in honorem beatorum apostolorum Symonis et Jude, dedimus et contulimus cum reditibus singulis et prouentibus vniuersis, videlicet siluis, pratis, pascuis, aquis et paludibus, sicut in prefate ville continentur campo, perpetuo possidendam, tali conditione interposita, vt a sacerdote, qui pro tempore predicti altaris vicarius fuerit, nostrorum progenitorum memoria fideliter peragatur. Idem vero sacerdos in predictis mansis potestatem iudiciariam quamlibet optinebit, maiori tamen iudicio excepto, videlicet manus et colli, quod nobis dinoscimur reseruasse; attamen in dicto maiori iudicio id ipsum, quod nostri uasalli in suis bonis de tali iudicio habere dinoscuntur, prenotatus sacerdos hoc eciam in suis mansis libere possidebit, contradictione qualibet non obstante. Vt autem hec nostra collatio et donatio maneat inconwlsa, presentem paginam inde confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius sunt: Arnoldus Brusehauer, Johannes Coz, Nicolaus Hane, Johannes et Bernardus fratres de Beylin, Johannes de Duzcin, Hinricus et Conradus de Cremun, Mathias Ketelhuth, Arnoldus de Wsten, milites; Dhipmarus de Sconeberge, Hermannus Rampe, Johannes de Domeliz, Arnoldus Vigilan, Johannes Warscowe, Gerardus Longus, Hermannus Sprickel, Enkelbertus de Merica, Hillebrandus de Hiserlo, Hinricus Bekes, Bertoldus de Pallude, Wolderus Magnus, promotor et actor negotii prin-

cipalis, et alii quam plures fide digni. Datum Plawe, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, XII° kalendas Augusti, per manum Martini de Malin, nostri notarii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von rother Seide hängt noch die untere Hälfte von dem zu Nr. 1729 abgebildeten Siegel. — Vgl. die Urkunde vom 13. Dec. 1291. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 140.

1288. Juli 28. 1969.

Ludolf von Everinge schenkt dem Kloster Lüne eine Hufe in Everinge und bittet um die Brüderschaft des Klosters für sich und seine Familie.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ludolfus dictus de Euerigge salutem in omnium saluatore. Nouerint posteri et presentes, quod ego ob spem eternorum bonorum contuli claustro in Lune mansum unum in Eueringge cum omni proprietatis iure, quem resignaui ad manus prepositi eiusdem claustri in die Pantaleonis martiris ad supplementum prebende dominarum. Ab eisdem uero dominabus peto propter deum participium fraternitatis michi et vxori mee Alburgi et animabus patris ac matris mee duorumque fratrum meorum Segebandi militis Christi et Heinrici, ut oracionum et laborum ceterorumque bonorum, quibus predicte Christi uirgines in eodem cenobio die ac nocte deseruiunt Jhesu Christo, simus participes in uita pariter et in morte. Ne autem ab heredibus meis super prescripta libera donacione mea in posterum alie dubietatis occasio uel litis materia suscitetur, presentem cedulam appensione sigilli mei firmiter communio pro cautela. Datum anno incarnacionis domini M° CC° LXXX° VIII°.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Lüne, mitgetheilt von der Frau Aebtissin von Meding. An der Urkunde hängt das schildförmige Siegel des Ritters Ludolf von Everinge mit zwei in drei Reihen geschachten Queerbalken und der Umschrift:

✠ S' LVDOLFI . DĀI . DE . EVERIGE

Der hieneben abgedruckte Holzschnitt ist von einem Exemplare desselben Siegels, welches an einer Urk. des St. Michaelis-Klosters zu Lüneburg vom 7. Jan. 1296 (Urk.-Buch des Michaelis-Klosters, Nr. 153) hängt, genommen und von der verehrlichen lüneburgischen Landschaft durch den Herrn Syndicus von Lenthe zu Celle zur Benutzung für unser Urkundenbuch gütigst geliehen. Die Mittheilung geschieht hier deshalb, weil die Familie von Everinge im 13. Jahrh. auch in Meklenburg öfter vorkommt; z. B. war 1262 Johann von Everinge Domherr zu Schwerin (Nr. 948; vgl. auch Nr. 949).



1288. Aug. 9. Nyköping. 1970.

Die Vögte und Rathmänner der Gothländer und der Deutschen und die ganze Bürgerschaft zu Wisby geloben dem Könige [Magnus] von Schweden Gehorsam, für die eigenmächtige Befestigung der Stadt eine Busse von 2000 Mark reines Silbers und 500 Mark Silbers in gangbarer Münze, auch Aussöhnung mit den Gothländern, und versprechen Bürgschaften der Städte Lübek, Wismar, Rostock, Greifswald, Stralsund und Riga beizubringen.

Omnibus presentes litteras inspecturis aduocati et consules tam Gotenensium quam Thewtonicorum et com[m]unitas ciuium de Visby — — —. — — — Procurabimus eciam a ciuitatibus Lybeke, Wismere, Rostok, Griposwald, Stralesundh et Righa litteras fideiussorias, continentes, quod, si aliquem extraneum principem seu dominum preter regem Swecie eligere presumpserimus uel premissa fideliter non seruauerimus, dicte ciuitates ipsum dominum nostrum regem Swecie contra nos ad destructionem nostram totis viribus adiuuabunt. — — — Datum Nycopie, anno domini M° CC° LXXXVIII., in vigilia sancti Laurencii martiris.

Nach dem Cod. eccles. Upsalensis zu Stockholm (aus dem 14. Jahrh.) vollständig gedruckt bei Liljegren, Diplomatar. Svecan. II, p. 54 (und darnach im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 53). — Einen Abdruck in Messenii Scondia illustr. XII, p. 139, citirt Sartorius II, S. 155.

1288. Aug. 22. Camin. 1971.

Hermann, Bischof von Camin, verleiht dem Kloster Dargun das Dorf Bast (bei Cöslin) mit 100 Hufen, die bei der Nachmessung als Ueberschlag gefundene Wüstenei von 110 Hufen zwischen den Dörfern Bast, Varchmin und Funkenhagen und dem Meere, das Eigenthum des Bodens und des Zehntens des Dorfes Streitz, den Zehnten von 10 Hufen des Dorfes Ganschendorf bei Demmin, von 21 Hufen des Dorfes Kl.-Methling (bei Dargun), von 1 Hufe zu Warbelow und von 1 Hufe des Dorfes „Vrchelowe“.

In nomine domini. Amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus hanc literam visuris in perpetuum. Quoniam status hominum indesinenter ad vlteriora descendit, ea que inter mortales ordinantur, iuste scriptis annotantur, vt, si contra rem gestam prauorum aliquando consurgat inuidia, rei veritatem expressam literarum eloquia protestentur. Hinc est, quod uniuersorum presentium et posterorum notitie supponimus, quod, cum terminos villarum oppido Cusselin adiacentium, harum videlicet: Mellene, Bast, Verchemin et Vunkenhaghenn, metiremur, assignantes singulis villis, quod suum erat, plenum scilicet et integrum

numerum mansorum, quem habebant ex antiquo, de excrescenti residuo et superfluo mensurationis dictarum villarum, quod vulgo ouerslach dicitur, quandam repperimus solitudinem centum et decem mansorum ipso iure ad nos pertinentem, que nullo adhuc speciali nuncupatur vocabulo, sed est sita inter premissarum villarum terminos et mare salsum, quam totalem solitudinem centum et decem mansorum cum proprietate, fundo et integra decima, iuditio, tam capitali, [quam] manuali, et omni iure, quod in ea habuimus in presenti vel modo [quoli]bet habere poteramus in futurum, similiter et villam Bast cum terminis [suis], numero videlicet centum mansorum, insuper et stagnum, quod eidem ad[iacet] ville, quam quidem villam pro commutatione aliorum bonorum in concambium recepimus a sanctimonialibus antique ciuitatis Colbergh, ordinis sancti Benedicti, cum fundo, proprietate, integra decima, omni iuditio et [iure], preterea proprietatem fundi et integre decime ville Streteni cum terminis suis continentibus in se quadraginta quatuor mansos ex vtraque parte ipsius fluuii Streteni et omni iuditio, quam villam Vlricus miles de Beuenhuszen a nobis in feudo tenuit: has inquam premissas villas et solitudinem cum omnibus suis attinenciis, siluis, agris cultis et incultis, stagnis, aquis piscariis et molendinariis et ipsarum aquarum decursibus, et aliis quibuslibet vtilitatibus, que inde prouenire poterunt, de pleno nostri consensu capituli fratribus monasterii Dargunensis, ordinis Cisterciensis, nostre diocesis, recepto competenti restauro contulimus libere et quiete per[petuo] possidendas; homines nihilominus, qui ibidem iam locati vel [in posterum] locandi fuerint, dimittentes liberos et exemptos ab omni onere [aduocati et] thelonei solutione, vectigalium amministratione, pontium positione, vrbium edificatione, aggerum extructione, angariis seu p[a]rangariis et ab omni prorsus precaria et exactione, si quam vniuersaliter in omnes vel particulariter in quosdam terre nostre colonos facere nos contingat, ita vt nulli preterquam deo et suis dominis, fratribus videlicet Dargunensibus, debita exsoluere seruitia teneantur, nisi forte pro terre defensione, si eam, quod absit, inimicos contigerit introire. Indulgemus etiam eis, ne ad provintialia vel gene[ralia] terre nostre placita, que vulgo landtdinck vocamus, sint astricti, sed in dictis bonis sua generalia seu singularia peragant placita pro loco et tempore, secundum quod ipsis fratribus visum fuerit expedire. Si vero quippiam questionis aut excessus in terminis dictorum bonorum emerserit, quod in se criminalem vel ciuilem contineat causam, de hoc neque nos, neque aduocati nostri aliquid nobis iuris vendicabimus, sed totum ipsorum fratrum aduocatus, quem ibidem statuerint, iudicabit. Ceterum quicquid sepedicti fratres per sua demonstrare poterunt priuilegia, quod a predecessoribus nostris ipsis sit indultum et a nobis confirmatum, videlicet in construendis ecclesiis in bonis suis et iure patronatus earundem, quod bannum sive ius sinodale vocamus, seu aliis quibuslibet libertatibus, graciis et indulgenciis, hoc totum gratum et ratum habentes presenti scripto confirmamus, adicientes, quod villas in bonis

memoratis construendas nulli debeamus ecclesie, quo extra bona dictorum fratrum sita fuerit, addotare. Verum quia minus expediens est et acceptum, plura conferre, si non contingat absque turbatione collata possidere, idcirco fratrum sepedicti monasterii commoditatibus intendentes et future calumnie viam precludentes, nos et nostram obligamus ecclesiam omni loco et tempore firmam ac perpetuam dictorum bonorum prestituturos warandiam, quandocunque seu quotiescunque predicti fratres super ipsis bonis fuerint impetiti et nos fuerimus requisiti. Nec ea licebit ipsis alicui seculari principi aut baroni infeudare, vendere vel in concambium pro bonis aliis permutare, quia hoc in magnum ecclesie Caminensis detrimentum posset cedere et grauamen; si vero alicui militi vel alteri mediocri cuiuscunque conditionis persone ea decreuerint infeudare, vendere vel permutare, hoc ipsorum relinquimus potestati. Eximimus etiam hec eadem bona ab omni genere mensurationis, ita vt nec possimus, nec debeamus ea de cetero mensurare, complectentes et specificantes metas et fines eorum sub vna terminorum distr[a]-ctione[1], quam pro iustis ac legitimis terminis perpetuo volumus haberi, ita vt, quicquid in ipsis inclusum vel contentum fuerit, hoc totum ad ipsos fratres pertineat pleno iure. Scitote ergo terminos in Bast sic haberi: incipiunt in quadam sicca palude, que vulgo mo°r dicitur, continente in se mult[a]s pinos et abietes, que minorem villam Mellene et Bast distinguunt, de qua palude modica deriuatur aqua, que lento cursu profluens in modum rige aliam quandam paruam perficit paludem, citra quam protenduntur vsque ad fluuium Streteni, quo transito directe pro[ce]dunt[2] ad fagum quandam stantem iuxta viam de Cuslin venientem, que conterminat villas Belitz, Tessin et Bast; deinde diriguntur ad quandam quercum, que se obuiam prebet venientibus pe[r][3] viam, que ducit de Colbergh in Bast, in qua(m) conterminantur ville Pyrnow, Verchemin et Bast; abhinc vergunt ad aliquam quercum, que terminos Verchemin, Bast et ouerslach distinguit, et vltra progrediuntur ad quandam quercum, que diuidit terminos Verchmin et ouerslach; deinde se extendunt vsque ad fluuium Nitzen, a qua protenduntur cum decursu ipsius fluuii, cuius medietas est in terminis ouerslach, vsque ad quercum duabus crucibus signatam, habentem ex vtroque latere duas magnas fagus, que quercus terminos ouerslach et Vunkenhaghen a se inuicem distinguit; et abhinc procedunt in salsum mare per longum, per latum vero protenduntur in mare, quousque respiciant ex opposito quandam fagum in summ[o] vertice circumcinctam ramis ad modum corone, que sita est ex altera parte ouerslach secus litus maris, ad quam ascendentes progrediuntur ad aliam fagum, que minorem villam Mellene et Bast distinguit, a qua directo tramite rursus asscendendo vsque ad supramemoratam paludem siccam vulgariter mo°r nominatam, que minorem villam Mellene et Bast in superiori parte conterminat, vbi initium sumpserunt, finem sortiuntur. Preterea fratribus dicti monasterii, qui dei glorioseque virginis matris eius Marie laudibus die noctuque incessanter insistunt, ad commodiorem atque largiorem

eorum sustentationem procurandam decimam et proprietatem decime triginta trium mansorum, decem videlicet in villa Gancekendorp, que sita est in terra Dymmin, viginti vnius in minori villa Metlick in terra Gnogen, vnius in Warbelow et vnius in Vrchelowe[4] de pleno prefati nostri consensu capituli contulimus iure perpetuo possidendam, quatinus eisdem in spiritualibus participemus, quibus in temporalibus suffragamur. Ne quid ergo huic nostre donationi et ipsorum fratrum desit cautioni, ipsam banno nostro confirmamus, sub anatematis interminatione districte prohibentes, ne aliquis vnquam hominum hanc ipsam donationem seu ordinationem nostram rite ac laudabiliter celebratam audeat infringere vel immutare; quod si quis presumpserit, omnipotentis dei indignationem similiter et nostram animaduersionem se nouerit grauiter incursurum. Ad quorum omnium euidentiam certiorem paginam presentem inde conscriptam damus ipsis fratribus in Dargun sigillis nostro videlicet ac capituli nostri communitam. Testes horum sunt: Johannes decanus, Gherardus scolasticus, Wizlauus prepositus in Bernsten, Johannes Swartelose prepositus in Vzinam, Bernhardus de Euersten prepositus in Pazewalk, Hildebrandus prepositus in Stetin, Fredericus de Wincenberch, canonici Caminenses, dominus Hildewardus tunc abbas in Dargun, dominus Wichardus abbas in Bukowe, Wichardus, Conradus dictus Kule, Hinricus de Robele, monachi Dargunenses; Otto comes de Euersteen, Reinbernus de Wacholt, Hermannus de Mezekowe, Ludolffus de Lassan, Nicolaus Gallus, Mathias Ketelhu[t], Conradus Bunow, milites, et alii quam plures Acta sunt hec et data in Camyn, anno domini M°CC°LXXXVIII°, indictione prima, epacta XV., ciclo lunari XVI., concurrente IIII., XI° kalendas Septembris, in octaua assumptionis Marie virginis gloriose.

Nach der Baster Matrikel in der Bibliothek für pommersche Geschichte und Alterthumskunde. Die eingeklammerten Stellen fehlen auf dem am Rande verletzten Blatt und sind Ergänzungen Dregers. Die Matrikel gibt: [1] distructione — [2] produnt — [3] pe — [4] Vrchelowe scheint verschrieben zu sein. Stroitz heisst in den Urkunden des 14. Jahrh. nicht Stretenl, sondern Stretenis.

1288. Sept. 8. Tönsberg. 1972.

Hakon, Herzog von Norwegen, sichert im Namen seines Bruders, des Königs Erich, den Städten Lübek, Rostock, Stralsund, Wismar, Greifswald, Riga und Wisby bis dahin, dass der Rest der ihnen von den Norwegern verheissenen 6000 Mark Silbers bezahlt wird, Zollfreiheit für den Heringsfang zu, und bestätigt zugleich den durch den König Magnus von Schweden zwischen den Norwegern und den gedachten Städten zu Calmar geschlossenen Vergleich.

Omnibus hoc[1] scriptum cernentibus Haquinus dei gracia dux Norwegie salutem in domino sempiternam. Quia nos dominis Wromoldo[2] de Quinque

Domibus de Lubeke, Henrico dicto Monacho de Rozstoc et Johanni Skoke de Stralesund consulibus et predictarum ciuitatum procuratoribus necnon et ciuitatum Wismarie, Gripeswold, Rige et Wisby, in festo natiuitatis beate Marie [3] virginis sub anno domini M° CC° LXXX° octauo, Tunsbergis exsoluimus duo milia marcharum et octingentas ac septuaginta marchas denariorum monete Norice nunc currentis, quinquies viginti marcis denariorum semper pro quolibet centenario computatis, de sex milibus marcharum argenti Norici, in quibus Nor[t]hmanni [4] tenebantur obligati tunc temporis ad soluendum ciuitatibus supradictis, et supradicti procuratores earundem ciuitatum super residui debiti solucione dederunt inducias ad soluendum vsque ad festum natiuitatis beate virginis anni proxime subsequentis: nos, attendentes, quod, qui grauatur in uno, debet in alio non inmerito releuari, promittimus nomine procuratorio karissimi fratris nostri domini Erici regis Norwegie illustris, de consilio et assensu dilecti consanguinei nostri domini Jacobi comitis Hallandie, Bernonis de Berkerey [5] baronis, necnon et aliorum fidelium regni Norwegie nobiscum existencium illa uice, quod incole predictarum septem ciuitatum debent esse liberi, exempti penitus et immunes hac hieme ab omni solucione telonei, quod in captura allecium solet solui; hoc adiecto, quod, si debitum anno futuro soluendum non fuerit dictarum ciuitatum procuratori uel procuratoribus in eodem festo natiuitatis beate virginis Tunsberghis integraliter exsolutum, incole ciuitatum earundem habere debent eandem libertatem hieme tunc futura. Quotquot etiam annis postmodum in soluendo defectus erit per Noricos memoratos in loco et festo suprascriptis, semper eandem habere debeant libertatem. Set ne per fraudem possent aliqui, qui de predictis ciuitatibus non existunt [6], huiusmodi libertatis graciam usurpare, deferat quilibet gubernator nauis litteras ciuitatis sue patentes, in quibus testimonium ferant consules, quod talis cum naui sua sit de tali ciuitate; verum si contingeret, quod aliquis de predictis ciuitatibus existens hoc anno tales litteras non haberet, fidem faciet super hoc iuramento duorum [7] fide dignorum, quos de prefatis ciuitatibus veraciter constat esse. Ratificamus etiam tenore presentium et confirmamus nomine procuratorio placitationem per inclitum principem dominum Magnum Sweorum regem [8] illustrem inter Nor[t]hmannos et predictas ciuitates apud Calmarniam ordinatam et alia singula, que ex parte dicti domini regis Norwegie, fratris nostri, cum prelibatis ciuitatibus vel earum procuratoribus vsque in hodiernum diem placitata fuerant et condicta. In cuius rei testimonium sigilla dictorum comitis et Bernonis [9] vna cum nostro presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum anno, die et loco supradictis, multis presentibus testibus fide dignis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 478, aus dem Original, mit drei anhangenden Siegeln, auf der Trese zu Lübek. — Gedruckt: Rostock. Nachrichten 1752, Stück 37, S. 150 ff.; Thorkelin, Dipl. Arn. II, p. 114; Liljegren II, p. 158; Westphalen IV, p. 997 (mit falschem Datum, vgl. Sartorius II, 155, 732); Dähnert, Pomm. Bibl. III, S. 73. Der Abdruck bei Fabricius, Rüg. Urk. II, 65 (Nr. CXCI, vgl. Reg. Nr. 319) nach dem Original im Stralsunder Stadt-Archiv (mit einem Siegel) weicht in folgenden

Punkten ab: [1] prosons — [2] Vromoldo — [3] Mario: fehlt — [4] Normanni (Norchmanni: L. U.-B.) — [5] Biernonis de Berkero (Berkeri: Thorkelin, Berberey: Druckf. im L. U.-B.) — [6] existerent — [7] duorum fidelium et — [8] regem Suevorum — [9] baronis. — Vgl. Nr. 1821 und Nr. 1916.

1288. Sept. 9. (Rostock.) 1973.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft an Bertram Dame eine Rente von 26 Mark aus der Stadt Malchin und eine andere von 30 Scheffel Malz aus der Mühle zu Faulenrost.

Nos consules uniuersi ciuitatis Rozstok recognoscimus presentibus et testamur, nos vidisse et audiuisse duas patentes literas nobilium virorum domini Hinrici dei gratia domini de Werle ac domini Nicolai eadem gratia domini de Werle, diuisim, sigillis suis veris sigillatas, non abolitas, nec cancellatas, sed perfectas et integras, in hec verba:

Nos Hinricus dei gratia dominus de Werle notum esse volumus tenore presencium publice protestantes, Bertramum Damen nobis dilectum cum consensu et consilio nostrorum militum discretorum a nobis pro CC marc[is] et LXXVI marc[is] denariorum vsualium rationabiliter comparasse redditus XXVI marcarum in ciuitate Malchin, quas quidem XXVI marcas consules ciuitatis predicte iam dicto Bertramo vel suis heredibus in crastino Martini annis singulis presentabunt, et nichilominus XXX modios brasii in molendino sito in villa Rozstok eodem termino annis singulis presentandos. Hos vero redditus cum nos resingnaremus, promiserunt eidem Bertramo et suis heredibus perpetuo possidendos tunc consules ciuitatis Malchin: Gunterus de Malchin, Conradus de Hagen, Thidericus Gube, Johannes Gube, Conradus de [R]aceborch [1], Arnoldus de Scerpsowe, Arnoldus Crul, Witecowe, Wolueke Gothop, Friso. Est preterea notum hiis nostris militibus: Godefrido Lůch, Johanni Molteko, Gerhardo de Cropelin, Marquardo de Teterowe, Tesmaro marscalco, Gerhardo de Oldendorp; hiis consulibus ciuitatis Rozstok eciam presentibus, videlicet Conrado de Lawe, Johanne Ruffo, Hermanno Lisen, Thiderico de Sozato, Hinrico de Ybendorp, Johanne Albo. Ut autem hec empcio racionabiliter facta in perpetuum maneat inconv[ul]sa [2], nostrum sigillum presenti litere est appensum. Datum anno domini M° CC. LXXXVIII°, in crastino natiuitatis virginis gloriose.

Nach dem Original des Vidimus auf Pergament im Raths-Archiv zu Rostock. An Pergamentstreifen hängt das beschädigte grosse Stadtsiegel von Rostock (Bd. II, Nr. 786) mit dem Rücksiegel (ein rechtsgekehrter Greif; Umschrift:

✠ SIGILLVM BVRGENSIVM DE RO. TOC)

— [1] Statt Paceborch geben wir Raceborch. [2] st. inconversa: inconvulsa.

1288. Sept. 22. Warin. 1974.

Hermann, Bischof von Schwerin, ertheilt die bischöfliche Bestätigung zu der von dem Propste Johann von Neukloster 1287 getroffenen und von dessen Nachfolger Gottschalk 1288 genehmigten Ordnung über die Verwendung der Einkünfte von Nepersmühlen, 2 Hufen zu Reinsdorf und der oberen Mühle zu Brunshaupten, welche der Propst Johann seinem Kloster geschenkt hat.

S. Nr. 1922.

1288. Sept. 22. Wesenberg. 1975.

Heinrich der Meissner schenkt dem Kloster Stepenitz für die Aufnahme seiner Schwester und Schwestertöchter eine Kornhebung aus seinem Dorfe „Gartin".

In nomine domini. Amen. Ego Hinricus dictus Mysnerus omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Donationes, qvibus deuoto subsidio dotantur ecclesie, vt perpetuam obtineant firmitatem, huiusmodi scriptis authenticis et fidelium testimonio conservantur. Super qvo propter eum, qui dat omnibus affluenter, nos qvoque de nostris proventibus sibi gratias referentes, assignavimus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, cum arbitrio et consensu fratris nostri unici Johannis Misneri, cenobio Stepenitz qvindecim choros siliginis qvatuor modi[is] minus in villa nostra Gartin annuatim persolvendos, supplicantes divino intuitu, vt nemo heredum nostrorum post mortem nostram in futuro aliqvo gravamine obviare, sed adiectionibus elomosynarum amplius exaltare, [presumat]. Jnsuper sororem nostram Jdam, uxorem Ade legitimam, cum duabus suis filiabus mansuram in eadem prebenda ita sane locavimus, ut una ex eis habitum mutando totaliter subsistat serviens domino Jesu Christo in proposito perpetue virginitatis, et de alia filia in nostro et nostrorum amicorum pendebit arbitrio, qve infantulus est, si in posterum contigerit eam nuptui tradendam. De sorore vero nostra taliter statuimus, qve viro legitimo iuncta est: si ipse Adam vir eius eam recipere voluerit, libere ad eum redeat sine aliqvo murmure, nichil de bonis, que pure propter deum ecclesie donauimus, reqvirens et recipiens omnino; ceterum etiam, si vir eius in posterum non reqvuisierit et eam ibidem in castitate permanere libet, omni tempore vite sue, sicut ordinavimus, manebit, similiterque altera filia eius, si non ipsam denuo recipimus, in cenobio manebit. Ut autem hec donatio rata, sic ordinata, firma permaneat, presentem paginam utriusque sigilli munimine roboravimus. Huius rei testes sunt: Wasmodus ei[us]dem[1] ecclesie prepositus, frater Walterus de Rupin, Macho[r]ius[2] miles Christi et magister in Mirowe, Bertoldus de Havelberge, ego Heinricus et frater meus Johannes Misnerus, Otto Bere, Fridhericus Brosehav[er]e[3] et alii

qvam plures. Datum in die Mauricii, in Wesenberge, anno domini incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

Nach Riedel, Cod. diplom. Brand. I, Bd. 1, S. 247, aus dem im Archiv des Klosters Stepenitz befindlichen „Original, woran das Siegel fehlt." Der Abdruck Riedels ist wohl nicht ganz genau; wenigstens scheint [1] eiusdem statt eidem, [2] Machorius statt Machovius und [3] Broschavere oder Brvschavere st. Broschave gelesen werden zu müssen. Ein Dorf „Gartin" wissen wir nicht nachzuweisen, nehmen diese Urkunde aber auf, weil wir vermuthen, dass das Dorf, aus welchem Heinrich der Meissner die Hebungen verschenkte, bei Wesenberg oder auf der Lieze gelegen hat. Es ist nämlich schon von Boll, unter seinem Abdrucke der Urkunde, Starg. Bd. 1, S. 313, 314 (nach Riedel), bemerkt worden, dass 1273 in Urkunden des Fürsten Nicolaus I. von Werle, welche zu Röbel ausgestellt sind, unter den Zeugen ein Ritter Misnerus vorkommt (s. Bd. II, Nr. 1283—1285), nachdem aber Wesenberg von dem genannten Fürsten an den Markgrafen Otto von Brandenburg abgetreten ist (s. Nr. 1450), der dominus Misnerus in Urkunden dieses Markgrafen als Zeuge erscheint (1279, Juni 29, zu Stargard, Nr. 1503; 1280, Aug. 18, zu Berlin, Nr. 1548; 1282, Jan. 21, zu Wesenberg, Nr. 1610: „Hinricus Misnere"; 1285, Aug. 24, Nr. 1814, zu Neddemin: „Hinricus Misnere, Fredericus et Chotemer Dargaz, — — —"). Am 20. Nov. 1288 befindet sich „Hinricus Misner" mit stargardischen Vasallen bei dem Markgrafen Albrecht zu Werbelin, am 25. Jan. 1290 ist er wiederum unter den stargardischen Vasallen dieses Markgrafen zu Stargard. 1297, am 26. Nov., finden wir „Henricus Misnerus" zu Neu-Brandenburg als Zeugen in einer Urkunde des Ritters Friedrich Soncke. Alle diese Angaben lassen sich mit der Vermuthung über den Besitz Meissners in der angenommenen Gegend wohl vereinigen. — Bestimmter nimmt Boll (a. a. O. S. 167) an, dass „die Kastellanei von Wesenberg 1288 im Besitze der Gebrüder Meissner" gewesen sei. — In einer Urkunde des Fürsten Nicolaus von Werle, welche am 6. Mai 1298 zu Güstrow ausgestellt ist, steht unter den Zeugen an erster Stelle: „dominus .. cognomento Misnere"; „der Meissner" war also nur ein Beiname. In der unechten Urkunde des Bischofs von Havelberg, d. d. Wittstock, April 5, 1273 (Nr. 1280), finden wir unter den Zeugen „Ghotemerus et Misnerus fratres". Dort ist also der Meissner wohl für einen Dargaz genommen. Boll meint S. 314, „es wäre nicht unmöglich, dass Heinrich Meissner mit dem unter den Minnesängern bekannten älteren Meissner (v. d. Hagens Minnesänger IV, 720) identisch wäre". — Gedruckt bei Lisch, Behr. Urk. I B, S. 176.

1288. Sept. 24. Rostock. 1976.

Gerburg übergibt ihre Habe dem Franciscaner-Kloster zu Rostock, welches sie als Dienerin aufnimmt.

Notum sit, quod Gerburgis cum consilio et consensu amicorum suorum et heredum in presencia consulum omnia bona sua claustro fratrum minorum pro salute eius erogauit, labores et procurationem acceptando dicti claustri, quam ponunt fratres in domum eorum sicut famulam et ancillam. Actum anno domini M° CC. LXXXVIII°, proxima feria sexta ante Michaelis. Hildebrandus Eselesphot et Jo Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch C, fol. 166.

1288. Rostock. 1977.

Rötger Horn verpflichtet sich dem Rostocker Rathe, für eine bestimmte Summe die Einfahrt in den Warnemünder Hafen zu vertiefen.

Ne in obliuionem transeant, que geruntur in tempore, cautum est, ea scriptis et testibus conmvniri. Nouerint igitur hoc scriptum audituri, quod Rotgerus dictus Horn, constitutus in presencia consulum non requisitus, promisit, se emendaturum portum in Warnemunde sub expensis propriis et profunditatem sex vlnarum se facturum a signo, quod tunna dicitur, usque ad copiosam profunditatem maris, sex ulnis profunditatis manentibus aqua mediocriter se habente et mari existente placido, et ipsam profunditatem per quinquennium ciuitati conseruaturum, dummodo consules uellent summam, quam idem R[otgerus] dictus Horn peteret, erogare. De quo dum consules mirarentur satis, vocatis ad se discretioribus ciuitatis et eorum usi consilio, cum prefato Horn, dum fortiter in suo persisteret proposito, tali conditione media conuenerunt, videlicet quod promiserunt, se daturos eidem R[otgero] dicto Horn primo quadringentas marcas argenti uel mille cum trecentis et quinquaginta marcas denariorum de collecta ciuitatis prima, que solet dari circa festum natiuitatis domini, et suo reliquerunt arbitrio, utrum summam argenti predictam, an denarios predictos acceptare uoluerit, si tamen idem Horn ante tempus illud, quo naute solent ire ad capturam allecium, in emendatione portus predicti secundum formam prehabitam processerit, uel ad minus se talem ostenderit, quod sua in hiis promissio duci poterit ad effectum. Preterea Horn predicto in emendatione portus dicti proficiente consules memorati dare promiserunt centum millenarios laterum, et hoc in festo pentecostes proximo subsequentis [1]. Arbitratum est eciam, ut, si sepedictus Horn infra tempus sibi prefixum in operatione prehabita ducentis marcis denariorum circa eam de rebus propriis consumptis prosperum successum non uiderit, — —.

Nach dem Rostocker Stadtbuch A, Heft 5, Lage 8, fol. 3. Der Schluss, welcher auf dem nächsten Blatte stand, ist mit diesem verloren gegangen. — [1] Bis hierher gedruckt bei (Nettelbladt) St. Rost. Gerechts., fol. XXXVII. — In Stadtb. C, fol. 178, zum J. 1288, ist eingezeichnet, aber auch wieder getilgt: „Rotgerus Horn obligauit ciuitati suam integram hereditatem pro C marcis et L marcis denariorum".

1288. Sept. 25. (Oct. 9?) Schwerin. 1978.

Hermann, Bischof von Schwerin, bestätigt die von dem Parchimschen Bürger Wolder Grote gestiftete und bewidmete Vicarei in der Georgenkirche zu Parchim.

Nos Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus recognoscimus tenore presentium litterarum et ad vniuersorum Christi fidelium noticiam volumus per-

uenire, quod Wolderus dictus Magnus, ciuis in Parchim, tamquam homo pii desiderii pro sua salute et omnium progenitorum suorum cultum diuinum desiderans augmentare, ut obitus sui et ipsorum memoria perpetuo peragatur, proponit firmiter et intendit de nostra licentia in ecclesia parochiali in Parcheim vicariam vnam de nouo instaurare et altare dotare cum redditibus viginti marcarum annue pensionis, recipiendarum de bonis suis in Scolentin et Penzelin sitis. Jn Penzelin habet tres mansos tali conditione emptos, quod, dum placuerit domino Nicolao de Bruseuiz uel suis heredibus, possunt dicto Woldero uel vicario dictam vicariam optinenti quatuor mansos in Scolentin assignare, et tunc predicti mansi in Penzelin ad ipsos cum omni iure integraliter reuertentur. Quorum reddituum[1] decem marcas iam ad dotem altaris coram nostro capitulo assignauit, residuas decem[2] marcas ipse percipiet, quoad viuet, et extunc uel prius, si sibi placuerit, eedem ad ipsam vicariam sine quolibet obstaculo deuoluentur. Jnsuper ipse Wolderus desiderat et affectat, ut circa ordinationem suam premissam obseruetur modus et forma subnotata, hec uidelicet, quod ipse temporibus uite sue et post eum successiue duo filii fratris sui, primo Nicolaus et post Thidericus, in illa vicaria ius habere debeant presentandi, eisque de medio sublatis rector parochie in Parchim illam infra semestre tempus, postquam vacauerit, conferre perpetuo teneatur tantummodo sacerdoti; hoc adiuncto, ut ipsa vicaria per se beneficium maneat singulare, et vicarius, qui pro tempore fuerit, manens sub obedientia ipsius rectoris, ultimam missam, siue pro viuis, siue pro defunctis, celebret omni die, exceptis sexta feria, in qua de sancta cruce, et sabbato, in quo de sancta Maria, necnon apostolorum, martirum, confessorum et aliorum sanctorum festis occurrentibus, in quibus missarum officia congruentia celebrabit. Debet etiam sacrificium sibi oblatum rectori parochie uel vices eius gerenti integraliter presentare et cum aliis sociis canonicis horis continuis interesse; et de redditibus, quos idem Wolderus adhuc proposuit comparare et eidem vicarie assignare, debet duas candelas ponderis vnius libre, cum indiguerit, emere ad missarum officia peragenda; atque ad tollendam (!) omnem scrupulum discordie et rancoris in preiudicium ipsius ecclesie parochialis ipse vicarius nulla debet penitus acceptare, sed contentus stipennuo (!) suo stare. Sane quia pia deuotio et laudabile propositum prefati Wolderi nos inuitat ad annuendum suis petitionibus nobis porrectis super eo, ut ordinationem et instaurationem uicarie memorate faceremus obtinere robur debitum firmitatis, nos in hac parte deuocionem suam in domino commendantes ac ordinationem huiusmodi ratam et gratam habere volentes, eam de nostri capituli et specialiter archidiaconi in Parcheim beneplacito et consensu auctoritate presencium confirmamus, dantes has litteras nostro et eorum sigillo fideliter communitas in maiorem firmitatem omnium premissorum. Datum Zwerin, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, septimo kalendas[3] Octobris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An der Urkunde hangen zwei wohl erhaltene Siegel:

1) das in Bd. II, zu Nr. 1297, abgebildete Siegel des Bischofs Hermann von Schwerin an einer Schnur von rother und gelber Seide;

2) an einem Pergamentstreifen ein kleineres, rundes Siegel: in gothischen Nischen zwei Heilige, neben denen rechts MAVRICIVS, links STEFANVS steht; Umschrift:

✠ . hERMANI . DE CLICHIN . CAN . . MAGDEB

Zwischen beiden Siegeln sind zwei Löcher in das Pergament gebohrt, es scheint aber nie eine Siegelschnur (zum Capitelsiegel) durchgezogen zu sein.

Eine zweite Original-Ausfertigung (ebendaselbst) ist ebenso besiegelt wie die erste. Dieser fehlt [1] reddituum — [2] decem, und das Datum lautet: [3] septimo idus Oct. — Vgl. Nr. 1968.

1288. Oct. 18. Colberg. 1979.

Hermann, Bischof von Camin, verleiht dem Kloster Dargun zehn überschlächtige Hufen in der Einöde des Klosters (bei Bast).

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis hanc litteram visuris salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod nos decem mansos in solitudine fratrum monasterii Dargunensis, quam ouerslach nominamus wlgaliter, sitos, quos quidem mansos excedere reperimus numerum mansorum, quos dicti fratres in eadem solitudine habere debebant, recepto competenti restauro contulimus eisdem perpetuo possidendos eo iure, quo et prehabitam solitudinem dinoscuntur possidere. Jn cuius rei testimonium presentes litteras inde conscriptas ipsis dedimus sigillo nostro communitas. Testes horum sunt: Gerardus scolasticus, Fridericus de Vincenberg, Hildebrandus prepositus Stetinensis, can[onici ecclesie] Caminensis; Lodewicus, Otto, comites de Euersten; Wichardus, Conradus, Hinricus, monachi Dargunenses. Actum et datum Colberg, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, in die Luce ewangeliste.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer roth-seidenen Schnur hängt das zerbrochene runde Siegel des Bischofs aus grünem Wachs, wie es in Bd. II, zu Nr. 799, beschrieben ist. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 183. — Vgl. Nr. 1971.

1288. Oct. 18. Colberg. 1980.

Hermann, Bischof von Camin, vergleicht das Kloster Dargun mit dem Pfarrer Berthold zu Nehmer (bei Colberg) wegen der neu erbauten Kapelle zu Neurese.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis hanc litteram visuris salutem in domino. Notum esse volumus vniuersis, quod controuersia, que uertebatur inter abbatem et fratres monasterii Dargunensis, ex vna,

et Bertoldum plebanum in Nymer, parte ex altera, super edificacione capelle in Nerese nobis coram positis taliter est sopita. Ciues villarum Nerese et Nesin in dicta capella ecclesiastica recipient sacramenta, dicto Bertoldo ipsam officiante et singulis diebus dominicis ac festis, necnon sextis feriis ibidem diuinum officium celebrante, qui ciues integrum modium siliginis ipsi Bertoldo plebano in Nymer pro ecclesiastica annona singulis annis de quolibet manso ministrabunt; quo defuncto ad predictos videlicet abbatem et fratres monasterii Dargunensis de capella Nerese sicut de ceteris ecclesiis in bonis eorum constructis pertinebit prouidere. Quod factum approbantes, sigillo nostro cum protestatione presencium confirmamus. Testes horum sunt: Gerardus scolasticus, Fridericus de Vincenberg, Hildebrandus prepositus Stetinensis, canonici Caminenses; Wichardus, Conradus, Hinricus, monachi Dargunenses. Actum et datum Colberg, anno gracie M° CC° LXXX° VIII°, in die Luce ewangeliste.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An roth-seidenen Fäden hängt des Bischofs rundes Siegel aus grünem Wachs, wie dasselbe in Bd. I, zu Nr. 799, beschrieben ist. — Vgl. Bd. II, Nr. 1057 und 1154.

1288. (Vor Nov. 11.) Rostock. 1981.

Johann Muter verkauft das ehemals dem Juden Salathiel gehörige und für diesen durch den Grafen Helmold von Schwerin veräusserte Haus zu Rostock weiter an Hermann Jsern.

Johannes Mutere vendidit Hermanno Jseren hereditatem illam, quam sibi nobilis dominus Helmoldus comes Zwerinensis ex parte Salathielis Judei sui vendicionis titulo resignauit, et sibi ab omni inpetitione liberam resignauit. Hildebrandus Eselesphot et Jo Nicig tabule presidebant.

Notum sit, quod Johannes Mutere emit a nobili viro domino Helmoldo comiti (!) Zwerinensi hereditatem sitam in nostra ciuitate, que fuerat Salathielis Judei, et ipsi sua patenti littera resignauit (in Guzstrowe)[1], ut in eadem plenius continetur.

Nach dem Rost. Stadtb. C, fol. 168. Beide Einzeichnungen, deren zweite offenbar nur zur Erläuterung der ersteren nachgetragen, jedenfalls aber dem Inhalte nach jünger ist als Nr. 1856, sind gleichzeitig von einer Hand geschrieben. Die Worte [1] „in Guzstrowe" scheinen sofort bei der Eintragung wieder durchstrichen zu sein, später sind beide Inscriptionen ganz getilgt. — Vgl. oben Nr. 1683, 1684 und 1756. — Rost. Stadtb. D, fol. 87 (1292): „Henricus de Ybendorp vendidit Albrando et Thyderico fratribus hereditatem suam, que quondam Salatielis Judei fuerat. — Stadtb. 1304 — 1314, fol. 21, zum Jan. 1306: „Domina Greta, relicta Lamberti de Molendino, vendidit Johanni Murreman hereditatem vnam, quam Salathiel Judeus edificauerat."

1288. (Nach Nov. 11.) Rostock. 1982.

Gerhard von Lage verkauft an Johann Wulfershagen und Johann Waterfahrer seinen Garten, welcher dem Landesherrn gehört hat.

Gherardus de Lawe vendidit Johanni Wlferdeshaghen et Johanni Watervorere suum ortum, qui fuerat domini terre, sicut eius fuit, et ipsis rationabiliter resignauit. Hermannus Wilde, Hildebrandus Eselesphot et Jo Nicig tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. C, fol. 168ᵇ.

1288. Nov. 19. Warin. 1983.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleiht dem Kloster Dargun den vom Ritter Hermann Musteke aufgelassenen Zehnten aus dem Dorfe Vippernitz.

Hermannus dei gratia Szwerinensis ecclesie episcopus vniuersis hanc litteram visuris salutem in domino. Notum esse volumus vniuersis, quod Hermannus miles dictus Mosteko decimam ville Vipperniz, quam a nobis in feodo tenuit, in manus nostras resignauit taliter, vt ipsam fratribus monasterii Dargunensis, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, conferremus. Cum ergo per Innocencii pape tercii decretalem illam: „Cum apostolica sedes“: decimas laycis infeodatas licite possimus aliis conferre ecclesiis, dicti Hermanni militis et suorum amicorum, qui nobis et ecclesie nostre semper fideliter astiterunt, precibus inclinati, totalem decimam memorate ville Vipperniz conferimus monasterio Dargunensi et fratribus inibi iugiter deo famulantibus libere et quiete perpetuo possidendam. Vt autem hec nostra collacio rata permaneat et illibata, presentem litteram inde conscriptam dedimus ipsis fratribus in Dargun sigilli nostri munimine roboratam. Testes horum sunt: Nicolaus Gallus, Johannes Molteko, Mathyas et Gerardus fratres dicti Ketelhůt, Hermannus Mosteko, Hermannus de Butsow, milites, et alii quam plures. Datum Warin, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, in die Elysabeth.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer roth-seidenen Schnur hängt das runde Siegel des Bischofs, abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1297. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 184, und bei Lisch, Gesch. des Geschl. Hahn I B, S. 142. — Vgl. die Urk. vom 9. Jan. 1289.

1288. Nov. 20. Werbelin (Fehrbellin?). 1984.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verkauft der Stadt Friedland das Uebermass in den Dörfern Schwichtenberg, Klokow und Hagen.

Nos Albertus dei gratia marchio Brandeburgensis recognoscimus, notum facientes omnibus, tam presentibus, quam futuris, quod cum consensu heredum

nostrorum, dum villa Svichtenberch viginti mansos habuerit et illos obtinuerit debitam per mensuram, totum reliquum et residuum tam in lignis, quam in agris cultis circa metas ville eiusdem nostre, Vredelant vendidimus ac donauimus ciuitati. Jnsuper villis Klukowe et Hagen in palude versus siluam tres funes, qui shel vocantur, habentibus mensuratos, quicquid residuum est uel inueniri poterit tam in pratis, quam lignis, hoc integraliter predicte nostre ciuitati tradidimus proprietatis tytulo perhenniter possidendum. Et ne in posterum ab heredibus nostris et successoribus hec nostra donatio irritari valeat aut infringi, hanc paginam ciuitati nostre dedimus supradicte sigilli nostri appensione munitam in euidens testimonium et memoriam sempiternam. Huius vero rei testes sunt milites infrascripti: Henricus de Wildenhagen, Henricus Misner, Henricus de Polchowe pincerna, Henricus Manduuel tunc temporis aduocatus, Henricus de Půle similiter aduocatus, Ludolphus de Plote, Henricus de Lankow, Fredericus et Chotemar dicti Dargaz, Guntherus de Reberch, Cristianus de Dolle, Otto de Valkenberch et Wilhelmus de Lůbrechstorph et quam plures alii fide digni. Datum in Werbelino, anno domini M° CC° LXXXVIII°, XII. kalendas Decembris.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Friedland. Das Siegel gleicht dem in Bd. II, zu Nr. 1390 beschriebenen. Das gut erhaltene Bild zeigt den Markgrafen im Helm, mit freiem Gesichte, geharnischten Armen, einem Waffenrock und dem auf der Brust zusammengehaltenen Mantel. Die Fahne in der Rechten hat 5 Lätze, in der obern Hälfte den Adler, die Linke stützt sich auf einen Schild mit dem Adler. Umschrift:

— — LBERTI · DEI · — — — — BRANDEBVR — —

— Gedruckt bei Klüver II, p. 142; Franck V, S. 106; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 192 und S. 490 (mit unrichtiger Jahreszahl, 1289); Boll, Starg. I, S. 314.

1288. Nov. 22. 1985.

Wizlav, Fürst von Rügen, beurkundet den Vergleich des Klosters Doberan mit dem Ritter Ludolf von Schlagsdorf über das Patronat der Pfarre zu Rakow.

Wizlauus dei gracia princeps Ryanorum omnibus Christo credulis litteras presentes visuris salutem, quam repromisit deus diligentibus se. Ea que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere; et ne in recidiue contentionis scrupulum ralabantur, scripturis convenit autenticis roborari. Exorta siquidem inter venerabiles dominum Conradum abbatem et conuentum monasterii de Doberan, ex parte vna, et dilectum militem nostrum Ludolphum dictum de Slauekesdhorpe, ex parte altera, disceptatione et questione super patronatu et collatione ecclesie in Racowe, quem patronatum prefati abbas et conuentus de Doberan ad se iusto tytulo pertinere dicebant, et prenotatus miles Ludolphus e contrario respondebat, quod ratione quorumdam mansorum in dotem eiusdem

ecclesie assignatorum et confirmatorum tale ius haberet, ut, quocienscumque eadem ecclesia vacaret, quemcunque ydoneum clericum ipse siue sui heredes presentarent, abbas Doberanensis sepenominatam ecclesiam in Racowe conferre eidem clerico teneretur: tandem mediantibus dominis abbatibus videlicet C. de Lapide sancti Mychahelis, H[ildwardo] de Dargun et Ar[noldo] de Nouo Campo ceterisque quam plurimis probis viris talis ex vtraque parte compositio intervenit: quod abbas de Doberan ista vice ecclesiam in Racowe et primam sibi quamcumque vacantem, quam prelibatus Ludolfus miles elegerit, ad voluntatem ipsius Ludolphi ambas conferet seu heredum suorum, si forte, quod absit, ipse medio tempore moreretur; et extunc idem Ludolphus atque perpetui heredes sui nichil iuris in ecclesia Racowe deinceps obtinebunt; toli eciam condicione accedente, quod, si medio tempore quicumque per aliquam iuris et iusticie sententiam quicquam iuris in eadem ecclesia potuerit obtinere, pretaxatus Ludolphus miles atque sui ecclesiam Doberanensem a talibus indempnem debebunt eximere, et nichil iuris vltra in ipso beneficio vel in alio quolibet ad ecclesiam Doberanensem pertinente sibi poterunt vendicare, clericis eciam resignantibus illa beneficia, si qui aliquam mediantibus eorum peticionibus ab abbate de Doberan sint adepti. Jn huius rei testimonium appensione sigillorum, videlicet nostri et Ludewici militis dicti Kabolt, necnon et sepedicti Ludolfi militis, has litteras fecimus communiri. Actum et datum anno domini M° CC° LXXX° VIII°, in die beate Cecilie virginis.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CIX[b]. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1538; Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 65 (Nr. CXCII).

1288. Dec. Rostock. 1986.

Johann, Böttcher zu Rostock, verkauft an Hermann Bok einen Worthzins.

Johannes doleator iuxta fluuium vendidit Hermanno dicto Boc reditus duarum marcarum, quod wlgo dicitur worttins, de consensu heredum suorum in hereditate sita iuxta Godikinum iuxta fluuium, in quolibet festo Michahelis reemendos denariis pro eisdem, uidelicet pro XVI marcis. Tabule presidebant Hermannus Wilde, Hildebrandus Eselesvot et Johannes Nyzinc.

Nach dem Rost. Stadtb. A, Heft 5, Lage 6, fol. 1. — Der Ausdruck „worttins" begegnet in den Stadtbüchern Rostocks, bis zum J. 1350 wenigstens, sonst nicht, nur hier folgen 4 Einzeleintragungen über wiederkäuflichen „worttins" unmittelbar auf einander.

1288. Dec. Rostock. 1987.

Reddag, Ritter, verkauft sein Haus zu Rostock an Heinrich von Lukow, unter Bürgschaft eines Rostocker Bürgers.

Dominus Reddach miles vendidit Henrico de Lukowe hereditatem suam iuxta cimiterium sancti Jacobi sitam, sicut ipse eam tenuit, et ipsam sibi coram consilio resignauit. Johannes de Wlfardeshagen promisit warandiam diei et anni. Johannes Nyzinc, Hildebrandus Eselesvot tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. A. Heft 5, Lage 6, fol. 3. — Vgl. Bd. II, Nr. 1480, und III, Nr. 1767.

1288. Dec. 4. Rom. 1988.

Papst Nicolaus IV. ertheilt dem Grafen Helmold von Schwerin und seiner Gemahlin Margareta Dispensation vom verbotenen Verwandtschaftsgrade.

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus .. Raceburgensi et .. Cwerinensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilectus filius nobilis vir Helboldus comes de Cwerin et dilecta in Christo filia nobilis mulier Margareta filia quondam ducis Dacie, quod, cum iam dudum inter progenitores eorundem comitis et Margarete, qui quarto sunt consanguinitatis gradu coniuncti, ac homines terrarum ipsorum graues inimicicie exorte fuissent, ex quibus hinc inde uastaciones terrarum aliaque dampna rerum necnon et personarum ac eciam animarum pericula prouenerunt, idem comes, attendens, quod per matrimonium inter ipsum ac dictam Margaretam contrahendum predicte inimicicie sedari poterant, cum eadem Margareta matrimonium per uerba de presenti contraxit, postmodum carnali inter eos copula subsecuta, per plures annos insimul ut coniuges habitantes filios procrearunt. Quare ydem comes et Margareta nobis humiliter supplicarunt, ut, cum ex separatione huiusmodi matrimonii, si eam contingeret fieri, suscitari possent prefate inimicitie per contractum ipsius matrimonii iam sopite, prouidere ipsis in hac parte de dispensationis beneficio dignaremur. Nos itaque de circumspectione uestra plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati uestre tenore presentium committimus per apostolica scripta mandantes, quatinus, premissis ueris existentibus, super quibus uestram intendimus conscientiam onerare, cum prefatis comite et Margareta auctoritate nostra dispensare curetis, ut, impedimento consanguinitatis predicte nequaquam obstante, in eodem matrimonio possint licite remanere, prolem eorum susceptam et suscipiendam legitimam nuntiando. Quodsi non ambo hiis exequendis poteritis

interesse, alter uestrum ea nichilominus exequatur. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, II. nonas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

Nach zwei gleichlautenden Originalen im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer leinenen Schnur hängt die Bulle des Papstes Nicolaus IV. — Gedruckt in der Schlesw.-Holst. Urk.-Samml. I, S. 516.

1288. Dec. 13. Waren. 1989.

Nicolaus und Heinrich, Fürsten von Werle, schenken der Domkirche zu Güstrow das Eigenthum der Güter, mit welchen der Priester Peter zu Wattmannshagen in der genannten Domkirche eine Vicarei stiftet, bedingen aber von dem Vicar Seelenmessen für ihre Mutter, die Fürstin Rixa, aus.

Nycolaus et Hinricus dei gracia domicelli de Werle omnibus presens scriptum uisuris salutem in eo, qui suis premium perpetue dat salutis. Cum a nobis, quod racionabile est, petitur, non solum ordo racionis, quam uigor equitatis exigit, ut ad effectum debitum perducatur. Hinc est, quod ad noticiam cunctorum cupimus peruenire, quod nos de bona nostra et libera uoluntate, contuentes piam uoluntatem domini Petri in Wademanneshagen, quam habet ad uicariam in conuentuali ecclesia Gustrowe faciendam, que eciam de sua promocione quibusdam est redditibus instaurata, ob honorem dei omnipotentis et beate eius genitricis Marie necnon et beati Johannis ewangeliste et beate Cecilie, memorato Petro libertatem emendi ad XVI marcarum redditus, ubicumque locus se obtulerit, simulque proprietatem in iam emptis et emendis dedimus eidem ad presens ecclesie Gustrowe perpetuo duraturam. Jn cuius facti recompensam uolumus, ut memoria pie recordacionis matris nostre Rickeze domine de Werle, quondam regine Suecie, a sacerdote instituto ad dictam vicariam officiandam ibidem perpetuo peragatur, necnon et nostrorum simulque successorum nostrorum perhenniter fiat memoria specialis. Vt autem hec nostra donacio rata et inconwlsa permaneat, presens scriptum nostris sigillis decreuimus roborare. Testes huius sunt: clerici: dominus Erpo, Thidericus plebanus in Warne, Thidericus uiceprepositus, Thidericus plebanus in Grubenhagen; milites: Nicolaus Huscummer, Hermannus Rumpeshagen, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° VIII°. Datum Warne, in die Lucie virginis.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XXVII. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 770, mit der falschen Jahreszahl 1282. — Vgl. auch Nr. 1906.

Anm. Die erste Gemahlin des Fürsten Heinrich von Werle, Rixa, welche von ihren Söhnen Nicolaus und Heinrich in der obigen Urkunde als „quondam regina Swecie" bezeichnet wird (vgl. Bd. I, Nr. 392), war die Tochter Jarl Birger's, welcher seit 1248 unter seinem Schwager, dem Könige Erich von Schweden, und dann, als dieser 1250 ohne Kinder verstarb und Birger's eigener (unmündiger) Sohn Waldemar zum Könige erhoben ward, auch fernerhin, bis an seinen Tod (1266), Schweden als „König ohne den Titel" regierte. Rikissa ward im Jahre 1249 mit Hakon d. j., dem Sohne des Königs

Hakon von Norwegen, verlobt und im Jahre 1251 mit demselben vermählt. Vgl. Histor. Hakonis Hakonidae c. 268: „Rex Hakon iuvenis dominam Rikizam, filiam dynastae [nämlich Birger's], sibi despondit" [1249]; c. 274: „splendidum convivium Osloae apparatum nuptiaeque regis iuvenis et dominae Rikizae celebratae" [1251]. (Scripta histor. Island. X, p. 37, 43.) Dieser erste Gemahl der Rikissa starb aber (noch vor seinem Vater) am 30. April (octavo post festum Vitalis, cap. 288, p. 69, vgl. p. 440) 1257 zu Tönsberg. Ueber ihre zweite Vermählung (mit dem Fürsten Heinrich von Werle) ist in der Chronologia vetus ab a. 826 ad a. 1263 (bei Faut, Script. rer. Svecic. med. aevi T. I, 1, p. 50, auch bei Langebek, Scr. rer. Danic. II, p. 168) — und darnach auch in jüngeren Annalen — angemerkt:

MCCLXII. Regina Rikiza nupta in Slavia.

Das Richtige sah schon Werlauff (s. Jahrb. IX, S. 120, Anm. 24), während Styffe (Bidrag I, pag. V) die Tochter Birger's „mit dem Fürsten Nicolaus von Werle" vermählt sein lässt, und bei Rudloff II, S. 83, und in Jahrb. XVIII, S. 208, die Tochter des Birger Jarl mit Rikissa, der Tochter ihres Bruders, des Königs Magnus I. von Schweden, verwechselt wird. Diese Letztere war erst sieben Jahre alt, als ihr Vater sie in das 1282 gestiftete Kloster zu St. Clara zu Stockholm gab. (S. Dalin, Gesch. des Reiches Schweden, übers. von Dähnert, Bd. II, S. 224; Geijer, Gesch. Schwedens, Bd. I, S. 171.) — Wenn in Nr. 1736 Fürst Heinrich den König Magnus seinen „socer" titulirt, so ist dieses Wort hier wie so oft mit „Schwager" zu übersetzen. — In der obigen Urkunde vom 13. Dec. 1288 ist schon Schröder aufgefallen, dass die beiden Aussteller nichts vom Consens ihres Vaters, des regierenden Fürsten, sagen.

1288. Dec. 15. Mölln. 1990.

Albrecht, Herzog von Sachsen, ertheilt den Vasallen des Landes Ratzeburg für die Uebernahme einer fürstlichen Schuld von 4000 Mark Hamb. Pf. einen Freibrief.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Albertus dei gratia Saxonie, Angarie, Westfalie dux burcgrauiusque Magdeburgensis vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino. Quoniam omnium habere memoriam pocius est diuinitatis, quam humanitatis, conscribi facimus ea, que coram nobis aguntur, ne obliuioni tradantur. Notum igitur esse uolumus tam presentibus, quam futuris, quod, cum essemus grauati onere debitorum, nostri vasalli nos a quatuor milibus marcarum denariorum Hamburgensium, quibus obligati fuimus, exemerunt, propter quod beneficium nobis tam beniuole inpensum dicti nostri vasalli et ipsorum homines ab omni petitionis seu exactionis grauamine deinceps a nobis et nostris fratruelibus, Johanne uidelicet, Alberto et Erico, ac nostris heredibus liberi et soluti in perpetuum permanebunt, nec ipsos aut in bonis eorum de cetero debemus aliquatenus petere, et nullum ius ad petitionem recognoscimus nos habere. Preterea nullam iniuriam prefatis nostris vasallis facere debemus, sed ipsos vniuersos ac singulos et ipsorum subditos in tali iure conseruabimus, prout habitum est temporibus domini Alberti quondam ducis Saxonie, patris nostri felicis memorie, et ut ipsi ac ipsorum progenitores ab antiquis et retroactis temporibus sunt gauisi. Jnsuper per terminos vniuersos nostri territorii Raceborch et omnibus existentibus et morantibus terminis in eisdem

concessimus et donauimus, quod, quicunque pro homicidio, wlnere et mutilatione seu claudicatura, quod wlgariter dicitur lamedhe, fuerit incusatus, ipsemet septimus cum probis viris et veridicis mansionem hereditariam in terminis prelibatis habentibus et a iure suo repulsam non sint passi, se tenetur expurgare, dummodo apud factum deprehensus non fuerit et retentus. Si uero tempore procedente inter nos et nostros vasallos prelibatos et successores ipsorum dissensionis materia super aliquo iure, quod absit, forsitan moueretur, ad discuciendam huiusmodi dissensionis questionem milites quatuor eligentur, quorum discussionibus stabimus et contenti erimus, tam nos, quam nostri vasalli, in hiis, quod dicti milites dixerint fore iustum, quorum si aliquis de medio fuerit euocatus, alius in locum illius ydoneus resumetur. Vt autem omnia predicta per nos nostrosque fratrueles ac heredes firmiter obseruentur, data fide manuali vna cum fratruelibus nostris pretaxatis promisimus et presentem litteram nostris sigillis roborari iussimus in euidens testimonium predictorum omnium et munimentum. Testes huius sunt: vir nobilis, consangvineus noster dilectus, dominus Johannes Magnopolensis, Hermannus Ribe, Emeko Hake, Thetleuus de Parkentin, Otto Wackerbart, Hinricus Scakko, Hartwicus de Rizerowe, Hinricus de Crumesse, Volradus de Zulen et frater eius Marquardus, Johannes de Haghen, Godescalcus de Haghenowe, Volcmarus de Gronowe, Albertus Lupus, Nicolaus de Cubbesol, Ludolfus Wackerbar[t], Ericus de Louenborch, Hermannus Ribe iunior, milites, et alii quam plures fide dingni. Datum et actum in ciuitate nostra Molne, anno domini M° CC° LXXX° VIII°, XVIII° kalendas Januarii.

Nach dem Original im bischöflich Ratzeburgischen Archive zu Neu-Strelitz. An demselben hangen zwei runde Siegel:

1) Das Siegel des Herzogs Albrecht von Sachsen (dasselbe, welches unvollständig an den Urkunden Nr. 1224 und Nr. 1874 erhalten ist) zeigt den Herzog im Rocke, mit dem Schwerte umgürtet, zu Ross, rechtshin reitend. Auf seinem Helme trägt er einen flachen Hut mit einem Pfauenwedel, in der rechten Hand führt er die Fahne mit drei Lätzen, am linken Arme den gespaltenen Schild, dessen rechte Hälfte einen halben Adler zeigt, während die linke zwölfmal gestreift und schräglinks über beide Hälften der sogen. Rautenkranz gelegt ist. Die Umschrift füllt zwei Reihen und ist auch in der äusseren Reihe von dem Schweife und den Füssen des Rosses unterbrochen; sie lautet:

· S' ALBERTI : DGI : GRAGIA DVGIS : SAXONIG : ANGARIG : WGSTFALIG ·
BVRGGRAVIIQ; IN MAYDhGBVRGh :

2) Das etwas kleinere Siegel seiner beiden Neffen zeigt die beiden jungen Herzoge Johann und Albrecht, auf unregelmässig geformtem Boden stehend, barhaupt, in langem Rocke, und den 11mal quergestreiften und schrägerechts mit dem Rautenkranze belegten Schild, der zwischen ihnen auf dem Boden steht, haltend. Umschrift:

✠ S' · IOHANNIS · GZ ALBGRZI · DGI · GRA · DVGV · SAXONIG

(Das erste Siegel ist abgebildet bei Beckmann, Gesch. von Anhalt IV, Taf. 3, Nr. 3, das zweite in der Gründl. Nachr. v. Domin. u. Aduoc. Möllen, Taf. II, Nr. 6.) — Gedruckt in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 127.

1288. Dec. 19. Wismar. 1991.

Testament des Knochenhauers Heinrich Westfal zu Wismar.

In nomine domini. Amen. Anno domini M° CC° LXXX. octauo, dominica proxima ante natiuitatem domini, ego Hinricus dictus Westfalus, carnifex, meum in hac forma preordino testamentum. Jn villa Barnecowe habeo cum Hinrico de Barnecowe IX capras in societate duobus annis adhuc pascendas siue tenendas, quarum quinque michi cedunt inante et medietas fructuum inde proueniencium, de quibus ad annum michi dare debet censu[m] sex solidorum. De quo censu confero ecclesie beate virginis II solidos, item ecclesie beati Georgii II solidos, ecclesie beati Nicolai II solidos, item fratribus minoribus II solidos, item hospitali II solidos, item domui sancti Spiritus II solidos. Jtem in Lutteresdorpe habeo cum quadam vidua, filia Hermanni Vridach, uaccam vnam liberam et octo oues tribus annis tenendas et tres capras duobus annis pascendas, quas confero Wobbeke, filie filie mee, cum fructibus inde prouenientibus integraliter et in toto. Jtem medietatem vacce, quam habeo in Metenstorp cum relicta Nicolai Morsel, confero eidem puelle.

Nach dem Wism. Stadtb. B, auf einem Blättchen Pergament nach fol. I.

1288—1296. Rostock. 1992.

Aus einem Register der Hebungen der Stadt Rostock von den Stadtgärten.

Iste liber continet redditus ciuitatis, et nichil debet aliud interponi. De ortis primo. —

Gerwinus et Bartholomeus II marcas et IIII solidos, vnum talentum Walburgis et marcam Martini. —

Nicolaus kercenghetere de valle castri apud sanctum Petrum dabit singulis annis II marcas in pascha et II marcas Michaelis. —

Lambertus molendinarius foras valuam Bramowe recepit vnum ortum a ciuitate, de quo ipse et sui veri heredes perpetuo dabit (!) ciuitati XXIIII solidos semper Walburgis. Actum anno domini M° CC° LXXXVIII., Marcelliani et Petri, de omnium consulum voluntate(m).

Ciuitas locauit Nicolao et Nicolao de Kezzin ortulanis spacium vnum supra Wic fossato circumdatum ad octo [annos], de quo spacio dicti duo soluent annuatim VIII marcas, sed primo anno gratis habebunt. Finitis VIII annis dicti duo dictum spacium pro precio, quod alter dare voluerit, obtinebunt. Precium dabunt in pascha et Michaelis. Actum anno domini M° CC° LXXXX., in festo Albani, Ludolfo Pede, Hermanno de Vemeren, Lutberto tabule presidentibus.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D_1 fol. 87. — Vgl. Jahrb. XXI, S. 38.

Hermannus et Nycolaus filii Modersone habent III agros in Nymezowe iuxta ortum patris sui, quos agros duobus annis gratis habebunt, et postmodum de quolibet agro soluent marcam I, prout alii ortulani. Actum anno domini M° CC° nonagesimo IIII°, circa Viti.

Hermannus vendidit partem suam Sifrido ortulano eo iure, quo ipse tenuit. Actum Clementis.

Nicolaus vendidit Gerhardo Kneuel et Conrado socio suo suam partem, Ił iugera videlicet, de quo dabunt XXIIII solidos.

Daselbst fol. 38.

Willikinus magister laterum habet a ciuitate spacium quoddam ab orto humuli, qui fuerat Johannis aurifabri, usque ad aggerem, ubi domus laterum quondam incepta fuerat. Quod spacium per quatuor annos gratis habebit, quibus finitis pro precio, quod alter dare voluerit, vlterius possidebit. Actum anno nonagesimo V°, Walburgis. Habebit inquam sic perpetuo suis hereditandum heredibus.

Ciuitas vendidit Willikino III [marcarum] redditus in Ił agro iuxta domum laterum, quos reemere poterit pro XXX marcis. De reliquo dabit.

Jtem Euerhardus de Lippia vendidit dicto Willekino ortum vnum situm iuxta domum laterum ciuitatis, quem sibi vendidit, sicut suus fuit, et sibi racionabiliter resignauit.

Daselbst fol. 43.

Hermannus Modersone dabit singulis annis IIIł marcam de ortis. Jtem accepit agrum vnum de nouo, anno XC° VI., de quo soluet marcam.

Jtem Godiko de Brema habet ibidem [*sc.* in Nemezowe] tres agros de nouo.

Laurentius filius Nithardi habet agrum vnum iuxta Lipam, de quo dabit marcam. Actum nonagesimo VI°, circa pascha.

Henricus Kule accepit agrum vnum iuxta Lipam anno nonagesimo VI°, quem duobus annis gratis habebit, postmodum soluet marcam annis singulis.

Daselbst fol. 38 b. — Diese Notizen sind einem Kämmereiregister entnommen, welches an das Stadtb. D angeheftet und nun fol. 37 — 47 paginirt ist. Das erste Blatt enthält nur Gartenpachtungen; es ist aber den übrigen nur vorgeheftet. Das Register enthält Kämmereisachen bis zum J. 1300 in bunter Folge und keineswegs in chronologischer Ordnung.

(1289.) Wismar. 1993.

Die Wismarschen Rathmänner überlassen den Ziegelmeistern Johann und Gerhard einen Platz auf dem Felde von Vinekendorf zu einem Ziegelhause.

Consules dimiserunt magistro Johanni lapicide et domino suo magistro Gerhardo tantum spacii in campo Vinekendorp, quod ponent ibi unam domum,

que vulgariter dicitur tegelhus, et quantum necessarium habent ad eandem domum, quod possidebunt libere ab anno domini M° CC° LXXXIX. sex annis, et liberi erunt ab omnibus vigiliis et collectis in eisdem annis. Postea dabunt VIII solidos de eadem domo uel spacio ciuitati et facient omne debitum, quod alii conciues facere consueuerunt.

Nach dem Wism. Stadt. B, p. 147. — Auf p. 111 wird „Johannes lapicida" als „Henneckinus tegelworhte" bezeichnet.

(1289.) Wismar. 1994.

Die Frau Degeners von Manderow zu Wismar verkauft ihren Antheil an der Köppernitz-Mühle an Werner von Krukow und verpfändet dafür drei Viertel ihres Hauses.

Germodis uxor Degenhardi de Mandrowe uendidit partem suam in molendino Coperniz, que ad eam iure hereditario ex parte patris sui fuit deuoluta, Wernero de Crucowe pro XXX marcis denariorum, pro quibus inpignorauit sibi tria quartalia domus site in angulo apud domum Hermanni Lasken super fossa sancti Spiritus, que sibi ex parte patris sui hereditario iure successerat, tali conditione, quod pueri sui, tam filii, quam filie, eandem partem, quam habuerunt in ipso molendino, sibi coram consulibus resignabunt et warandiam prestabunt per diem et annum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 147. Die Fossa sancti Spiritus ist nach Schröders ausführlich. Beschreib. d. St. u. H. Wismar, S. 1314, die heutige Strasse „Neustadt". Er citirt aus dem Stadtbuche: „Granarium et curia Johannis Jordani, que iacet infra foueas domus S. Spiritus et aduocati etc."

(1289.) Wismar. 1995.

Die Stadt Wismar kauft eine Worth vor dem Lübschen Thore.

Ciuitas emit et persoluit Hinrico de Howentorp aream quandam sitam extra muros apud cimiterium quondam beati Georgii, quam coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 148.

(1289.) Wismar. 1996.

Gödeke Winter erklärt sich wegen Schuld dem Martin zu Wismar zu dienen verpflichtet, bei Verlust des Wohnens in den Seestädten und seiner Freiheit.

Godeco Winter tenetur Martino IIII solidos et III marcas denariorum, pro quibus sibi seruire debet tamdiu, donec sibi dictos denarios persoluit. Si vero

medio tempore, antequam sibi persoluisset, ab eo recederet, arbitratus est coram consulibus, quod hic et in aliis ciuitatibus maritimis, ubi ius Lubicense exercetur, perdidit cohabitacionem, et insuper, vbicumque inuentus fuerit, quod conuictus esset, tamquam fuisset pro proprio iudicatus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 149. Es gab um jene Zeit in Wismar einen Böttcher, einen Grobschmid und einen Eisenkrämer (iserenmegger, stalmenger) Martin; wahrscheinlich ist der erste gemeint, da andere ähnliche Verpflichtungen sich alle auf Böttcherknechte beziehen.

(1289.) Wismar. 1997.

Aufzeichnung über den Verkauf eines Gartens zu Wismar.

Ortum, quem dedit Thidericus Keling ecclesiis, emerunt Marquardus dolifex et Otto renouator, ita quod due partes predicti ortus pertinent Marquardo et tercia pars Ottoni, et consules ecclesiarum resignauerunt eum ipsis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 150.

(1289.) Wismar. 1998.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen mehrere Worthen vor dem Lübschen Thore.

Consules emerunt et persoluerunt ab Wernero Jutten filio duas areas extra portam Lubicensem, quarum vna fuerat patris sui et alia patrui sui domini Werneri, quas idem Wernerus consulibus resignauit.

Jtem. Areas, quas habuerat dominus Osbernus extra portam Lubicensem, uendidit dominus Jacobus sacerdos, filius suus, ciuitati, quas Hinricus de Parchem et Tidmarus Storm tutoris nomine coram consulibus resignauerunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 153.

(1289.) Wismar. 1999.

Willer von Krukow zu Wismar bestimmt das Erbtheil seiner Frau.

Willerus de Crucowe dimisit uxori sue Gese pro sua porcione hereditatis, que sibi deriuari potest, duas domus in platea Lubicensi ex opposito Nachtegale sitas et granarium in curia, ita quod ipsa ad tempora uite sue eisdem bonis libere perfruatur, nec aliquis heredum suorum eam, quamdiu uixerit, poterit impedire, sed post mortem ipsius domine predicta bona pueris suis succedent, in quantum de eis ultra necessaria corporis poterit optinere. Jtem redditus de manso

prouenientes, quem habuit predictus Willerus in villa Mandrowe, ipse domina, quoad uixerit, optinebit. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 153.

1289. Jan. 9. Dargun. 2000.

Hermann Musteke, Ritter, leistet dem Kloster Dargun Verzicht auf seine Ansprüche wegen des Gerichtes und der Grenzen des Dorfes Methling, sowie wegen der Zehnten aus Vippernitz.

Vniuersis hanc litteram visuris Hermannus miles dictus Mosteko[1] salutem in domino. Tenore presencium vniuersitati vestre protestor, quod[2] omni actioni seu inpetitioni, quam aduersus fratres monasterii Dargunensis habui super terminis et iudicio ville Metlik[3], insuper et decima ville Vipperniz, quam dicti fratres nunc a me redemerunt, penitus renunciaui[4], omnibus causis, que inter nos uertebantur, amicabiliter terminatis, ita ut nec ego, nec aliquis heredum meorum super hiis vmquam debeamus vel possimus de cetero prefati monasterii fratres infestare. Jn quorum testimonium presentem litteram inde conscriptam ipsis fratribus relinquo sigillis meo videlicet et Nicolai Galli, cognati mei, communitam[5]. Testes horum sunt: Nicolaus Gallus, Johannes Molteko, Mathyas et Gerardus fratres dicti Ketelhot, milites, Johannes Segebodonis, burgensis in Dymin, et alii quam plures. Actum et datum Dargun, anno domini M° CC° LXXX° IX°, dominica infra octauam epyphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind zwei ungedrehte Schnüre aus weissen leinenen Fäden; an der ersten hängt das hieneben abgebildete Siegel mit zwei aufrecht stehenden, von einander abgewendeten Sturmhaken; Umschrift:

✠ SIGILLVM : hERMANNI : MILITIS : MVSTECO

Das zweite Siegel ist abgefallen.

Ebendaselbst befindet sich eine zweite Ausfertigung mit folgenden Abweichungen: [1] Musteko — [2] quod de consensu filii mei Bernardi ac ceterorum heredum meorum renunciaui penitus — [3] Metnik — [4] pen. ren.: fehlt hier (s. 2) — [5] relinquo sigillo meo communitam (videlicet - - mei: fehlt). — Das Siegel des Ausstellers (ein zweites hat nicht daran gehangen), wie es hier abgebildet ist, wird noch neben der Urkunde aufbewahrt. — Die erste Ausfertigung ist gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 143. — Vgl. Bd. II, Nr. 1430, und oben Nr. 1983.

1289. Jan. 21. Rostock. 2001.

Heinrich, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Doberan seine Mühlen zu Gnoien.

Henricus dei gracia dominus de Werle omnibus, qui christiana professione censentur, litteras presentes cernentibus salutem in omnium saluatore. Acta nobilium stabili fide perhennantur, cum propter labilitatem temporis et scrupulum obliuionis litterarum memorie imprimuntur. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos cum consensu et beneplacito dilectorum filiorum nostrorum Nycolai et Henrici omniumque heredum nostrorum, necnon de maturo prouidorum militum nostrorum consilio, venerabilibus et dilectis nobis domino Conrado abbati totique conuentui in Doberan molendina nostra, que ciuitati nostre Gnoyen adiacent, hinc et inde quatuor grint habentia, duo grint superius et duo grint inferius, cum integra proprietate et cum omni vtilitate et censu ipsorum pro trecentis et decem marcis paratorum denariorum monete de Rozstoc vendidimus, sine omni exactione, peticione et impeticione qualibet, libera perpetuis temporibus possidenda. Liberam eciam eis dedimus facultatem, vt sit in eorum arbitrio, si eadem molendina sua communi iuri su[o] vel iudicio tocius terre, quod lantrecht vsualiter nominatur, siue iudicio et iuri ciuitatensium, quod stat-recht dicitur, eligendum decreuerint subiacere. Jnsuper in eisdem molendinis habere debebunt omnem iusticiam et ius more vasallorum nostrorum, quod man-recht wlgariter appellatur; nullique licebit eosdem in ampne fluminis prefatorum molendinorum aliqua structura molendini superius vel inferius seu quocumque alio obstaculo penitus impedire; hoc nimirum addito, si forte processu temporis hereditatem eorumdem molendinorum emerint, quod tunc in ipsis locare possunt conuersos proprios vel seculares homines, sicut vtilius sibi viderint expedire. Vt igitur hec nostra racionabilis vendicio inconwlsa iugiter perseueret, litteras presentes inde confectas sigillo nostro et sigillis prescriptorum filiorum nostrorum Nycolai et Henrici fecimus roborari. Testes huius rei sunt: dilecti milites nostri: Tidericus de Buren, Bernardus de Lesten, Johannes Moltiko, Fredericus de Kerecdorpe, Godefridus dictus Luch, Jordanus et Gerardus fratres de Cropelyn, et alii quam plures fide digni, vbi hec agebantur, pariter affuerunt. Acta sunt hec in Rozstoc, anno domini M° CC° LXXX° IX°, XII° kalendas Februarii. Datum per manum magistri Arnoldi, notarii nostri.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LXXVIII[b]. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 795; v. Westphalen III, p. 1539; Franck V, S. 107; Gründl. Vorstellung der rechtm. Befugniss 23.

1289. Jan. 27. Stolp (in Hinterpommern). 2002.

Pribislav, Fürst von Wenden, Herr zu Daber und Belgard, schenkt dem Kloster Bukow, mit Einwilligung seiner Gemahlin Katharine, 200 Hufen im Lande Belgard in Kassubien, behält sich jedoch für seine Lebenszeit die Hälfte des Ertrages vor.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Pribislaus de Slauia, dominus terre Doberen et terre Belgarth in Cassubia, omnibus presentem paginam visuris seu audituris in perpetuum. Ut, que geruntur in tempore, firmiora permaneant et posterorum notitie supponantur, prudens antiquitas decreuit, omnes actiones et opus quodlibet, quod ad futuram porrigitur posteritatem et robur perpetue firmitatis sortiri debet, instrumentis privilegiorum et literarum beneficiis perhennari, ne versutis hominibus et querentibus, que sua non sunt, via pateat postmodum malignandi. Ad notitiam igitur omnium presencium et futurorum volumus peruenire patenter, quod nos de maturo consilio et bona voluntate et vnanimi consensu dilectissime coniugis nostre Katerine, diem messionis extreme pietatis operibus preuenire volentes, pro salute anime nostre et dilecti fratris nostri beate memorie Pribislai et parentum nostrorum, et eterne beatitudinis beneficio conquirendo, ad honorem dei et gloriose matris eius Marie contulimus domino abbati et conuentui claustri Buchouie, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, territorii Slauenensis, in terra nostra Belgarth Cassubie ducentos mansos cum titulo proprietatis et perpetue possessionis et omni iure et iurisdictione, sententia videlicet capitali et manuali, cum pratis, pascuis, piscationibus, aquis et aquarum decursibus, siluis, agris cultis et incultis, vsuagiis et cum omnibus fructibus et utilitatibus, que nunc in eis sunt vel que super terram vel sub terra nunc apparent vel postmodum apparebunt, videlicet in auri fodinis, argenti, salis et plumbi, stanni vel cuiuscunque metalli, vel ex eis processu temporum per labores et expensas predictorum fratrum poterunt prouenire, ipsos iuxta metas centum mansorum eisdem ab honesto milite Johanne Kulen iuxta villam Persantikam datorum predictis fratribus assignantes perpetuis temporibus libere possidendos, tali autem exceptione, ut [in] predictis ducentis mansis adiutorio nostro et dictorum fratrum Buchovie quocunque hominum genere locatis, totius fructus et emolumenti dimidietas cedat ad manus nostras per dies vite nostre tantum, reliqua vero dimidietate gaudeant dicti fratres; cum vero deo disponente in persona propria viam uniuerse carnis ingressi fuerimus, omnis fructus et utilitas predictorum ducentorum mansorum cum perpetua pace et quiete ad usus fratrum proueniat predictorum. Preterea domino abbati et fratribus eius hanc conferimus libertatem, ut homines, qui predictos ducentos mansos possederint, liberi sint ab omni exactione, urbium edificatione, castrorum munitione pontiumque positione ac utrorumque reparatione et ab omni theloneo et ab omni expeditione, ita ut post obitum nostrum nulli quicquam tene-

antur ex debito nisi soli deo et claustro prelibato. Damus nichilominus eisdem fratribus libertatem infra terminos predictorum ducentorum mansorum predium siue grangiam exstruendi, quam si exstruxerint vel quoquo alio modo propria aratra ibidem habuerint, nichil iuri nostro ex eorum prouentibus usurpamus. Ut autem hec nostra donacio perpetue certitudinis robore sanctiatur, presens scriptum ipsis dedimus sigilli nostri munimine consignatum. Huius rei testes sunt: dominus Henricus capellanus noster, dominus Daniel capellanus et notarius noster, Nicolaus Hakenbeke, Johannes frater suus, Christoforus Cnuth, Prissebur, Clest fratres, Gerardus Monachus, Johannes Cnetechowe, Reinholt Bolte, Hinricus Hekethusen, ministeriales nostri, et alii quam plurimi fide digni. Datum in castro Stolp Pomeranie, anno domini MCCLXXXIX., VI. kalendas Februarii, indictione II^{a}, concurrente V°, epacta XV^{a}, per manus notarii nostri magistri Danielis.

Nach dem Original im pommerschen Archiv zu Stettin. Die Schrift hat durch Feuchtigkeit an vielen Stellen gelitten und ist hin und wieder abgefallen. Das Siegelband hat das Siegel schon verloren. — Gedruckt in Jahrb. XI, S. 265.

Anm. Vgl. zu dieser Urkunde die von Dreger in seinem Codex p. 536 mitgetheilte Urkunde des Herzogs Barnim d. d. Stettin, 1268, Dec. 13, wo es heisst: „Barnim dei gratia dux Slauorum — — „nos — cenobio Bucowe — ordinis Cisterciensis, Caminensis dioecesis, proprietatem contulimus centum „mansorum, quo[s] eidem cenobio legauit et contulit miles noster Johannes Kule, distinguentes terminos „predictorum mansorum a villa et terminis ville, quo vulgariter Persantika nuncupatur, usque ad fines „Polonie sursum ascendendo. — Adiecimus insuper eidem loco — totum stagnum, quod Ceresseke dicitur" [jetzt Streizke zwischen Persanzig und Neu-Stettin]. — Ueber den Aussteller der Urkunde vgl. die Note zu Nr. 1819.

1289. Jan. 28. Rom. 2003.

Papst Nicolaus IV. überträgt den Pröpsten zu Lübek, Stettin und Tribsees die endliche Entscheidung der Streitsache mehrerer vertriebener Mitglieder des Rathes zu Rostock wider den Rath und die Gemeinde dieser Stadt, auf geschehene Appellation der Letzteren.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Lubicensi et de Stetyn ac de Tribeses, Caminensis et Czwerinensis dioecesis, ecclesiarum prepositis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Johannes dictus Rufus, Everhardus dictus Nachtraven, Heinricus dictus Monachus, Heinricus dictus de Ybendorp, Johannes dictus Kempe et Christianus de antiqua ciuitate, consules, ac universitas opidi de Rocstoch, Cuwerinensis dioecesis, peticione monstrarunt, quod, Johanne dicto Lemhusen, Renikino filio Roberti[1], Tidemanno Coggemeister, Reynekino dicto Lawe, Raynekino Cerdone et Johanne Teolenario, laicis eiusdem dioecesis, falso suggerentibus venerabili fratri nostro Bremensi archiepiscopo, loci metropolitano, quod consules et uniuersitas predicti eos a predicto loco violenter eiecerant ac ipsos domibus, terris, possessionibus et aliis bonis suis contra iusti-

ciam spoliaverant, et quod venerabilis frater noster Çuwerinensis episcopus, eorum dioecesanus, in exhibenda dictis laicis super hiis iusticia erat negligens et remissus, idem archiepiscopus, postquam de huiusmodi negligencia ipsius episcopi sibi constitisse dicebat, causam, quam super premissis inter consules et uniuersitatem predictos, ex parte una, et dictos laicos, ex altera, ortam esse pretendebat, decano et Richardo dicto de Luneburch canonico Czwerinensis ecclesie sub certa forma per suas litteras audiendam commisit et fine debito terminandam. Cumque predicti laici consules et uniuersitatem prefatos coram decano et canonico predictis pretextu commissionis huiusmodi fecissent super premissis ad iudicium evocari, ex parte consulum et uniuersitatis predictorum fuit coram eisdem decano et canonico excipiendo propositum, quod, cum eiusdem cause cognitio racione delicti aut rerum et eciam personarum ad eundem archiepiscopum siue ad forum ecclesiasticum nullatenus pertineret de consuetudine vel de iure, sed potius exigeret examen iudicis secularis, decanus et canonicus prefati pretextu huiusmodi commissionis de causa ipsa cognoscere de iure non poterant, nec debebant, sed erant partes potius ad examen iudicis secularis remittende, coram quo consules et uniuersitas predicti erant eisdem laicis super premissis iuri stare parati. Et quia decanus et canonicus prelibati, se posse de iure de causa predicta cognoscere, non obstante huiusmodi exceptione, per interlocutoriam pronuntiarunt iniquam, consules et uniuersitas predicti ad sedem apostolicam appellarunt. At decanus et canonicus predicti huiusmodi appellacione contempta in eosdem consules excommunicationis et in predictam uniuersitatem interdicti sententias promulgarunt. Quocirca discretioni vestre de utriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus, quatinus apud Stetin partibus convocatis audietis causam et appellatione remota fine debito decidatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, V. kalendus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Rostock. Das Bleisiegel ist abgeschnitten, ohne Zweifel aber war es das Siegel des Papstes Nicolaus IV. Die vertriebenen Rathsherren (natürlich ist ' „Renikino filio Remberti" zu verstehen) waren sämmtlich 1286 im Amte (Nr. 1837, 1841), Johann Kempe, Christian und Heinrich von Ibendorf traten 1287 ein (s. Nr. 1889, 1900). Die Ursache, weshalb jene Rostocker vertrieben wurden, wird nicht bestimmt angegeben; wahrscheinlich aber handelte es sich bei dem Zwiste um den Eintritt von Handwerkern in den Rath. Denn Johann Kempe war, wie zu Nr. 1956 bemerkt ist, ein Handwerksmeister; und dem Heinrich von Ibendorf ward es später (s. unten 1296 — 1298) als „dhe erste broke" angerechnet, dass 6 Aemter dem Rathe mittheilten, „dat her Heinric van Ybendorpe im den rat louede in to kesende vnde to besittende", was dieser dann ableugnete. Der Ausgang des Processes im J. 1289 wird der gewesen sein, dass die Vertriebenen restituirt wurden, da sie später noch in Rostock vorkommen. Aber ungewiss ist, ob folgende Urfehde (im Stadtb. A, Fragm. 14 b) hiermit zusammenhängt:

Gotscalcus Friso et Radolfus et Odalricus cum Johanne, filii(s) eiusdem Radolfi, fecerunt ciuitati cautionem, que orueyde dicitur, anno M°CC°LXXXIX° coram communi consilio.

1289. Febr. 2. Dömitz. 2004.

Bernhard, Graf von Danneberg, verleiht dem Kloster Eldena 8 Hufen in Mallis mit dem Gerichte und frei von allen Lasten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Bernardus dei gracia comes de Dannenberg omnibus presens scriptum uisuris et audituris salutem in eo, qui est omnium salus. Facta memorie digna scriptis commendare prudens decreuit antiquitas, ne longinquitate temporis, quod iuste et racionabiliter actum dinoscitur, aut obliuione aut cuiusquam temeritate contingat in dubium reuocari. Ad noticiam igitur tam presentium, quam futurorum uolumus peruenire, quod nos de bona uoluntate conuentui dominarum in Eldena octo mansos in Melegiz, emptos ab Alberto digno precio, resignamus cum pascuis, agris cultis et incultis, paludibus, siluis et lignis omnibusque suis attinenciis, cum iudicio maiore et minore, cum omni utilitate, que nunc est uel in futurum potuerit prouenire, tali libertate et proprietate perpetuo possidendos, sicut nostra possessio fuerat in eisdem. Cultores uero predictorum mansorum, tam presentes, quam futuros, ab omni onere advocacie, petitionibus, borchwerch aliisque omnibus seruiciis, in quibus iuste uel iniuste debuerunt amminiculari, liberos facimus penitus et exemptos, ita ut ipse moniales in eisdem bonis libere ac absolute ordinent et disponant, quicquid sibi iudicauerint utilius expedire. In cuius rei firmamentum et robur perpetuum presentem paginam sigilli nostri communimus patrocinio, ne aliqui hominum, siue heredes nostri vel uice heredum nobis succedentes, hec aliquatenus presumant infringere, que nobis ad utilitatem dominarum placuit confirmare. Huius rei testes sunt: Nicolaus domicellus, dominus Heinricus plebanus in Domeliz, dominus Huno de Karowe, dominus Arnoldus Scotelere, dominus Johannes de Dertsowe, Bernardus Dargazlawe, Albertus de Holdenstede et alii quam plures. Datum in Domeliz, in die purificationis beate Marie, anno domini M° CC° LXXX° IX°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von grünen und gelben seidenen Fäden hängt das schildförmige Siegel des Grafen Bernhard von Danneberg mit zwei aufgerichteten, einander zugekehrten Löwen. Von der Umschrift ist zu lesen:

✠ S' . B.....α DĀNR.....α

1289. Febr. 2. Dömitz. 2005.

Nicolaus, Graf von Danneberg, verleiht dem Kloster Eldena das freie Eigenthum der Mühle bei dem Dorfe Strassen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia comes de Dannenberg omnibus presens scriptum uisuris et audituris salutem in eo, qui est salus omnium. Facta memorie digna scriptis commendare prudens

decreuit antiquitas, ne longinquitate temporis, quod iuste et racionabiliter actum dinoscitur, aut obliuione aut cuiusquam temeritate contingat in dubium reuocari. Ad noticiam igitur tam presentium, quam futurorum uolumus peruenire, quod nos de bona uoluntate conuentui dominarum de Eldena molendinum adiacens ville Straz resignamus absolute cum omni libertate et proprietate, cum iudicio maiore et minore, cum reditibus et omni utilitate, que nunc est uel in futurum potuerit prouenire, tali libertate et proprietate perpetuo possidendum, sicut nostra possessio fuerat in eodem. Nullum quoque molendinum erit construendum a ciuitate Domeliz usque ad iam dictum molendinum, ne in aliquo impediatur. Jn cuius rei firmamentum et robur perpetuum presentem paginam sigilli nostri communimus patrocinio, ne aliqui hominum siue heredes nostri vel uice heredum nobis succedentes hec aliquatenus presumant infringere, que nobis ad utilitatem dominarum placuit confirmare. Huius rei testes sunt: dominus Bernardus comes, dominus Heinricus plebanus in Domeliz, dominus Huno de Karowe, dominus Arnoldus Scotelere, dominus Johannes de Dertsowe, Bernardus Dargazlawe, Albertus de Holdenstede et alii quam plures. Datum in Domeliz, in die purificationis beate Marie, anno domini M° CC° LXXX° IX°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von grünen und gelben seidenen Fäden hängt das runde Siegel des Grafen Nicolaus von Danneberg mit dem aufgerichteten Löwen im Schilde. Von der zum Theil abgebrochenen Umschrift ist zu lesen:

. S' . COMI... .....AI DE DAN̄EB....

1289. Rostock. 2006.

Tessiko, ein Wende, verkauft sein Haus zu Rostock an Gothan.

Tessiko Slauus de consensu filii sui Johannis et filie sue Hildegundis vendidit Gothano hereditatem suam sitam in antiqua ciuitate iuxta Wizelum, et illam sibi resignauit. Bandel Slauus promisit warandiam. Hermannus Wilde, Hildebrandus Eselesvot, Johan Nyzinc tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 14[b]. Die hier genannten Kämmereiherren waren bis zum (22.) Febr. 1289 im Amte, diese Einzeichnung fällt also vor diesen Tag. Ihre Nachfolger waren „Ludolfus Pes, Henricus de Lare, Lubbertus Duneuar." — Zum J. 1292 (fol. 96) heisst es: „Dobers, Velzico, Thechaze, fratres, et soror ipsorum Thessika vendiderunt et resignauerunt domino Adelheydi relicte Thessikini omnem porcionem hereditatis, quo ipsis ex obitu fratris ipsorum Thessekini cedere poterat, tam in hereditate, quam in rebus aliis —." Wir finden in jener Zeit zu Rostock mehrere Wenden mit deutschen und biblischen Namen (z. B. im Stadtb. C, f. 110, 1285: „Martinus Slauus"; im Stadtb. D (1289—1295): „Henricus Slauus, rasor barbarum", f. 32[b]; „Gerhardus Went", f. 135; „Petrus Slauus, lotor allecium", f. 137), daneben aber begegnen uns auch wieder wendische Namen, z. B. im Stadtb. D, fol. 25 (1290): „Myldaze Slauus"; fol. 97 (1292): „Gerhardus carnifex vendidit Bandan Slauo tabernas, fol. 97[b]: „Reniko maritus domine Abele et Henricus Tribel Slauus vendiderunt — — redditus — in hereditate sua de consensu vxorum eorundem Abele et Tammeke, quibus eadem hereditas ex obitu sororis

sue cesserat"; fol. 99 (1292): „Janiko Slauus vendidit Marquardo harmaker hereditatem suam iuxta dominum Lodewicum sitam"; fol. 110[b] (1293): „Johannes Pribiko vendidit — — hereditatem suam." Vgl. auch unten das Register der Einkünfte der Stadt Rostock aus den Stadtwiesen hinter dem J. 1292.

1289. Rostock. 2007.

Friedrich, Vogt zu Rostock, verkauft sein Erbe an Tiedemann von Grenz.

Fredericus aduocatus vendidit Tydemanno de Grenze hereditatem suam in platea renouatorum sitam, quam emerat a Johanne Bremere, et illam sibi resignauit. Henricus de Ybendorp promisit warandiam. Ludolfus Pes, Lubbertus Duneuar tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 1. Getilgt. — Nach fol. 17 kaufte der Vogt Friedrich dieses Haus, „domum sitam in oltmakenigen-strate", erst in demselben Jahre von Johann Bremer. — Der Vogt Friedrich lebte noch im J. 1304.

1289. Rostock. 2008.

Der Rath zu Rostock empfängt das Geld, welches Gottfried Schermer und Johann zur Stiftung eines Altars in der Marienkirche daselbst vermacht haben.

Anno domini M°CC°LXXX°IX° consules ciuitatis Rozstoc susceperunt L talenta cum IIII talentis nouorum sterlingorum, item XXVI marcas denariorum slauicalium, quam summam Gotfridus dictus Scermere et Johannes post se morientes ad altare quoddam construendum in ecclesia beate virginis dereliquerant, tali conditione media, quod dicti consules annis singulis erogabunt in pascha XX marcas denariorum ad officiandum altare dictum perpetuo, quousque tantos redditus alias perpetuos poterunt comparare. Qui redditus annis singulis Bernardo de Asbeke presentabuntur per dies uite sue, et collatio dicti altaris ad ipsum pertinet; quo mortuo consules collationem habebunt, et camerarii, qui pro tempore fuerint, dictos redditus annis singulis erogabunt. Actum hiis consulibus presentibus: Euerhardo Nachtrauen, Johanne Rufo, Henrico Monacho, proconsulibus, Ludolfo Pede, Ludberto Duneuare, Henrico de Lare, camerariis, Nycholao de Molendino, Alberto de Cosfelt, Martino de Silua, Conrado de Lawe, Hermanno de Vemeren, Johanne de cimiterio, Johanne Pugile, Borchardo de foro, Henrico de Arena, consulibus, qui ista firmiter promiserunt. Item presentes erant: Willikinus de Pomerio, Ludbertus Somer, Wlfardus Belter, Conradus et Jacobus dicti de Munstere, Willikinus Hummulator. Et ista commisit dictus Bernardus prefatis consulibus in animas ipsorum, sicut ipsi commissum fuerat a dictis Gotfrido et Johanne premortuis, ut ad altare dictum ipsorum iugis habeatur memoria ac omnium fidelium defunctorum.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 6[b]. — Vgl. 1291, Jan. 17, Anm.

1289. Rostock. 2009.

Hermann, Müller zu Nemezow, verkauft an Arnold Quast eine Rente aus seiner Mühle.

Hermannus molendinarius vendidit Arnoldo Quast octo solidorum redditus, singulis annis in molendino Nymezowe sito quolibet festo Martini soluendos, pro V marcis, quos idem Hermannus reemere poterit in festo predicto denariis pro eisdem. Ludolfus Pes, Ludbertus Duneuar, Henricus de Lare tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. A, Heft 5, Lage 4, fol. 1ᵇ. — Stadtb. D, fol. 64, heisst es: „Hermannus molendinarius in Nemezowe vendidit Tidemanno medietatem molendini sui, sicut suum fuit." — Daselbst fol. 132, zum J. 1294: „Domina Gerdrudis mater Thyderici Vedderen resignauit Johanni genero Wulfardeshagen medietatem molendini in Nymezowe, quod filii sui fuerat et sicut ipse tenuerat, et sic molendinum dictum integrum est Johannis." — 1297, März 24, erscheint die Nemezower Mühle als Pachtmühle. Auf fol. 41ᵇ des Stadtb. D ist nämlich unter den Stadteinnahmen verzeichnet: „Conradus de Veldo tenet molendinum in Nemezowe, de quo dabit annuatim X marcas semper in termino, et tenebit ad duos annos a pascha, sicut ius est molendinorum. Scriptum anno nonagesimo VII°, Letare, Reinekino de Lawe, Hermanno Lise et Bernardo tabulo presidentibus. Fideiussores sunt: Conradus, Laurencius de Kersebon (!) et Henricus de Fresendorp."

1289. Rostock. 2010.

Lambert, Domherr zu Güstrow, bekennt sich dem Bürger Volquin zu Rostock zu einer Schuld in seiner Habe und Präbende.

Dominus Lambertus kanonicus Guzdruensis fatebatur publice, quod Volquinus in plathea Monachorum haberet in bonis suis et prebenda XL marcas denariorum Rozstoccensium, que quidem XL marce pro dotalicio assignate fuerant cuid[a]m virgini, erogande in festo Martini proximo et in carnipriuio. Ludolfus Pes, Ludbertus tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch A, Heft 5, Lage 4, fol. 6ᵇ.

1289. Rostock. 2011.

Heinrich und Werner, Rodenbeckers Söhne, verkaufen dem Müller Tiedemann ihr Erbe am Clemensdamm bei Rostock.

Henricus et Wernerus filii Rodenbeckeres vendiderunt Thydemanno molendinario hereditatem suam iuxta aggerem sancti Clementis sitam de consensu vxoris Henrici et fratris eiusdem Hermanni scilicet, et sibi ipsam coram consulibus resignauerunt. Ludolfus Pes, Lubbertus Duneuar, Henricus de Lare tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. A, Heft 5, Lage 4, fol. 12ᵇ. — Der St.-Clemens-Damm ist schon in Bd. II, Nr. 1021, erwähnt. In Stadtb. D, fol. 138, zum J. 1294, ist eingezeichnet: „Henricus de Gudowe, tutor domine Gerdrudis de Halteren, vendidit Johanni de Plothe lanifici ortum vnum iuxta aggerem sancti Clementis trans fluuium." Und daselbst fol. 148ᵇ: „Lubbertus Duneuar, Her. Lyse, Jo. de Lembus ex iussu consulum et consensu vendiderunt Hartwico de libra spacium illud iuxta aggerem sancti Clementis fluuio vicinum, ita tamen, quod via ibi maneat, sicut nunc est. Actum anno quarto, Petri et Pauli" (1294, Juni 29). Der St.-Clemens-Damm führte von der St.-Clemens-Kirche (s. 1293, Juli) nach der Warnow. — Vgl. Jahrb. XXI, S. 31.

1289. Rostock. 2012.

Ludolf Dame verkauft an Hermann Buk Renten aus seinem nahe bei dem Hofe der Satower Mönche zu Rostock belegenen Hause.

Ludolfus Dame vendidit Hermanno Bůc VI marcarum redditus in hereditate sua angulari tota, descendente ad curiam monachorum de Sathowe, pro LX marcis denariorum, quos redditus pro tanta pecunia in quolibet festo Michaelis [redimere potest][1] denariis pro eisdem. Ludolfus Pes, Lutbertus Duneuar tabule presideb[an]t[2]. Paries lapideus adherebit.

Nach dem Rost. Stadtb. A, Heft 5, Lage 5, fol. 2. — [1] Dem Satze fehlt das Verbum. — [2] Im Stadtbuche steht: „presidebit." — Die Einzeichnung ist getilgt. — Der Anfang ist gedruckt in Jahrb. XIII, S. 126.

Anm. Neue Renten „in hereditate sua angulari, descendente ad domum monachorum de Sathowe", verkaufte Lud. Dame 1293. (Stadtb. D, fol. 117.) — Im Stadtb. 1304—1314, auf fol. 110ᵇ, zum Febr. 1311, findet sich eingetragen: „Bernardus Walle vendidit Boltoni de Munster curiam iuxta cimiterium sancti Jacobi, que monachorum de Satowe fuerat, quam sibi resignauit."

1289. Febr. 25. Wittenburg. 2013.

Nicolaus, Graf von Schwerin, verleiht dem Kloster Zarrentin das Eigenthum von zwei Hufen in Zühr, welche dasselbe von dem Wittenburger Bürger Hermann von Goldenboge gekauft hat.

Nicolaus dei gracia comes Zverinensis omnibus presencia visuris salutem in domino. Nouerint uniuersi, quos id nosse fuerit oportunum, quod Hermannus de Goldenboge, ciuis ciuitatis nostre in Wittenborch, in nostra presencia constitutus fideliter recognouit, se vendidisse preposito, abbatisse et conuentui ancillarum Christi in Tzarnetin duos mansos in Zvre cum censu, decima, proprietate, pro quinquaginta octo marcis denariorum Lubicensis monete, quas ab eisdem preposito, abbatissa et conuentu se recepisse integraliter recognouit et in usus proprios conuertisse. Et quoniam sine laude et assensu nostro, ad quem dictorum mansorum dominium pertinebat, facere non potuit, a nobis cum suis humiliter postulabat, quatenus vendicionis contractum nostra voluntate firmare,

stabilire perpetuo curaremus. Nos igitur, ipsius et suorum precibus inclinati, dictam vendicionem gratam et ratam habentes, predictorum mansorum proprietatem in usus conuentus dictarum ancillarum Christi in Tzarnetin perpetuo transferimus et donamus et sine alia corporali inductione predictos mansos eis tradimus sine seruicio possidendos. Ne vero super hiis dubium in posterum oriatur, presens scriptum super hiis confectum sigilli nostri appensione fecimus communiri ac subscriptorum testimonio fidelius et caucius approbari, quorum nomina sunt: Luderus plebanus Witteborch, Luderus noster notarius, Zacharias, Hugoldus, clerici; Borchardus de Gesowe, Antonius de Tribowe, Johannes Balch, Wipertus, Olricus, Hermannus de Bluchere, Johannes de Lutzowe, milites; Leueco, Johannes Niger, Reinerus de Godebuz, ciues, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wittenburg, ab anno incarnacionis domini M° CC° LXXXIX°, V° kalendas Marcii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer roth-seidenen Schnur hängt das hieneben abgebildete runde Siegel des Grafen Nicolaus von ungebleichtem Wachs. Der in dem schraffirten Siegelfelde stehende Schild zeigt die beiden gegen einander gekehrten Lindwürmer an einem Baume. Die Umschrift lautet:

✠ S' : RICHOLAI : COMITIS ZWARINENSIS

Das erste (schildförmige) Siegel des Grafen Nicolaus von Schwerin, welches bis zum J. 1286 (Nr. 1860) vorkommt, ist abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1492. Dieses zweite (runde) findet sich an der obigen Urkunde zuerst.

1289. März 19. 2014.

Albrecht, Herzog von Sachsen, bestätigt dem Dom-Capitel zu Ratzeburg das höhere Gericht in Römnitz und den Seebruch.

Albertus dei gracia Saxonie, Westfalie, Angarie dux omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Quia prepositus et conuentus in Raceburg coram nobis in choro suo iurauerunt sollempniter in altari, quod maius iudicium in villa Rodemuzle et eius terminis ad eorum ecclesiam pertineat, et quod locus,

qui dicitur Sebroch, tam pleno iure similiter ad ecclesiam pertineat, quod nec ciues nostri in Raceburg uel quiquam alii ligna et gramina secare debeant in eodem: ideo nos, quia tale ab ipsis recepimus sacramentum, ipsis et ecclesie eorum talia iura in locis predictis dimittimus, prohibentes, ne quis ecclesiam in ipsis de cetero audeat perturbare. Acta sunt ista coram nobis anno domini M° CC° LXXX° IX°, sabbato proximo ante Letare, in presencia nobilis viri domini Johannis Magnopolensis dicti de Godebuze, qui sigillum suum hiis apposuit in memoriam rei geste, et in presentia Johannis prepositi de Brote, cappellani et notarii nostri, Ribonis dapiferi nostri, Emekonis Hake, Thetleui Parkentin, Thiderici de Berge, Godescalci de Hacghenowe, Walraueni de Ritserowe, Thimonis de Bokewolde, Alberti Lupi, Gherardi de Reddechestorpe, Nicholai Combesole, Henrisci de Crummesse, Hartwici de Ritserowe, vasallorum nostrorum, testium ad hoc assumptorum.

Nach dem Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz. Das grosse Siegel des Herzogs Albrecht, beschrieben zu Nr. 1990, hängt an einem Pergamentstreifen und ist zur Hälfte vorhanden, das des Fürsten Johann von Meklenburg, wofür Einschnitte im Umschlag sind, fehlt mit dem Siegelbande. — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2212; Schröder, P. M. II, S. 2967.

1289. April 2. Lübek. 2015.

Das Dom-Capitel zu Lübek verleiht dem Ritter Friedrich Smeker für 200 Mk. Lüb. Pf. und 20 Mk. jährlicher Rente das Dorf Niendorf bei Gadebusch auf seine und seiner Söhne Lebenszeit.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus N[icolaus] dei gracia prepositus, Johannes decanus totumque Lubicensis ecclesie capitulum sinceram in domino caritatem. Cum iuxta canonicas sanctiones expediens sit, proficuum et honestum, ut ecclesiastica beneficia in facultatibus suis et prouentibus iugiter recipiant incrementum et suam condicionem oportuno tempore faciant meliorem: nos, deliberacione cum domino nostro Burgardo episcopo prehabita prouida et matura, dicti domini nostri episcopi auctoritate et nostro vnanimi consensu accedente villam nostram Nyendorpe, in territorio Godebuce situatam, pro ducentis marcis Lubicensium denariorum, in vtilitatem nostre ecclesie conuersis, domino Frederico militi dicto Smekere et filiis suis legitimis a femore ipsius Frederici immediate et uxoris sue legitime descendentibus, qui nunc sunt uel quos adhuc idem Fredericus habiturus est ex thoro legitimo, qui omnes uel singuli, quoad uixerint, successiuis temporibus preter dictas CC marcas singulis annis de eadem villa in die beati Martini XX marcas nummorum Lubicensium legalis monete in ciuitate Lubeke nobis soluent et sub suo periculo presentabunt, tytulo feodi concedimus et prestamus; ita tamen, quod prelibatis Frederico milite et suis legitimis

filiis mortuis prefata villa Nyendorpe cum omnibus suis meliorationibus ad nos et nostros successores ac nostram ecclesiam libere reuertatur, exceptis edificiis mansionum, domorum, horreorum, granariorum et molendini, terre non affixis, insertis uel infossis, et que consumere poterit ignis flamma, que singula uel ecclesia nostra pro competenti precio comparabit, uel ea heredes dictorum filiorum Frederici Smekere deportari procurabunt et suis vsibus applicabunt. Et tunc forte posteri nostri, si voluerint, ob merita ipsius militis uel filiorum suorum alicui de consanguinitate eorundem pro pretax[a]ta pensione, scilicet XX marcarum uel ampliore, memoratam villam Nyendorpe poterunt commendare. Si vero idem Fredericus uel aliquis seu aliqui de filiis suis, heredibus, ut dictum est, legitimis, qui pro tempore eandem villam in custodia habuerit uel habuerint, in solutione pensionis predicte negligens aut negligentes uel remissi inuenti fuerint, infeodatio facta circa sepenominatas personas, F[r]edericum et suos legitimos filios, extunc penitus sit extincta. Jn cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem presentes litteras sigillo domini nostri episcopi et nostro fecimus scribi et firmiter communiri. Datum Lubeke, anno domini M°CC°LXXX°IX°, sabbato ante festum die[m] beati Ambrosii confessoris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das erste Siegel (des Bischofs) ist nebst dem Siegelbande verloren gegangen; das zweite Siegel hängt noch wohlbehalten an gelben und rothen seidenen Schnüren. Es ist das grosse Siegel des Lübeker Dom-Capitels, welches das kleine Secret des Capitels als Rücksiegel trägt. — Vgl. Nr. 1703.

1289. April 6. 2016.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleiht dem Dom-Capitel daselbst Zehnten im Lande Waren.

Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus universis presencia visuris ..... volentes decimas in Vili[st][1] et Jndagine, ad panes tritic[e]os iam dudum a nobis nostro capitulo deputatas, ut dicti panes .... sine defectu ministrari valeant, adiicimus decimas, que per mortem bone memorie domini Ludolphi quondam Halberstadensis episcopi, fratris nostri, vacant in terra Warne, scilicet decimam in Glanse, in S[u]mm[ir]storpe[2], [in Deuen][3], in Swerstorpe, in Hinneberghe, in Vederowe, in Ghodowe, in Melist, in Jamele et Haselowe, in Treye, in Zwerin, in Sture ..... dictas decimas nomine beneficii .... presentem paginam inde confectam nostri et capituli nostri sigillorum appensione duximus communiri. Datum et actum anno domini M.CC.LXXXIX., octauo idus Aprilis.

Nach E. A. Rudloff's handschriftlichem Diplomatar im Haupt-Archiv zu Schwerin, aus unbekannter Quelle. Doch verbessern wir die von Rudloff überlieferten Namen: [1] Vilia und [2] Selmmestorpe und fügen [3] in Deuen hinzu nach folgender Inhaltsangabe Clandrian's (Protoc. fol. 77):

„Hermannus, Bischoff zu Zwerin, gibt zu den Zehenden in Vylist vnd im Hagen, die den „Thumbhern zu Brode zugeordnet sein, die zehenden im lande Warne, alss zu Glanse, „Summyrsdorpe, Deuen, Zwertzdorpe, Hinneberghe, Vedherowe, Godowe, „Melyst, Jamele, Paklowe, Treye, Zwerin, Sture. Actum anno domini 1289."

Clandrian bemerkt dazu über das Original: „Hiran ist des Bischoffs sigel, des Capittulss ist dauen, vnd der brieff ist sehr lochorig". — Da Gr.-Vielen und Ankershagen zum Stifte Havelberg gehörten (vgl. Bd. II, Nr. 1317, 1327, 1080), so verstehen wir Vilist und Panschenhagen (Jndago). Zu Glanse wurden 1304 der Kirche zu Lütgendorf Hebungen in 8 Hufen verliehen; die Feldmark kam 1676 durch Erbverpachtung an den Hof Lütgendorf; 1753 konnte angeblich niemand mehr die Grenzen derselben genau angeben, aber auf der Feldmark Blücherhof, nahe dem Hofe, heisst noch jetzt ein Feld „Glanskoppel". An Hinneberg erinnert der Hinneberger See zwischen Charlottenhof und Federow. Melist (vgl. Nr. 1752) ist nicht mehr nachzuweisen. Unter Jamele mag Jabel zu verstehen, und Haselowe und Paklowe mögen dann entstellte Formen des damaligen Namens von Hagenow bei Jabel sein. Doch wird 1594 auch eine wüste Feldmark bei Damerow (Kirchsp. Jabel) angeführt, deren Name unbekannt ist. Von Treye hat der Dreier-See zwischen dem Alt-Schweriner- und dem Plauer-See seinen Namen. Stuer gehörte auch 1532 noch zum Schweriner Sprengel. Ueber die Ausdehnung des Landes Warne, in welches hier auch das Land Malchow eingeschlossen ist, vgl. Wigger's Meckl. Annalen I, S. 113.

1289. April 7. (Lübek.) 2017.

Aus dem Testamente des Lübischen Bürgers Nicolaus Vrowede.

In nomine domini. Amen. Ego Nicolaus Vrowedhe[1], compos mentis et corporis, sic meum facio testamentum. Si morte preventus fuero, — — —. Jtem do — claustris Utersten et Zernetin cuilibet loco III marcas denariorum, Rene II marcas denariorum; item Wismarie minoribus fratribus et Roztok et Stralessundis et Stetin minoribus cuilibet loco III marcas denariorum, Zwerin minoribus III marcas denariorum; Rune et Roztok sanctimonialibus cuilibet loco III marcas denariorum, item Dobertin, Ver[ch]en[2] et Eldena sanctimonialibus cuilibet loco III marcas denariorum. — — — Genero meo Willekino presentabuntur LX marce denariorum, ut cum eis emat redditus domui sancti Spiritus in Wismaria, quod cum illis ibidem in lectis infirmorum lintheamina comparentur. — — — Hospitali Wismarie do XL marcas denariorum, ut gener meus Willehelmus eis emat redditus cum eisdem. — Si defectus fuerit in bonis meis, quod premissa singula non poterint erogari, tunc deficiet secundum numerum marcarum cuilibet de premissis. — — — Ad viam Dartzowe[3] do X marcas denariorum. — — — Actum anno domini M. CC° LXXXIX., in cena domini.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 485, aus dem Original auf der Lübeker Registratur. (Wir geben [2] Ver[ch]en st. Verpen.) — Gedruckt in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Sammlung I, S. 128. — Vgl. [1] Nr. 1898 und [3] Nr. 1867.

1289. April 17. 2018.

Eberhard von Ystad kauft vom Heil.-Kreuz-Kloster zu Rostock eine Rente, bestimmt dieselbe auf seinen Todesfall zur Stiftung und Bewidmung eines Altars in der Klosterkirche, und empfängt dafür die Brüderschaft des Klosters und die Erlaubniss vor dem gedachten Altar begraben zu werden.

Anno domini M° CC° LXXXIX., post octavas pasche. Notum sit, quod Everhardus de Ustede emit VIII marcharum redditus a cenobio sanctimonialium sancte Crucis in Rozstoc, quas dominus Lodewicus predicti cenobii prepositus eidem resignavit pro C marchis denariorum, cum quibus centum marchis idem dominus Lodewicus prepositus comparavit predicto cenobio redditus in villa Priwesdorp. Deinde eciam dominus prepositus predictum Everhardum recepit in fraternitatem conventus sibi commissi eo pacto, quod Everhardus sepedictus altare quoddam in ecclesia predicti conventus construi faciat, necessaria ad illud tam in casulis, quam in calice ac in aliis administrando. Et post obitum suum predictis VIII marcharum redditibus illud dotabit. Jtem si sepedictus E. ad cenobium predictum declinare decreverit, pro redditibus VIII marcharum dictis habebit expensas. Jtem si eidem usquam in ista dyocesi mori contigerit, sepulturam in predicto cenobio coram altari ab eodem constituto habebit. Ludolfus Pes, Ludbertus Dunevar, Albertus de Cosfelt tabule presidebant.

Nach dem Recipienden-Register des H.-Geist-Hospitals im Raths-Archiv zu Rostock.

1289. April 30. Colberg. 2019.

Pribislav, Fürst von Belgard, entsagt zu Gunsten des Klosters Dargun allen seinen Ansprüchen an die Dörfer Walkendorf und Stechow.

Pribezlaus dei gracia domicellus de Belegart vniuersis hanc litteram visuris salutem in domino. Tenore presencium protestamur, quod nos ad peticionem et consilium virorum discretorum, domini videlicet Wizlaui cognati nostri, senioris principis Ruyanorum, necnon canonicorum ecclesie Caminensis, domini scilicet Johannis decani et domini Wizlaui custodis, renunciauimus omni impeticioni, quam habuimus aduersus fratres monasterii Dargunensis super villis Walikendorp et Stechow, receptis ab eisdem centum marcis denariorum monete Colbergensis, ita plane quod nec nos, nec heredes nostri iam nati vel adhuc nascituri fratres prefati monasterii de cetero super iam dicta causa debeamus molestare. Jn cuius rei testimonium presentem litteram inde confectam dedimus fratribus memoratis sigillis nostro videlicet et prefati cognati nostri domini Wizlaui principis Ruyanorum, necnon capituli Caminensis ecclesie communitam. Testes huius rei sunt:

dominus Hildewardus abbas Dargunensis, dominus Wichardus abbas Bucouiensis, Wichardus, Conradus Claua, Hinricus de Robele, monachi Dargunenses; Otto comes de Euersten, Thetleuus de Slote, Lodewicus Kedinc, Olricus et Fridericus fratres dicti de Beuenhusen, milites; Hinricus capellanus noster et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Colberg, anno gracie M° CC° LXXX° IX°, in vigilia apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel, ein drittes, in der Mitte der beiden, ist mit dem Siegelbande abgefallen. An der ersten Stelle hängt das hieneben abgebildete grosse, runde Siegel Pribislavs aus grünem Wachs: auf einem Throne sitzt der Fürst in ganzer Figur, in weitem, gegürtetem Gewande; in der Rechten hält er über der Brust ein Schwert, mit der Linken stützt er einen neben ihm stehenden Schild, auf welchem ein Stierkopf mit einer Lilienkrone dargestellt ist, neben dem Throne rechts der halbe Mond, links ein Stern. Der Kopf der Figur ist ausgebrochen. Umschrift:

✠ S' PRI[B]ƐZLAI : DƐ SLAVIA . DOMINI : TƐRRƐ . D[OB]ƐRƐN

Abgebildet in Jahrb. XI, S. 268, und bei Milde und Masch, Meklenb. Städtesiegel, Heft I, S. 8. Vgl. das in Bd. I, zu Nr. 633, abgebildete Siegel Pribislavs I. An der dritten Stelle hängt das Caminer Capitel-Siegel. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 185. — Vgl. Bd. II, Nr. 1334, und über Pribislav [III.] die Note zu Nr. 1819.

1289. Mai 20. Bützow. 2020.

Hermann, Bischof von Schwerin, ertheilt der Stadt Bützow eine Verordnung wegen Straflosigkeit unvorsätzlicher Schädigung.

Hermannus, Bischoff, ordnet, das wegen vngeradener felle die leute mit strafen nicht sollen belegt werden, vnd erkleret, was vor ungerade zu halten. Datum Butzow, 1389 [1], in crastino ascensionis domini.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 100*, aus einem Transsumpt der Privilegien der Stadt Bützow vom J. 1371, Dec. 23. [1] Statt „1389" ist „1289" zu lesen. — Wegen „ungerader Fälle" vgl. 1297, Jan. 1.

1289. Mai 27. Vietlübbe (bei Gadebusch). 2021.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, und Hermann, Bischof von Schwerin, führen die dem Grafen Helmold von Schwerin und seiner Gemahlin Margareta ertheilte päpstliche Dispensation vom verbotenen Grade aus.

Nos dei gracia Conradus Raceburgensis et Hermannus Cwerinensis ecclesiarum episcopi notum esse volumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod, cum nobilis vir dominus Helmoldus comes Cwerinensis cum inclyta domina Margareta, tunc puella, nata illustris ducis Dacie, quarto sibi gradu consanguinitatis attinente, per uerba de presenti matrimonium contraxisset, carnali copula subsecuta dominus comes, proprie salutis non immemor et cum deuota humilitate reatum suum in hoc facto agnoscens ac salubriter precauens in futurum, pro se et uxore sua predicta super dispensacionis gracia obtinenda suos bonos nuncios ad sedem apostolicam destinauit. Cumque ad peticionem eiusdem comitis sanctissimus in Christo pater et dominus noster Nycholaus apostolice sedis summus pontifex suis nobis dedisset litteris in mandatis, ut consideratis rerum circumstanciis et causis motiuis, que in eisdem continentur litteris, super quibus nostras duxit consciencias onerandas, super impedimento predicto deberemus auctoritate apostolica dispensare: nos, huiusmodi mandato cum reuerencia recepto ac omnibus et singulis articulis et condicionibus ibi positis diligenter inspectis et prudenter examinatis, habito super hoc prudentum virorum, tam religiosorum, quam aliorum, consilio, cum predictis comite et uxore sua in nomine domini dispensauimus auctoritate nobis commissa, quod non obstante impedimento predicto in matrimonio inter eos contracto licite commanere valeant, prout secundum deum eorum saluti et in nostras consciencias vidimus expedire, prolem susceptam et ammodo suscipiendam nichilominus legitimam nunciantes. Ne igitur, quod absit, in posterum aliqui detractores, vas nitentes incrustare serenum, calumpnie tenebris lucem veritatis obnubilent, neue inter aliquos in dei ecclesia propter huiusmodi matrimonium aliqua prorsus materia scandali generetur, presentes litteras inde confectas sigillorum nostrorum appensionibus duximus roborandas. Testes huius rei, et de quorum consilio hec facta sunt et qui presentes aderant, sunt hii: frater Borchardus minister Saxonie, frater Guncelinus custos Turingie, frater Conradus de Konigesberg custos Hallensis, frater *(Lücke)* custos Lubycensis, et frater Conradus gardyanus Cwerinensis; item Godefridus dictus de Bulow, Conradus et Gerardus, canonici Cwerinenses, Johannes capellanus et magister Jacobus, notarii nostri, et alii quam plures ad hoc vocati specialiter et rogati. Actum et datum in villa Vitelubbe, anno domini M° C° C° LXXX. nono, feria sexta proxima ante festum pentecostes.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von rothen und gelben seidenen Fäden hangen zwei Siegel, nämlich 1) das zu Nr. 1746 abgebildete Siegel des Bischofs Konrad von

Ratzeburg, und 2) das in Bd. II, zu Nr. 1297 abgebildete Siegel des Bischofs Hermann von Schwerin. — Gedruckt in der Schlesw.-Holstein. Urk.-Samml. I, S. 517, Nr. 39. — Vgl. Nr. 1988.

1289. Mai 27. 2022.

Johann, Fürst von Meklenburg, Sohn des Fürsten Heinrich I., ertrinkt auf der Ueberfahrt von Wismar nach Pöl.

Johannes dei gratia Magnopolensis domicellus. Obiit anno domini M° CC. LXXXIX., VI° kalendas Junii.

Nach einer im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrten, um 1500 angefertigten Abschrift des Necrologiums, welches vormals auf einem Kreuzgangsfenster zu Doberan stand. — Das Jahr 1289 nennt auch Kirchberg, Cap. 137 [„czwelfhundirt iar vnd nuyn vnd achczig"], und „dat Kerckenbo"k thom Grauenn-kloster" zu Wismar enthält eine „Affschrift vth eyner Tafeln im kor hangendo" (wo nämlich der Fürst Johann begraben ward), worin gleichfalls dies unglückliche Ereigniss ins Jahr „1289" gesetzt wird [Jahrb. VI, S. 101]. Detmar erwähnt dieses Todesfalles gelegentlich, bei dem Berichte von der Rückkehr des Fürsten Heinrich von seiner Pilgerfahrt 1298 [Grautoff I, S. 173], weiss aber nicht, in welchem Jahre derselbe sich zugetragen hat. Denn noch bei der Erzählung vom unglücklichen Kampfe für die Werleschen Vatermörder gegen Nicolaus von Wenden bemerkt er [S. 166]: „Des strides wurden de junghen heren Johan unde Hinric van Mekelenboreh vil sere crenket", wo der Fürst Johann von Gadebusch doch kaum gemeint sein kann. Zum Jahre 1289 berichtet er (und Korner): „In deme jare Cristi MCCLXXXIX, twe daghe na aller godes hilghen daghe [Nov. 3], do untfink in dat echte junchere Johan van Mekelenborch de erlike, schone maghet Helena, ene dochter Wentslavi (!), enes vorsten van Ruyen — — unde brachte ze to den Sterneberghe." Ohne Zweifel ist Detmar hier wenigstens um ein Jahr [nach der Doberaner Genealogie: „accepta vxore, quo genuerat sibi tantum vnicam filiam, submersus fuit", sogar noch weiter] vor der richtigen Zeitrechnung voraus (vgl. Nr. 1719, Anm.); denn nach dem 27. Mai 1289 finden wir den Fürsten Johann nicht mehr in Urkunden genannt (ausser in der zu Accon am 14. Aug. 1289 gegebenen), sondern sein Bruder stellt sie selbständig aus und erwähnt nur noch die Zustimmung seiner Mutter, nicht mehr die seines Bruders. — Gegen den Todestag, welchen das Doberaner Necrologium angibt, spricht nichts. Denn dass die Fürstin Helena schon in einer Urkunde vom 2. April 1289 als Wittwe erscheine, wie in Jahrb. VI, S. 168, und XXV, S. 64, gesagt wird, ist ein Irrthum; nicht in Nr. 2015, sondern in dem undatirten Consensbriefe Nr. 2023 wird die „relicta quondam Johannis" genannt. — Ueber die Todesart herrscht in den Berichten des genannten Wism. Kirchenbuches, Kirchbergs, Detmars und der Doberaner Genealogie [Jahrb. XI, S. 20] Uebereinstimmung.

(Nach 1289, Mai 27.) 2023.

Albrecht, Herzog von Sachsen, Johann, Fürst von Meklenburg zu Gadebusch und seine Gemahlin, die Fürstin Anastasia von Meklenburg mit ihrem Sohne Heinrich und der Wittwe ihres Sohnes Johann, und die Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin geben ihre Zustimmung zu der Verleihung des Dorfes Niendorf im Lande Gadebusch an den Ritter Friedrich Smeker von Seiten des Dom-Capitels zu Lübek.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis dei gracia Al-[bertus] dux Saxonie, Johannes dominus Magnopolensis et in Godebuz vna cum

vxore sua [1] et futuris heredibus, Anastasia et filius eius Henricus, ac [2] relicta filii eius quondam Johannis cum heredibus suis, domini Magnopolenses, et Helmoldus ac Nycolaus comite[s Z]werinenses salutem in omnium saluatore. Noueritis, nos audiuisse pariter et uidisse infrascripti contractus litteras, non uiciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte abolitas, immo veras et integras sub hac forma. *[Hier folgt Nr. 2015.]* Jn cuius contractus testimonium et euidenciam pleniorem presenti priuilégio, canonice, legaliter, concorditer et rite per omnia ordinato, nostra sigilla duximus apponenda, has easdem literas munientes nostrorum caracteribus sigillorum.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin, an dem noch 8 gelb und rothe Siegelbänder, doch ohne Siegel, hangen. Die beiden Lücken sind mit den Namen [1] Luitgard und [2] Helena von der Hand des Archivars Schulz ausgefüllt. Bei der Ablieferung dieser und anderer Urkunden von Seiten des Dom-Capitels zu Lübek an Meklenburg im J. 1599 ward in das Verzeichniss geschrieben: „Vidimus Alberti Saxoniae et Johannis Magnopol. ducum super villa Niendorff in terra Gadebusch sub anno 1289, cum tribus sigillis et quinque filis vacuis". Leverkus, Urk. d. Bisth. Lübek I, S. 83, Not. — Vgl. wegen der Zeit der Ausstellung dieses Consensbriefes Nr. 2022, Note.

1289. Juni 2. Dargun. 2024.

Das Kloster Reinfeld vertauscht das Eigenthum des Dorfes Teusin an das Kloster Dargun gegen das Eigenthum von 18 Hufen in Japsow und 12 Mark.

Frater Bertoldus miseratione diuina abbas totusque conuentus monasterii Reyneveldensis vniuersis hanc litteram visuris salutem in domino. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto, nec voce testium perhennantur. Hinc est, quod vniuersorum noticie supponimus protestantes, quod nos proprietatem totalis ville Teusin, ab illustri viro domino Buguzlao duce Stetynensi de consensu fratrum suorum Barnym videlicet et Ottonis cum iudicio capitali et manuali ac omni iure nobis collatam, in concambium et permutationem proprietatis decem et octo mansorum in villa Japezsowe sitorum dedimus fratribus monasterii Dargunensis cum omni iudicio et iure, quod in ea habuimus, perpetuo possidendam, obligantes nos ad firmam warandiam dicte proprietatis, ivdicii ac iuris prestandam, quociens super hiis ipsi inpetiti et nos fuerimus requisiti. Verum quia proprietas ville Tevsin melior ac valentior est proprietate dictorum decem et octo mansorum, eo quod in se numerum mansorum contineat ampliorem, prefati monasterii fratres in reconpensationem ac restaurum melioritatis duodecim marcas denariorum monete currentis nobis addiderunt. Jn cuius rei euidentiam presentem paginam inde conscriptam ipsis dedimus sigillo nostro communitam. Actum et datum Dargun, anno domini M° CC° LXXX° IX°, IIII° nonas Junii, in die beatorum martirum Marcellini et Petri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An roth-seidenen Fäden hängt das wohl erhaltene parabolische Siegel des Abts von Reinfeld aus grünem Wachs mit der stehenden Figur eines Abtes, die den Stab in der Rechten und ein Buch in der Linken hält; Umschrift:

✠ S · ABBATIS · DE · REINVALDE

(1289—1292.) Juni 8 oder 9. 2025.

Nicolaus, Fürst von Meklenburg, Dompropst zu Schwerin und Lübek, stirbt.

Nicolaus dei gracia dominus Magnopoli et prepositus in Zwerin obiit VI. idus Junii et sepultus in Dobbran.

Aus dem Necrologium im Fenster des Kreuzganges zu Doberan, welches nach einer um 1500 angefertigten Abschrift im Haupt-Archiv als Beilage zu Jahrb. I A, S. 136, gedruckt ist. — Dagegen wird in dem Liber memoriarum eccles. Lub., aus welchem wir die beiden auf des Propstes Nicolaus Memorien bezüglichen Stellen in der Anmerkung zu der Urkunde des Bischofs Burchard von Lübek, d. d. 1296, Apr. 5, geben werden, zum Tage „V. idus Junii" (= Juni 9) gesagt:

„Dominus Nicolaus, dux (!) Magnopolensis, Lub. et Zwerin. ecclesiarum prepositus, dedit novem marcas de vno choro salis recipiendas, prout supra in die Philippi et Jacobi est expressum, nunc hic pro memoria sua distribuendas."

Danach muss man in Lübek den 9. Juni als den Todestag des Propstes Nicolaus begangen haben. — Das Todesjahr ist unbekannt. In datirten Urkunden kommt der Propst Nicolaus nicht später als 1289, April 2, vor [Nr. 2015]. Dann wird kein Propst von Schwerin und von Lübek genannt, bis 1292, Sept. 5, der Propst Volrath von Schwerin, und 1294, am 14. Febr., Volrath von Crempe, des Nicolaus unmittelbarer Nachfolger [s. 1296, April 5], als Propst von Lübek erscheint. [Leverkus, Urk. d. Bisth. Lübek I, S. 357.] Ein Vermächtniss des Fürsten Nicolaus ordnete der Bischof Burchard erst am 5. April 1296 (s. u.).

1289. Juni 12. Hodenhagen. 2026.

Heinrich, Herr von Hodenhagen, und seine Söhne nehmen ihre Veste Hodenhagen als Lehn vom Herzog Albrecht von Sachsen und verpflichten sich demselben mit dieser zur Hülfe gegen jedermann, mit Ausnahme des Herzogs Otto von Lüneburg.

— — Huius rei testes sunt nobiles uiri ac milites infrascripti, videlicet Gherhardus et Otto comites de Hoya, nostri dilecti consangvinei, vir nobilis dominus Johannes de Mekelenborch, Nicolaus comes de Dannenberc, Otto Wakkerbart, Scakko de Luneborch, Hinricus Scakko de Leuenburch, Volradus de Zulen, Ludolfus Wackerbart, Stacius de Monechusen, Godescalcus de Haghenowe, Johannes de Crumesse, Hermannus Ribe[1], Johannes Balch, Marquardus de Zulen, Hinricus de Qu°ren, Marquardus Hauerber, Conradus Corlhake, Godescalcus Selcop, Rodolfus Clencok, Johannes Clencok, item Johannes Clencok, Ortgis Clencok, Bernardus de Wechtedhe, Godescalcus de Werpe et alii quam plures fide digni.

— Datum Hodenhaghen, anno domini M° CC° LXXXIX°, in octaua trinitatis, pridie ydus Junii.

Nach dem vollständigen Abdruck bei v. Hodenberg, Hodenberg. Urkundenbuch I, S. 77, 78, und Hoy. U.-B. VIII, S. 82, aus dem Original zu Hannover (mit dem Fehler [1] Rabe), und Sudendorf, Braunschw.-Lün. U.-B. I, S. 72. — Hodenhagen lag ehemals im Amte Ahlden bei Hudemühlen.

1289. Juni 23. 2027.

Bernhard, Graf von Danneberg, bezeugt, dem Kloster Diesdorf alle seine Erbgüter zu Abbendorf geschenkt zu haben.

— — Testes huius rei sunt: dominus Helmoldus, dominus Nicolaus de Zwerin, dominus Henricus de Woldenberge, comites; prepositus Bertoldus de Sal[t]-wedele, prepositus Fredericus de Dambeke, dominus Henricus de Dalenborch, dominus Sifridus de Walstove, clerici; dominus Huno de Karwen, dominus Borchardus de Jhesow, dominus Johannes Hune, dominus Baldewinus de Knesbeke, dominus Baldewinus de Bodendike, dominus Geuehardus de Gisscouwe, dominus Wasmodus de Knesbeke, dominus Paridamus de K[ne]sbeke, milites, Conradus et Conradus de Boldensole et alii quam plures fide digni. — Datum anno gracie M° CC° LXXXIX°, nono kalendas Julii.

Nach Riedels Cod. dipl. Brand. I, Bd. 22, S. 98, aus dem Original.

1289. Juli 12. Graft (im Altenlande). 2028.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, tritt für seine nordelbischen Besitzungen dem Landfrieden bei, welchen die Herzoge Albrecht von Sachsen und Waldemar von Schleswig, die Geschworenen Holsteins und die Städte Lübek und Hamburg auf 4 Jahre geschlossen haben, und in welchen auch der Fürst Johann von Meklenburg (zu Gadebusch) und der Graf Nicolaus von Schwerin aufgenommen sind.

Giselbertus dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus omnibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Notum facimus, quod nos cum vndecim nostris militibus, videlicet Gerardo de Bederkesa, Daniele de Bliderstorpe, Johanne et Bertoldo dictis Sculletis, Ottone de Bederkesa, Segebodone marschalco, Johanne aduocato, Alberone de Stelle, Heynone de Borch, Reynoldo de Grouo ac Hartuico de Nigenhusen, in manus illustris viri ac magnifici principis domini Alberti ducis Saxonie, Angarie et Westfalie, suorumque nouem militum promisimus fide data seruare secum communem et iuratam pacem

a die beati Johannis baptiste transacto proxime ad completum quadriennium duraturam, quam videlicet pacem idem dominus Albertus et illustris vir ac princeps magnificus dominus W. dux Dacie aliique iurati terre Holtsacie ac ciuitates Lubicensis et Hamburgensis insimul iurauerunt et fide data obseruare firmiter promiserunt, secundum articulos infrascriptos. Videlicet si aliquis nostrorum coniuratorum conqueritur iniuriam sibi factam, ipse monebit offensorem suum amice, quod sibi satisfaciat amicicia aut in iure. Et si ei prehabita ammonitione non satisfecerit, extunc passus iniuriam firmabit iuramento suo et secum vndecim milites fide digni, causam suam huiusmodi fore iustam; et postquam tale prestiterit iuramentum, nos iurati vniuersi infra mensem immediate subsequentem feremus manuale auxilium viribus et effectu querulanti, donec sibi de iniuria plenius satisfiat. Preterea inter nos tres principes prefatos tale pactum interuenit: videlicet si alicui nostrum gwerre dispendium immineret, et vnus requireret alios duos pro auxilio sibi conferendo, illi duo debent mittere auxilium postulanti, quilibet eorum centum viros habentes dextrarios faleratos, et postulans prouidebit eis in expensis, quamdiu ipsos contigerit secum esse; si vero idem postulans eguerit auxilio ampliori, alii duo subuenient ei omnium suarum virium potentatu. De exactionibus uero, que gedinge vocantur, si quas fecerint, ordinationi octo militum ab utraque parte constitutorum stabitur, et permanebit, sicud ipsi duxerint ordinandum. Adicientes, quod nos predicti principes et iurati iuuabimus nos mutuo in tribus terris, videlicet in terra nostra a parte Albee, qua est Hamborch ciuitas situata, et in terra dicti domini Alberti ducis Saxonie, que Nortlant dicitur, et in omni terra Holtsacie, quando fuerimus requisiti, fines earundem terrarum nullatenus transcendendo. Jnsuper prefatus dominus Albertus dux Saxonie nostro accedente consensu viros nobiles dominos Johannem de Mekelenborch et Nicolaum comitem de Zwerin paci inclusit plenius memorate. Et adiecit, quod sepedicti coniurati nostri dabunt suas patentes litteras in evidenciam et observanciam prescriptorum; qui vero eas non dederint, ipsis in suis necessitatibus auxilium non feremus, prout in suis litteris plenius protestatur. Jn cuius rei testimonium et euidenciam et obseruanciam omnium ac singulorum etiam prescriptorum presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum in loco, qui Graft dicitur, anno domini M° CC° LXXX° nono, in vigilia beate Margarete.

Nach dem im bischöflich Ratzeburgischen Archiv zu Neu-Strelitz aufbewahrten Original, welches an einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen noch ein Bruchstück des erzbischöflichen Siegels trägt. — Gedruckt auch bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 707; U.-B. der Stadt Lübek II, S. 56; Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 130. — Vgl. oben Nr. 1793.

1289. Juli 26. Bützow. 2029.

Hermann, Bischof von Schwerin, bestimmt die Reihenfolge der Aspiranten zu den Domherrn-Präbenden in Bützow.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus vniuersis, ad quorum noticiam presentes littere peruenerint, salutem in domino. Omnis ecclesiarum status uel motus quacumque turbacione subsistens consueuit ecclesiis et personis ecclesiasticis non modicam afferre iacturam. Hinc est, quod nos inter canonicos in ecclesia Butzowensi prebendas vacaturas (et) exspectantes, in qua canonicorum recepcio et prebendarum collacio ad nos pertinet, cupientes omnis dissensionis materiam submouere, ne forte, quod absit, per casum vel discordiam contingat in posterum statum eiusdem ecclesie perturbari, cuilibet infrascriptorum prebendas vacaturas ibidem expectancium certum locum duximus assignandum, inherentes hoc consuetudini racionabili et prescripte ac a predecessoribus nostris episcopis Zwerinensibus, quoad preferendum ac postponendum sit exspectantes, a prima fundacione et institucione predicte ecclesie hactenus obseruate. Volumus itaque, statuimus et ordinamus autoritate presencium irrefragabiliter decernentes, ut inter huiusmodi exspectantes in assecucione prebende vacature primus sit Syfridus de Trechowe, cui succedet immediate Johannes natus quondam Rodolfi dicti Diuitis, ita tamen, quod dimissa perpetua vicaria, quam habet in Hal[b]erstad[1], in ecclesia Butzowensi, postquam sibi assignata fuerit prebenda, residenciam faciat personalem; deinde vero Hinricus consanguineus decani Butzowensis, ac postmodum Nicolaus scolaris Magdeburgensis dictus Morshoued; post hunc autem Albertus natus quondam Hinrici militis de Hornhusen, quem sequetur scolaris de Jericho, filius sororis Nicolai cappellani, magistri Richardi[2], et post hunc Gherardus de Rostok, consanguineus Lutberti canonici Butzowensis et thezaurarii; post hunc autem Bertoldus natus Bert[o]ldi militis dicti de Jorco, postremo vero et vltimo Nicolaus filius Alberti dicti Gotghemakeden, ciuis Magdeburgensis. Vt autem huiusmodi nostra ordinacio et statutum secundum ordinem supradictum firmiter obseru[e]ntur, presentes litteras inde confectas nostri et capituli predicte Butzowensis ecclesie sigillorum appensionibus iussimus communiri. Datum Butzowe, anno domini M° C° C° LXXXIX°, in crastino sancti Jacobi apostoli.

Nach dem Diplomatar. eccl. Butzow., Nr. 129. fol. 107[b]. — Diese Abschrift gibt [1] Halterstad. — Später ist wohl [2] magister Richardus zu lesen.

1289. Aug. 14. Accon. 2030.

Wirich von Homberg, Präceptor, und das ganze Capitel vom St. Marien-Hospital des Deutschordens zu Jerusalem ermächtigen den Rath zu Lübek, der Fürstin Anastasia von Meklenburg und deren Söhnen die von diesen zur Auslösung des Fürsten Heinrich von Meklenburg für den Orden empfangenen 2000 Mark Silbers zurückzuzahlen.

Honorabilibus viris, prouidis et discretis multisque virtutibus decoratis, ciuitatis Lubicensis consulibus uniuersis, frater Wirichus de Homberch, humilis preceptor hospitalis sancte Marie Theutonicorum de Jerusalem, vices gerens magistri generalis in terra sancta, totumque capitulum domus hospitalis eiusdem salutem in eo, qui pro redempcione humani generis dignatus est Jerosolimis misericorditer crucifigi. Vestre prouidencie per presentes litteras intimamus, quod pecuniam duorum milium marcarum argenti sub pondere Coloniensi, apud vos depositam per inclitam dominam Anastasiam et filios eius Henricum et Johannem, nobiles domicellos de Mekelenburch, pro redempcione domini ac patris eorum ad manus nostras, si ipsum potuissemus redimisse, debetis et tenemini reddere domine Anastasie et filiis eius in numero et pondere supradicto, cum proch dolor! non sit spes, quod istis temporibus nobilis dominus Henricus de Mekelenburch a Sarracenorum vinculis redimatur, donec deus viam aliam et modum redempcionis dignetur per suam misericordiam aperire. Et nos de predicta pecunia vos absoluimus et reddimus absolutos, statim postquam ipsis nobilibus plene fuerit restituta. In cuius rei testimonium has patentes litteras bulla capituli nostri fecimus communiri. Datum Accon in domo nostra, anno domini millesimo CC° LXXXIX., in vigilia assumpcionis virginis preelecte.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 489, aus dem zu Lübek „auf der Trese befindlichen Original, mit wohlerhaltenem Siegel und Rücksiegel, deren Umschriften: a) ✠ S' Hospitalis Sancte Marie b) ✠ Domus Teutonicorum Irl'm". — Gedruckt auch bei Grautoff, Beitrag zur Geschichte Heinrichs des Ersten, Fürsten von Meklenburg (Lübek, 1826), S. 7 (Histor. Schriften I, S. 114); Schröter, Spec. dipl. p. IX; Jahrb. XIV, S. 295.

1289. Aug. 29. 2031.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Dobbertin das Eigenthum an 4 Hufen in Burow.

In nomine domini. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium saluatore. Quoniam labente tempore omnia labuntur cum tempore, et similiter gesta hominum caderent in obliuionem, nisi forent scriptis notabilibus commendata. Nouisse ergo volumus tam

saluare, quam presentis propagacionis homines hoc scriptum intuentes, quod nos dei intuitu et pie genitricis eius Marie quatuor mansos in Burowe, quos quondam [tri]buerat[1] Hinricus miles iunior de Cremun pro recepcione necnon emendacione prebende suarum filiarum in Dobertin, cum omni iure, iudicio et libertate, qua eos possederat, ecclesie ibidem conferimus bona fide. Verum eciam de nostra liberalitate plus addicimus, videlicet eorundem mansorum proprietatem iam dicte ecclesie conferentes, ut ea deinceps cum quiete commodo perfruatur. Quos mansos dominus Hinricus eiusdem loci prepositus, vir reuerendus, cum voluntate sui conventus ad infirmitorium Dobertin assignauit, ut inde, quod de communi prebenda haberi non poterat, dominabus infirmantibus proueniret. Volentes igitur, ut tam pium factum firmum maneat et iugiter illibatum, et ut nullus suus successor valeat huic facto contraire et eciam non audeat nostrum [tam] racionabile donum infirmare, presentem paginam sigilli nostri robore fecimus consignari et testium inscriptione communiri. Testes autem huius facti sunt: milites: Arnoldus Bruzehauere, Nicolaus Hane, Johannes de Duzcin, Johannes et Bernhardus fratres de Belin, Henricus Knut, Conradus de Cremun, ipse quoque iunior Henricus de Cremun, et alii quam plures viri prouidi et honesti. Datum anno domini M° CC° LXXX° nono, in die decollacionis beati Johannis baptiste.

Nach einer Abschrift aus dem 14. Jahrh. im Archiv des Klosters Dobbertin (mit dem Fehler: [1] habuerat). — Gedruckt in Rudloffs Urk.-Lief., Nr. XLVIII. und bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 145.

1289. Sept. 3. 2032.

Das Kloster Sonnenkamp (Neukloster) verleiht für die Schenkung einer Kornhebung aus Arendsee einem Berthold und seiner verstorbenen Schwester die Brüderschaft.

In nomine domini. Alheidis priorissa totusque conuentus in Campo Solis omnibus hoc scriptum visuris orationes in omnium saluatore. Ad noticiam cunctorum volumus peruenire, quod Bertoldus et Margareta soror sua bone memorie de communi consensu heredum suorum, attendentes hoc, quod orationes et suffragia ecclesiarum spiritus adiuuent defunctorum, ad vtilitatem ecclesie nostre et salutem animarum suarum contulerunt nobis perpetuo in Arnesse percipiendos sex modios ordei et sex modios auene, ita ordinantes, ut in anniuersario eorum nostro conuentui de dicta annona refectio tribuatur. Vnde plenam eis damus fraternitatem, huiusmodi gracia benignitatis requirente, et hoc eis recognoscimus et presenti littera protestamur. Datum anno domini M° CC° LXXX° VIIII°, tercio nonas Septembris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das in Bd. II, zu Nr. 1486, abgebildete Conventssiegel von Neukloster. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 77.

1289. Sept. 9. Rostock. 2033.

Der Rath zu Rostock verpfändet an Eberhard Nachtraven eine Wiese.

Ciuitas vendidit Euerhardo Nachtrauen pratum situm super Radele, quod habuerat Kempe, pro LXX marcis, et singulis annis soluet consulibus VIII solidos ad bibendum. Quod pratum consules reemere possunt (consules) denariis pro eisdem. Terminus erit ipso die natiuitatis beate virginis. Actum anno domini M° CC° LX° X° X° IX°, proxima VI^{a} feria post natiuitatem beate virginis.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 47^{b}. — Die „solidi ad bibendum" werden eine dem „Weinpfennig" gleichende Recognition sein.

1289. Sept. 18. Cöslin. 2034.

Wichard, Abt von Bukow, und der Rath der Stadt Cöslin legen einen Streit zwischen dem Kloster Dargun und dem Knappen Wichard Rode bei.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris frater Wichardus dictus abbas in Buchouia vniuersitasque consulum in ciuitate Cussalin salutem in domino sempiternam. Quia rerum gestarum recordatio sepius celeri obliuione deletur, nisi litterarum memorie accuratius commendetur, vniuersis Christi fidelibus, quibus hoc scriptum exhiberi contigerit, presentibus protestamur, quendam famulum Wichardum agnomine Rufum super quadam dissencionis causa, que inter ipsum et ecclesiam Dargunensem vertebatur, compositionem amicabilem iniisse. Nam coram nobis et aliis veridicis, ad istud negotium terminandum directis et aduocatis, videlicet fratre Wichardo et Conrado monachis et sacerdotibus de Dargun et fratre Henrico celerario in Buchouia et fratre Johanne dicto de Camyn, conuerso de Dargun, domino Dithleuo de Slezen, domino Olrico de Beuenhusen, domino Nycholao Hanen, domino Mathia Ketelhuth, domino Henrico dicto de Silua, domino Verkeuiz, militibus, Tessemaro filii (!) Swantus, Paulo filii Bartus, cautionem compositionis, que wlgariter orveyde dicitur, peregit et ipsam vna cum amico suo Holsato compromissionibus et iuramentis pro se et filiis suis et amicis, natis et nascituris, firmissime stabiliuit. Nos igitur, ne predicta compositio in recidiue contentionis scrupulum relabatur, ipsum liberum fecimus et securum, vnanimiter repromittentes, vt nullus ex parte Dargunensis ecclesie sibi seu amicis suis pro illa causa discordie nunc in Cussalin sedata impedimentum aliquod irroget vel grauamen. Jn cuius rei euidentiam presentem cedulam conscribi fecimus, sigillorum nostrorum munimine consignantes. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXIX°, in crastino Lamberti episcopi et martiris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An zwei aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hangen zwei Siegel: 1) das parabolische Siegel des Abtes von Bukow, zerbrochen; 2) ein rundes Siegel: ein stehender, consecrirender Bischof unter einem Stadtthor mit Thurm, zu dessen beiden Seiten unter Mauerzinnen ein Schild mit einem Greifen; Umschrift:

— — ....TATIS ○ CV — —

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 187, und bei Lisch, Gesch. d. Geschl. Hahn I B, S. 146.

1289. Sept. 29. Stralsund. 2035.

Das Kloster Bergen auf Rügen verkauft an das Kloster Dargun eine jährliche Hebung von einer Last Salz aus der Saline Sülz.

Gvzlaus dei gratia prepositus, [1] abbatissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii Gora siue Montis in Ruya, ordinis Cysterciensis, dyocesis [Roskildensis] [2], vniuersis hanc litteram visuris salutem in vero omnium salutari, domino nostro Jhesu Christo. Cum ex fluxu temporis ac personarum successione res geste quantocumque rationabiliter ad ignorantiam deueniant, prudentum discretio consueuit huiusmodi ignorantie sigillis ac litterarum testimoniis obuiare. Hinc est ergo, quod notum fieri volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos de communi omnium nostrum consensu annuum censum salis nostri, vnius videlicet lastonis, quem in Sulta iuxta Marlow singulis annis habere solebamus, de domo illa, quam Arnoldus beate memorie dictus Copman sub annuo censu quondam a fratribus habuit monasterii Dargunensis, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, eiusdem fratribus monasterii pro viginti quinque marcis denariorum monete currentis vendidimus libere ac quiete iure perpetuo possidendum. Testes huius rei sunt: Hyldewardus tunc abbas in Dargun, Johannes de Raceburch tunc cellerarius ibidem, Albertus plebanus in Sulta, Thidericus de Buren miles, Johannes Kartelviz et frater suus Lvdolfus clericus, Nicolaus Pape, Hermannus antiqus aduocatus, Gherardus Grat, Heyne iunior, Bru[no], [c]iues, sed tunc consules in Sulta, et alii quam plures fide digni. Vt autem hec nostra venditio et [dictorum] fratrum emptio rata permaneat iugiter et inconwlsa, presentem paginam inde conscriptam p[redictis fr]atribus dedimus nostris ac illorum, quibus de hoc nostro constat facto, quos etiam pro testibus haberi [volumus], sigillis communitam. Actum in Sulta, anno ab incarnatione domini M° CC° LXXX° IX°, feria VI^a^ post exaltationem sancte crucis. Datum Stralessunde, eodem anno, in die sancti Mychaelis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Stelle ist das Pergament von Mäusen zerfressen; die Namen [1] der Aebtissin und [2] der bischöflichen Diöcese sind nicht ausgefüllt. An der Urkunde hangen 5 Schnüre von weissen leinenen Fäden; an den 4 ersten hangen noch die wohl erhaltenen Siegel:

1) ein grösseres parabolisches Siegel mit einer stehenden weiblichen Figur, welche in der Rechten einen Palmzweig, in der Linken ein Buch hält; Umschrift:

✠ S CAPITVLI DG MONTG . BGATG . MARIG . IN RVIR

(vgl. die Abbildung bei Fabricius III, Taf. 4);

2) das grosse, runde Siegel der Stadt Stralsund: auf Meereswellen ein Schiff, hinter dessen Mast der Strahl (Pfeilspitze) schwebt, welches Symbol auch auf dem Wimpel im Anfange der Umschrift steht; Umschrift:

⸸ SIGILLVM ⁜ CIVITATIS ⁜ ST[RA]LGSVNDIS ⸸

3) ein kleines parabolisches Siegel, in dessen Felde ein Geistlicher vor einem schwebenden Kelche kniet; hinter ihm ein Stern, über ihm und dem Kelche, wie es scheint, eine consecrirende Hand mit Vorderarm; Umschrift:

✠ SIGILL : ALBGRTI . SAGGRDOTIS . IN SL

4) das hieneben auf Kosten der Stadt Sülz und bei Milde, Siegel des Mittelalters II, Taf. 12, Nr. 27, abgebildete älteste Siegel der Stadt Sülz mit dem gekrönten Stierkopfe auf Wellen, auf denen neben dem Stierkopfe zwei Wasserpflanzen stehen; Umschrift:

✠ SIGILLVM + CIVITATIS × SVLTG

Auf dieses Siegel folgt bald, sicher seit 1386, ein ganz ähnliches, neues Siegel; vgl. Masch bei Milde a. a. O., S. 22. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 189, und darnach bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 69.

1289. Oct. 16. Lübek. 2036.

Die Fürsten von Meklenburg verbinden sich mit den Städten Lübek, Hamburg, Wismar und Lüneburg gegen den Herzog Albrecht von Sachsen wegen der den Strassenräubern gewährten Begünstigung.

Confoederatio dominorum Mecklenburgensium, Lubecae, Hamburgi, Wismariae et Luneburgi contra Albertum ducem Saxoniae, qui suasore Hermanno Ribe, agnato Petri Ribe, praedonis Lubecae suspensi, praedonibus receptacula in ducatu quaevisue subsidia paraverat. Lubecae, die Galli, M. CC. LXXXIX.

Der Wortlaut dieses Bündnisses ist nicht aufbewahrt. Obige Inhaltsangabe findet sich bei Dreyer, Apparat. jur. publ. et hist. Lub. I, mit der Bemerkung: „In archivo Lubecensi" (und ist abgedruckt bei Sartorius II, S. 732; Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 707; U.-B. der Stadt Lübek II, S. 57). — Detmar erzählt zum J. 1288 (Grautoff I, S. 163): „In deme sulven iare do wart in sunte Johannes decollationis „daghe [Aug. 29] vanghen en des hertoghen man van Sassen, de ward dor sines rovendes willen han„ghen. Daraf wart grot orloghe. Des mannes vrunt toghen den hertoghen Alberte van Sassen, eren „heren, daran, de was sines broder kinder vormundere, unde wart en hetlik orloghe". Auch Rufus nennt hier weiter keine Personen, setzt dies Ereigniss aber ins J. 1289, wohl richtiger, da die Erbauung der Steinburg und der Zug vor Ratzeburg auch nach Detmar (und nach den Annal. Lubic. bei Pertz, Mon. XVI, p. 415, wo wenigstens das erste Unternehmen genannt ist) erst ins Jahr 1290 fallen. Ohne

Zweifel hat Lübek, weil es Rache für die Hinrichtung des Peter Ribe fürchtete, das oben erwähnte Bündniss geschlossen. Die Wirkung desselben erzählt Detmar zum J. 1290: „Do quemen de Wendeschen heren unde de stede mit vele groten rossen — — to helpe den van Lubeke“ etc.

1289. Oct. 24. Colberg. 2037.

Wichard, Abt von Bukow, bezeugt, dass zwei Domherren von Colberg eidlich erhärtet haben, dass ihrem Capitel 3 Hufen zu Nessin gehören, auf welche das Kloster Dargun Ansprüche erhoben.

Vniuersis presens scriptum visuris Wychardus dictus abbas in Bucow salutem in filio virginis gloriose. Recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod, habita discordia inter religiosos viros dominum Hildewardum abbatem et conuentum monasterii in Dargun, ex una parte, et dominum prepositum necnon canonicos ecclesie Colbergensis super tribus mansis sitis in villa Nesin, ex altera, quos quidem mansos cum integra decima et censu preter dimidiam decimam dicte ville prefati prepositus et canonici ad se asseruerunt pertinere, domino abbate et conuentu predictis in contrarium asserente, tandem delato ex parte sepedicti domini abbatis et conuentus iuramento preposito et canonicis memoratis, quod ad ipsos dicti tres mansi et ad suam ecclesiam pertinerent, quemadmodum est premissum, duo ex ipsis canonicis de consensu adverse partis prestiterunt super hoc in nostra presencia iuramentum. Et in huius testimonium presens scriptum desuper confectum rogati sigillo nostro iussimus communiri. Actum Colbergh in armario canonicorum, anno domini millesimo CC° LXXXIX°, feria secunda ante Symonis et Jude, presentibus fratre Conrado dicto Cule, monacho in Dargun, necnon fratre Johanne de Cracouia, monacho in Bucow.

Nach der Dregerschen Abschrift der Colberger Matrikel, pag. 103.

1289. Nov. 5. Rom. 2038.

Papst Nicolaus (IV.) nimmt das Kloster Doberan in seinen Schutz.

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati et conuentui monasterii Dubranensis, Cisterciensis ordinis, Czwerinensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et, ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater protectionis sue munimine confouere. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes

assensu, personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem domos, villas, terras, vineas, possessiones, pascua, siluas, prata, piscarias, grangias, molendina et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, nonis Nouembris, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das roth- und gelbe seidene Siegelband ist durchschnitten, das Siegel ist verloren gegangen. Es lässt sich daher nicht sicher bestimmen, von welchem P. Nicolaus die Urkunde ausgestellt ist. Nicolaus III. wurde erwählt am 25. Nov. 1277, gekrönt am 26. oder 27. Dec. 1277, er starb 1280 am 22. August; Nicolaus IV. wurde 1288 am 22. Febr. gekrönt, er starb 1292 am 4. April. Papst Nicolaus V. (Gegenpapst), gewählt und gekrönt am 12. Mai 1328, war am 5. Nov. 1329 nicht mehr in Rom, kann also die vorliegende Urkunde nicht ausgestellt haben. Urkunden des Papstes Nicolaus III. vom J. 1279 sind datirt: „Romæ apud S. Petrum, .. pontificatus nostri anno II." (s. Raynaldi Ann. a. 1279); dagegen gibt Raynald zum J. 1289 u. a. § 51 eine Urkunde: „Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, VII. kal. Novembris, [pontificatus nostri] anno II," § 40: „Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, II. non. Novembris, [pontificatus nostri] anno II.", § 72: „Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem, IV. id. Novembris, [pontificatus nostri] anno II." etc. — Die vorliegende Urkunde wird daher von Nicolaus IV. ausgestellt sein.

1289. Nov. 11. Bützow. 2039.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleihet dem Dietrich von Overberg 2 Hufen zu Warnow, und verkauft ihm daselbst 13⅓ andere Hufen, wiederkäuflich innerhalb 5 Jahre.

Hermannus, Bischoff zu Zwerin, verkaufft Dietrich von Ouerberch im dorffe Warnow bey Zernyn 13⅓ hufe vor 450 Mark und 60 Schill. genger muntze, darmit er Jhn auch belehnet, iedoch dass er oder seine nachfolgere innerhalb funff Jare sie wider losen konnen. Vber das hat er Jhn vnd seine erben mit 2 hufen doselbst belehnet. Datum Butsowe, 1289., in festo Martini.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 250 b.

1289. Nov. 22. Rom. 2040.

Protocoll einer am päpstlichen Hofe geführten Verhandlung zwischen den Sachwalten des Hamburgischen Capitels und des Bischofs Konrad von Ratzeburg über ein Mandat, welches in deren Streitsache wegen einer Hamburgischen Präbende für den Capellan des Herzogs von Sachsen vom päpstlichen Stuhle an den Scholasticus zu Lübek unter dem 13. Nov. erlassen ward.

Omnibus presentes litteras inspecturis Guido de Nouauilla, prepositus de Masengeyo in ecclesia Caranotensi, litterarum domini pape contradictarum auditor, salutem in domino. Noueritis, quod, cum Radulfus de Valua, procurator . . decani et capituli Hamemborgensis, Bremensis diocesis, pro ipsis impetraret litteras apostolicas sub hac forma:

Nicolaus episcopus etc. dilecto filio . . scolastico ecclesie Lubicensis salutem etc. Exposuerunt nobis dilecti filii . . decanus et capitulum Hamemborgenses, Bremensis diocesis, quod, cum Johannes cappellanus nobilis viri . . ducis Saxonie, Razeborgensis diocesis, super prouisione facienda sibi de prebenda in eadem ecclesia Hamemborgensi, si qua tunc uacaret ibidem, uel quam primum ad id se facultas offerret, ad venerabilem fratrem nostrum C. Razeburgensem episcopum venerabilis fratris nostri J. Tusculanensis episcopi, tunc in illis partibus apostolice sedis legati, sub certa forma executorias litteras impetrasset, idem executor predictis decano et capitulo Hamemborgensibus inhibuit pretestu huiusmodi litterarum, ne prebendam, quam primo in dicta ecclesia Hamemborgensi uacare contingeret, conferrent alicui uel de ipsa quicquam ordinare uel disponere acceptarent, cum de illa dicto H. (!), ut dicebat, intenderet prouidere. Ex parte uero dictorum decani et capituli dicte ecclesie Hamemborgensis fuit coram eodem episcopo ex[ci]piendo propositum, quod, cum dictus episcopus Razeborgensis esset maioris excommunicacionis uinculo publice innodatus, prout erant in continenti legitime probare parati, idem episcopus ad inhibicionem et prouisionem huiusmodi faciendam predicto Johanni procedere de iure non poterat, nec debebat. Et quia prefatus episcopus Razeborgensis huiusmodi excepcionem legitimam admittere contra iusticiam denegauit, dicti decanus et capitulum Hamemborgenses, sencientes ex hoc indebite se grauari, ad sedem appellarunt predictam. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis, qui fuerint euocandi etc., faciens etc. Testes autem etc. Datum Rome, apud sanctam Mariam maiorem, idibus Nouembris, pontificatus nostri anno secundo.

eisdem litteris Thomas de Aquamundula, procurator venerabilis patris . . episcopi Racheburgensis, pro ipso in audiencia publica contradixit. Quas tandem ea condicione absoluit, quod, licet dictus epi-

scopus in eisdem litteris nominetur expresse, non tamen conueniatur per litteras supradictas, nec ad ipsum eedem littere aliquatinus extendantur, quod pars altera promisit firmiter coram nobis. Jn cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, X. kalendas Decembris, pontificatus domini Nicolai pape IIII^{i} anno secundo.

Nach dem Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz. An einem aus der Urkunde geschnittenen Pergamentbande, auf welchem unten die Worte: „T. do Aquamundula d" stehen, hängt das ziemlich wohl erhaltene parabolische Siegel der Aud. contr., mit der Umschrift:

— — AVDIENTIA : C — — — — — ADIC — — — — —

1289. Dec. 13. 2041.

Heinrich Mörder, Ritter, verkauft dem Kloster zum heiligen Kreuz in Rostock 5 Hufen zu Behrenshagen und 7 Hufen zu Primersdorf im Lande Tribsees.

In nomine domini. Amen. Vniuersis, ad quos iste littere peruenerint, Hinricus miles dictus Morderus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Nouerit vniuersa nacio presencium et queuis successio futurorum, quod quinque mansos in Bernardeshagen et septem mansos in Privestorp in terra Tribuses, quos de paterna hereditate iure successionis habui, venerabilibus in Christo domino preposito Lodewico, priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii sancte Crucis in Rostoch de consensu vxoris mee et heredum meorum vendidi pro quadringentis et octoginta marcis denariorum vsualis monete, cum omni fructu et vtilitate ac omnibus pertinenciis suis, terris, pascuis, siluis, pratis et aquis et cum vsibus, prout in longum et in latum in suis finibus concluduntur, sicut iam eidem monasterio sunt assignati, cum plena libertate ac iudicio sanguinis et mutilacione membrorum, quod colli et manus vulgariter dicitur, cum iuris plenitudine, quod in predictis bonis michi et meis heredibus in futurum competere potuisset, que omnia in manibus dicti prepositi et priorisse loci predicti ad perpetuos vsus eiusdem conuentus resignaui libere et in totum; hac tamen condicione apposita mihique et meis heredibus in perpetuum resignata, quod, cum causa criminalis in bonis predictis immerserit, que colli et manus dicitur, aduocato monasterii iudicio presidente meus aduocatus aut heredum meorum presens adesse debeat et de pena pecuniaria, que delinquentibus imposita fuerit, dimidiam partem accipere, altera medietate monastèrio resignata. Vt autem contractus huiusmodi in nullo vnquam tempore valeat infirmari, presentes litteras inde confectas appensione mei sigilli ad maiorem rei certitudinem communivi. Testes huius rei sunt: clerici: dominus Hinricus plebanus sancte virginis in Rostoch, dominus Johannes plebanus

sancti Jacobi in eadem ciuitate; item milites: dominus Johannes Molteke, dominus Redagus, dominus Bartoldus de Jorke, Johannes filius eius; item burgenses sepedicte ciuitatis: Albertus de Cosuelde, Johannes Ruffus et Albertus frater eius, alii quam plures, qui presentes, cum hec ordinacio fieret, affuerunt. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXIX., in die beate Luci(d)e virginis.

Nach einem Transsumpt vom J. 1593 im pomm. Archiv zu Stettin gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 69.

1289. Dec. 19. Erfurt. 2042.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, quittirt den Deutschen Orden über die Auslieferung mehrerer von seinem Vater in Accon zurückgelassenen Kleinodien.

Nos Heinricus dei gracia dominus de Megkelnburg recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod presentibus viris reuerendis, nobili viro videlicet domino Helmoldo comite Zwerinensi, Guncelino minorum fratrum custode prouincie Thuringie, priore et lectore ordinis predicatorum Erfordensi, recepimus de clenodiis patris nostri dilecti domini Heinrici de Megkelnburch, apud fratres domus Theutonice hospitalis sancte Marie in Accon relictis, scilicet fibulam auream et duos cingulos et quatuor partes calicis cum duabus ampullis argenteis, de quibus clenodiis magistrum et fratres ordinis predicti dimittimus et facimus absolutos. Ceterum si pater noster dilectus a vinculis Sarracenorum diuina annuente gracia fuerit liberatus et magistrum [pre]fatum vel ordinem de sepedictis clenodiis incusare seu inpetere voluerit, ipsos ab omni onere reddimus et reddere volumus liberos et inmunes similiter et indempnes. Huius rei testes sunt: dominus Gothefridus, dominus Hyllo, sacerdotes, capellani dominorum de Megkelnburch, Cunradus dictus P(o)ren, Johannes de Cernin, Bernhardus de Plesse, Gothefridus Dhotenberch, milites, et quam plures alii nobiles et milites fide digni. In huius rei certitudinem et incorruptibilem firmitatem presentem litteram conscriptam dedimus sepedicto magistro et fratribus sigilli domini comitis Zwerinensis predicti et nostri sigilli munimine roboratam. Datum et actum in domo fratrum minorum Erfordie, anno domini M° C° C° LXXXVIIII°, XIIII° kalendas Januarii.

Nach dem Original im Archiv zu Neu-Strelitz. Die beiden Siegel fehlen mit den pergamentenen Siegelbändern. — Gedruckt in Jahrb. XIV, S. 296. — Vgl. Nr. 2043. — Der König Rudolf war am 14. Dec. in Erfurt angelangt. S. Chron. Sampetr. bei Mencken III, p. 296.

1289. Dec. 23. Erfurt. 2043.

Burchard von Schwanden, Hochmeister des Deutschen Ordens, ermächtigt den Rath zu Lübek, die bei demselben für ihn niedergelegten 2000 Mark Silbers an den Fürsten Heinrich von Meklenburg zurückzuzahlen.

Frater Burchardus de Svanden, magister generalis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerusalemitani, discretis viris et honestis consulibus et ciuibus Lubecensibus salutem et sinceram in domino caritatem. Discretionem vestram studio quo possumus ampliori rogamus, quatinus duo milia marcarum puri argenti apud vos sub nomine nostro deposita nobili viro domino Heinrico de Megkelnburge integraliter presentetis. De cuius pecunie promisso, quod nobis fecistis, vos absoluimus et liberos reddimus per presentes. Datum Erfordi in domo fratrum minorum, anno domini M° C° C° LXXXVIIII°, X. kalendas Januarii.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 490, aus dem zu Lübek „auf der Treso befindlichen Original, mit anhangendem, nur im Mittelstücke unversehrt erhaltenem Siegel". — Gedruckt auch bei Grautoff, Histor. Schriften I, S. 116, und in Jahrb. XIV, S. 297. — Vgl. Nr. 1934, 1935, 2030, 2057 u. 2059.

(1289—1291.) 2044.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, beglaubigt den Schutzbrief des Papstes Alexander IV. für den Franciscaner-Orden vom 13. Febr. 1261, nach einer Beglaubigung des Cardinals Hugo vom 6. Febr. 1289.

Notum sit omnibus presentes litteras visuris, quod nos Conradus dei gracia Raceburgensis episcopus uidimus, legimus ac diligenter inspeximus quasdam litteras domini Hugonis cardinalis cum vera bulla ipsius cardinalis bullatas ac sine vituperacione qualibet apparentes, quarum tenor est talis:

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater Hugo permissione diuina (diuina) tituli sancte Sabine presbiter cardinalis salutem in domino. Noueritis nos uidisse, legisse ac diligenter inspexisse quasdam litteras felicis recordacionis domini Alexandri pape quarti cum vera bulla plumbea ipsius domini pape et filo serico coloris rubei et crocei bullatas, non abolitas, non abrasas, non corruptas, non deletas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte uiciatas, sed sanas et integras, sine vituperacione qualibet apparentes, quarum tenor per omnia talis erat:

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis generali et vniuersis ministris, gardianis et fratribus de ordine fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Jn quibusdam locis aliquando illas, prout accepimus, persecu-

ciones et angustias sustinetis, vt uix sit vobis possibile, quod ibidem conditori(s) omnium valeatis, prout cupitis, deuotum impendere famulatum. Hinc est, quod nos vestre prouidere quieti et malignorum maliciis obuiare uolentes, vt nullus de cetero ecclesias aut loca vestra ausu temerario presumat infringere aut in illis violenciam dampnabilem exercere, auctoritate presencium districtius inhibemus. Jlli uero, qui diuini postposito timore nominis secus facere presumpserint, ipso facto sentenciam excommunicacionis incurrant, a qua non possint absolui nisi per sedem apostolicam vel per conseruatores ab ea vobis aut eidem ordini deputatos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibicionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani, id. Februarii, pontificatus nostri anno septimo.

Jn cuius rei testimonium dictas litteras hic copiari, exemplari et transcribi de verbo ad verbum, nil addito vel mutato, fecimus per Petrum nostrum notarium et transcripto huiusmodi sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Rome apud sanctam Sabinam, die sexto mensis Februarii, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno primo, sub anno domini millesimo CC°LXXX°IX°, indictione secunda.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 1746 abgebildete parabolische Siegel des Bischofs Konrad von Ratzeburg wohl erhalten. Die St. Claren-Nonnenklöster standen unter der Verwaltung des Franciscaner-Ordens, und daher ist diese Urkunde in das 1323 gestiftete Claren-Kloster zu Ribnitz gekommen.

(1289—1291.) Lübek. 2045.

Gödeke von Swineborg macht sein Testament.

In nomine domini. Amen. Ego Godeke dictus de Swineborch, compos mentis et corporis, sic meum facio testamentum. Si morte preuentus fuero, sciendum, quod filie sororis mee Gese do domum, in qua maneo — — —. Jtem claustro sanctimonialium Roztok et Reinebeke et Rune et Rene et Zernetin et Nouo Claustro et Jtzeho et Poreze et Vtersen et Ziscemere et Reineuelde et Doberan et Dobertin et Herwardeshuden et claustris dominarum de Kolberghe et Stetin et Celi Porte et Dargun et Garz et Staregarden et claustro dominarum prope Dannenberghe et Eldena et minoribns in Grifenberghe cuilibet loco X marcas denariorum; item hospitalibus Zwartowe, Gronowe et Trauenemunde et Dartzowe et Molne et Raceborch et Odeslo et Wismarie et Greuesmolen et Zwerin et ibidem sancto Spiritui cuilibet loco V marcas denariorum, sancto Spiritui Odeslo X marcas denariorum, Molne et Raceborch domibus sancti Spiritus cuilibet loco V marcas denariorum, sancto Spiritui Wismarie X marcas denariorum. — —

Elizabet Sweimen in Rune do II marcas denariorum. — — Procuratores constituo dominum Gerardum de Bocholte et Johannem Sweimen et Renboldum Spruteken. Hec omnia stabilia tenebo, quin eis notorie contradicam. Thiderico famulo meo do arma mea, monachis Raceborch do X marcas denariorum. Testes sunt: domini consules Rodolfus de Fagho et Johannes Runese.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 481, aus dem auf der Registratur zu Lübek befindlichen Original. Die Herausgeber des Lüb. U.-B. bemerken, dass sich unter dem J. 1297 im Ober-Stadtbuche eine Inscription finde, nach welcher damals Gödeke bereits verstorben war (Reinboldus Sprutike emit a domina sua Gesa domum, que fuerat Godekonis de Swineborch), andererseits aber Gödeke 1285 noch lebte (weil damals noch ein „Godeke iunior de Swineborch" genannt wird). Sie meinen, das obige Testament sei „vor 1289" geschrieben, weil von diesem Jahre an die Lübischen Testamente datirt seien, und ferner, weil die darin als Zeugen genannten Rathsherren „als solche nur in Urkunden von 1277 bis 1289" vorkämen. Die letzte Behauptung wird freilich durch das Lüb. U.-B. selbst widerlegt. Denn Johann Runese wird 1284 als Rathsherr genannt [L. U.-B. I, Nr. 453; s. Mekl. U.-B. III, Nr. 1715, Note], Rodolf van der Böken 1286 [L. U.-B. I, Nr. 493]; zusammen aber kommen beide als Rathsherren in den Jahren 1289, 1290 und 1291 vor [L. U.-B. I, Nr. 535, 536, 552, 578]. Ob Rodolf v. d. Böken noch später genannt wird, ist uns nicht bekannt (Johann Runese lebte noch 1300, s. L. U.-B. II, S. 97); wir setzen das Testament daher in die Jahre 1289 — 1291. — Die Erwähnung des Klosters Cooli Porta bietet keinen chronologischen Anhaltspunct; denn das bei Lychen belegene Kloster dieses Namens empfing erst im Jahre 1299, am 25. Nov., seinen Stiftungsbrief; gemeint ist hier das Frauenkloster dieses Namens, welches die bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), Nr. CCXI, abgedruckte Urkunde vom 17. März 1291 ausstellte.

(1289 — 1298.) 2046.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, und ihr Sohn Heinrich bezeugen dem Heinrich von der Weser, dass er den Wismarschen Rath nicht, wie dieser behaupte, bei ihnen verleumdet und in Ungnade gebracht hat.

Anastasia dei gratia domina Magnopolensis necnon H[inricus] eadem gratia et eiusdem dominii domicellus omnibus presentia visuris salutem in domino. Nouerint vniuersi, ad quos presens scriptum deuenerit, quod ex relatione quorundam ueraciter intelleximus, quod consules Wissemarie culpent Hinricum de Wesera, quod indignationem nostram incurrerint propter eum. Quod nequaquam ita sit, nec Hinricus hoc egerit apud nos ullo modo precibus siue muneribus, ut ipsis propter sepedictum Hinricum indigna[re]mur, nec eciam ciuitati penitus ullam inoportunitatem postea intulerimus nec unquam faciemus, sed semper faciemus, sicut iure tenemur: hec omnia ita esse testamur in deum, sicut litteris nostris publice protestamur. Sed si litteris nostris credere quoquo modo nolletur, si necesse fuerit, adhuc manifestius et uerius probabimus. Vt autem hec ita sint, presens scriptum sigillorum nostrorum appensionibus duximus muniendum.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 66, aus „dem auf der Trese [zu Lübek!] befindlichen Original, von welchem jedoch Siegelbänder und Siegel abgerissen sind". Während der Zeit der Wallfahrt und Gefangenschaft des Fürsten Heinrich I. lebten in Wismar (nach dem Wism. Stadtb. B) zwei Bürger,

welche den Namen Heinrich von der Weser trugen. Der eine, mit dem Beinamen „Rodecogele", erscheint seltener, der andere, bisweilen (seit 1290) „Clumpsuluer" zubenannt, kommt in den Jahren 1273—1297, d. h. durch das ganze Stadtbuch, sehr oft vor und muss ein sehr wohlhabender und angesehener Mann gewesen sein. (Vgl. unten „1298—1299".) Wahrscheinlich betrifft das obige Zeugniss also den letzteren. Die Zeit aber, da dasselbe ausgestellt ist, lässt sich mit Sicherheit nicht ermitteln. Da der jüngere Fürst, Johann, dasselbe nicht mitgegeben hat, kann man allerdings vermuthen, dass es erst nach seinem Tode [s. Nr. 2022] ausgestellt ist, und andererseits bestimmt die Rückkehr des Fürsten Heinrich I. (1298, Aug.) die äusserste Grenze. Nach dem Tode ihres Sohnes Johann zog die Fürstin Anastasia sich von den Regierungsgeschäften zurück; ihr Sohn Heinrich II. stellt fortan die Urkunden allein in seinem Namen aus und gedenkt in denselben der Zustimmung seiner Mutter; aber ein Zeugniss konnte dieselbe ja immer mitertheilen. Die allgemeine Fassung des Zeugnisses lässt eine nähere Zeitbestimmung kaum zu. Zweifelhaft möchte es nicht sein, dass es zusammenhängt mit den Streitigkeiten zwischen der Stadt Wismar und der Landesherrschaft, welche am 28. März 1300 in Anwesenheit, also auch wohl unter Mitwirkung Lübischer Rathsherren beigelegt wurden; es wird sich so auch am leichtesten erklären, wie dasselbe in die Lübeker Tresekammer gelangt ist. Aber wann Lübek in diesen langjährigen Streitigkeiten die muthmassliche Vermittelung begann, ist nicht zu bestimmen.

1290. Ferrara. 2047.

Munio, Ordensmeister der Dominicanermönche, macht den Grafen Helmold von Schwerin und dessen Gemahlin Margarete aller guten Werke seines Ordens theilhaftig.

Inclito et magnifico viro domino Helmoldo comiti Zwerinensi et clarissime ac deuote domine Margarete, vxori eius, frater Munio, magister ordinis fratrum predicatorum licet indignus, salutem et prosperos ad salutaria vota successus. Quia illi, quos carnis origo nobilior produxit in lucem et potestas amplior preconio celebri sublimauit, variis rerum euentibus inter aduersa mundi et prospera sepius colliduntur et periculis patent plurimis, nisi celestibus adiuti suffragiis ad salutaria dirigantur, vestre fidei sinceritas nostrorum fratrum super hiis exhiberi auxilia postulauit, quos dei credit domesticos et amicos. Ego igitur uestris multiplicibus beneficiis, quibus fratres ordinis nostri releuatis, gratiarum fauoribus oportunis debita recognitione pensatis, deuote dominationi vestre omnium missarum, orationum, predicationum, ieiuniorum, abstinentiarum, vigiliarum, laborum ceterorumque bonorum, que per fratres ordinis nostri dominus per mundum fieri dederit vniuersum, participacionem concedo tenore presentium specialem. Volo insuper, vt post decessum vestrum anime uestre fratrum totius ordinis oracionibus recommendentur in nostro capitulo generali, si vestri obitus ibidem fuerint nunciati, et iniungantur pro uobis misse et oraciones, sicut pro fratribus nostris defunctis fieri consueuit. In cuius concessionis testimonium sigillum nostrum duxi presentibus apponendum. Datum apud Ferrariam, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in capitulo generali.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Siegel und Siegelband fehlen.

1290. Malchin. 2048.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht mit seinen Söhnen Nicolaus und Heinrich dem Kloster Dobbertin das Eigenthum des Dorfes Lupendorf, welches das Kloster von dem Ritter Nicolaus Hahn gekauft hat, und einen Antheil an dem Aalfange bei der Eldenbrücke.

A.

Hinricus Her von Werle gibt mit bewilligung seiner Sohne Nicolai und Hinrici dem Closter Dobertin den eigenthumb des Dorffs Lubendorff, welches sie von Claws Hanen gekaufft, mit aller zubehorung vnd Muhlen etc., aussgenommen dreien hufen durch Petrum von Wademanshagen gekaufft, so zur Kirchen zu Gustrow gegeben. Ferner hat obengedachter her dem Kloster Dobertin ein teil des Aelfanges bei der Eldenbrugge gegeben, nomlich vier marck Pacht dauon vnd den dritten teil des Aelss, so gefangen wirt. Actum et datum in Malchin, anno domini 1290.

B.

Nicolai vnd Hinrici Hern von Werle brieff, darin sie gleichfals, was in vorigem ihres vatern briefe *[A]* von Lubendorff vnd dem Aelfange bei der Eldenbrugge gemeldet, [bestätigen]. Actum et datum Malchin, 1290.

Nach Clandrians Dobbert. Regesten, Nr. CCXL u. CCXLI. Clandrian bemerkt dabei: „Diese beiden Brieffe sein den Hanen zugestellet Ao. 1579." — Vgl. oben Nr. 1906, 1964 und 1989. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 148, 149 (wo die Note über die weitere Geschichte von Lupendorf nachzusehen ist).

1290. 2049.

Nicolaus, Graf von Danneberg, verleiht dem Ritter Huno von Carowe das Dorf Grittel mit der Holzfreiheit im Walde Lipe.

Cvnctis Christi fidelibus hanc presentem pagynam visuris salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi, tam presentes, quam futuri, quod nos Nycolaus dei gracia comes de Dannenberg domino Hunoni dicto de Carogve et pueris suis villam, que dicitur Critle, et ligna ad ipsius vsus in silva Lipe cum omni iure, sicuti nos abuimus, et sine aliquo seruicio, libere contulimus. Et cum filiis fratris nostri consessum fuerit comitis Adolphi bone memorie, id ipsum facient sine aliquo inpedimento. Et vt ipsi ratum seruabunt pueri, promisimus fide data nos dei gracia comes N. de Danneberg et Johannes dictus Gans de Parleberg. Huius rei testes sunt: dominus Johannes de Gardistz et Volmarus de Velevisz et Godefridus de Logstede et Rogcherus et H. Brunstene. Actum anno domini M° C° C° LXXXX.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen trägt dieses:

1) das runde Siegel des Grafen Nicolaus von Danneberg: in einem Schilde ein aufgerichteter Löwe (die Umschrift ist abgebrochen);

2) das hiencben abgebildete runde Siegel des Johann Gans zu Perleberg, welches eine Gans mit ausgebreiteten Flügeln auf einem mit Perlen gezierten Thorgiebel zeigt. Umschrift:

✠ SIGILLVM . IOH[A]NIS A[V]CA . DA PARLANBAR[G]A

Ueber den Inhalt der Urk. vgl. Rudloff, Gesch. der Grafen von Danneberg in Mekl., S. 32 u. 40, Urk.-Lief. Nr. LXVIII. — Gedruckt auch bei Lisch, Verwandtschaftl. Verbindungen des ältern Hauses Gans von Putlitz, Urk. Nr. IV, und Jahrb. VIII, S. 256.

1290. Rostock. 2050.

Das Franciscaner-Kloster zu Rostock räumt dem Dänen Helge auf seine Lebenszeit ein Haus ein und wird dafür Erbe seines Nachlasses.

Memorandum, quod fratres minores anno domini M° CC° nonagesimo assignauerunt Sacro Dano domum vnam transuersalem, in area fratrum iuxta domum fratrum uersus austrum sitam, cum conditionibus infrascriptis. Idem Sazer domum dictam ad tempora vite sue habebit, nec quisquam heredum suorum post obitum eiusdem quicquid iuris sibi vendicabit in ipsam, et res, quas post se moriens der[e]liquerit, domui fratrum cedent vniuerse; excepto quod potestatem super XXX marcas et vtensilia habebit, si in testamento suo has alicui voluerit assignare; si uero diem extremum sine testamento clauserit, vniuersa, que reliquerit, fratribus cedent. Et ad ista prefatus [S]azer coram consulibus assensum prebuit spontanea voluntate.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 22.

1290. Rostock. 2051.

Heinrich und Johann von Ibendorf, Johann Schwarz und andere Verwandte übernehmen die nachgelassenen Kinder Ludolfs von Ibendorf.

Memorandum, quod Henricus et Johannes fratres dicti de Ybendorp et Johannes Niger cum filio suo Johanne et aliis amicis puerorum Ludolfi de Ybendorp de dictis pueris concordarunt in hunc modum. Idem Johannes de Ybendorp duos assumet pueros cum quinquaginta quinque marcis, de qua summa pueros pascet predictos, et insuper quinque marcas annuatim dabit pueris, et pro huiusmodi eisdem suam posuit hereditatem. Jtem Johannes Niger cum Johanne filio suo alios duos dicti Ludolfi assument pueros cum summa tanta, quinquaginta

quinque marcis videlicet, de qua summa dictos procurent pueros, quinque marcas annis singulis ipsis addendo, et pro huiusmodi hereditatem suam dictis pueris posuerunt. Ludolfus Pes, Ludbertus Duneuar, Henricus de Lare tabule presidebant. Jnsuper Johannes Niger dictos pueros cum dicta summa tenebit, quousque ad annos nubiles perueniant et patrui eorum puerorum cum aliis amicis ipsos desponsare decreuerint. Johannes eciam de Ybendorp ad hereditatem suam iuxta sanctum Nycolaum sitam promisit pro defectu.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 24.

(1290.) Wismar. 2052.

Johann von Rohlsdorf zu Wismar verpfändet einen halben Garten auf dem Felde Schweinekrug.

Johannes de Roleuestorp inpignorauit Hennekino Alheydis dimidium ortum situm in campo Swinecroge pro XV marcis denariorum, quas sibi persoluet in festo beati Michaelis proximo.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 154. — Der „campus Swinecrog" liegt vor dem Meklenburger Thore, links an dem Wege nach der Mühle zur Klus.

(1290.) Wismar. 2053.

Heinrich König, Knochenhauer zu Wismar, verpfändet mit seinen Söhnen drei Morgen auf dem Kronskamp.

Hinricus Rex, et duo filii, inpignorauit Lamberto penestico tria iugera sita super Cronescampe pro XIX marcis denariorum, que si non redemerit in octaua pasche, dicto Lamberto permanebunt pro XXIIII^{or} marcis denariorum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 154. — Der Kronskamp, hier zuerst genannt, ist ein noch heute unter diesem Namen bekanntes Ackerstück von 26½ Morgen, welches gegen Grese hin liegt und nach einer Einzeichnung in Stadtb. B, auf p. 167, einen Theil der Feldmark Dargetzow bildete.

(1290.) Wismar. 2054.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen eine Worth beim alten Georgen-Kirchhof.

Consules emerunt aream quandam, que fuerat Hinrici de Brakle, sitam apud antiquum cimiterium beati Georgii, a Germode filia ipsius Hinrici cum consensu heredum suorum, quam per tutorem consulibus resignauit, et consules eam sibi totaliter persoluerunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 155.

(1290.) Wismar. 2055.

Heinrich von Grevesmühlen zu Wismar verlässt der Nicolai-Kirche ein Erbe.

Hinricus de Gnewesmolen resignauit ecclesie beati Nicolai hereditatem quandam sitam apud domum Godscalci Prenonis, prout ius est ciuitatis. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 156.

(1290.) Wismar. 2056.

Johannes Middelvar zu Wismar streckt der Stadt 200 Mark wendisch vor.

Johannes Middeluare prestitit ciuitati et consulibus ducentas marcas denariorum slauicalis monete, vnde a festo Martini proximo anno elapso dabuntur sibi XX marce quolibet anno, quamdiu ciuitas eosdem denarios sub se habuerit. Quos denarios dum idem Johannes rehabere voluerit, in dimidio anno prius indicabit ciuitati. Si vero ciuitas carere uoluerit eisdem denariis, eciam sibi prius hoc in anno dimidio indicabit. Si uero medio tempore eundem Johannem ab hoc seculo migrari (!) contigerit, in vltimo anno non dabitur inde census prenotatus, et hoc ideo, quod consules eo maiorem fauorem habeant ad exponendum eosdem denarios, ubi predictus Johannes eos habere voluerit, videlicet uxori sue terciam partem, heredibus suis terciam partem et terciam partem propter deum; et hoc exequendum cum consilio consulum domino Conrado Reynoldi commisit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 157. — Getilgt.

1290. Jan. 20. Lübek. 2057.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bezeugt, von der Stadt Lübek 2000 Mark Silbers empfangen zu haben, welche der Deutschordensmeister Burchard von Schwanden derselben in Verwahrung gegeben hatte.

Nos Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis recognoscimus plenius protestantes, nos recepisse ab honestis viris consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis nobis dilectis duo milia marcarum argenti puri in pondere Coloniensi, apud eos per reuerendum virum fratrem Borchardum de Swanden, domus Theutonice summum magistrum, deposita aliquamdiu pariter et seruata. Dimittimus igitur eos et eorum conciues ac eciam omnes, quorum interest vel interesse poterit, quitos, solutos et liberos de eisdem. Cuius rei testes sunt: fideles nostri Benedictus de Rodenbeke, Bernardus de Plesse, Thidericus de Jndagine, Ludolfus de Trauene-

munde, Reynmbernus de Barnecowe, Hartwicus Meteko [1], milites, et alii quam plures milites fide digni. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum appendi iussimus huic scripto. Datum Lubeke, anno domini M° CC° LXXXX., Fabiani et Sebastiani.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek III, S. 27, aus „dem Original auf der Tresc. Von dem angehängten Siegel ist nur ein kleiner Rest erhalten". — [Statt [1] Meteko ist Metceko oder Meceko zu lesen.] — Vgl. Nr. 2043 und unten Nr. 2059.

1290. Jan. 25. Stargard. 2058.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, stiftet das Cistercienser-Nonnen-Kloster Wanzka.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. [1] Albertus dei gracia marchio Brandeburgensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, subscriptorum omnium [2] perpetuam firmitatem. Quoniam mutabilium successio temporum actiones hominum variat et immutat, ne contra rem gestam quandoque prauorum consurgat iuuidia et exinde rite acta contingat temeritatis omine retractari, vt rei tempus et ordo pensetur, ea que inter mortales ordinantur, in scriptorum superficiem necessario rediguntur, vt rei geste veritatem testentur expressam sollerter eloquia litterarum. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam, tam presentium, quam futurorum, volumus deuenire, quod nos de consensu et beniuolencia heredum nostrorum ecclesiam sanctimonialium in Wancik, Cysterciensis ordinis, Hauelbergensis dyocesis, fundauimus ad honorem omnipotentis dei et sue matris beate Marie semper virginis gloriose, pro vberiori anime nostre necnon progenitorum nostrorum remedio, dotantes et conferentes iusto proprietatis tytulo eidem ecclesie villam Wancik adiacentem, necnon viginti quinque mansos in villa Beleuiz, et Blankense totam, Zachowe totam, Crikkowe totam et ibidem proprietatem molendini cum quinque choris et dimidio siliginis annuatim, Mechowe cum sexaginta quatuor mansis, cum omni situ agrorum, sine mensura in agris predictarum villarum perpetuo facienda, cum omnibus suis attinentiis, molendinis, siluis, pratis, pascuis, stagna quoque cum suis vsibus omnibus et singulis, ita videlicet, vt nullus preter consensum prepositi, qui pro tempore fuerit, in eisdem aliquibus piscationibus perfruatur, et generaliter cum omnibus determinationibus bonorum attinencium in terris cultis et incultis, noualibus exstirpatis vel in posterum exstirpandis, cum omni vtilitate, que nunc est uel de predictis bonis haberi poterit in futurum. Ceterum protestamur per presentes, quod nos ecclesie memorate in villa Lubrechtisdorp ius patronatus ecclesie et

ibidem vndecim mansos cum taberna contulimus propter deum, necnon octo mansos in Cvlpyn, Brvsenwalde sex mansos, in Cvssowe quoque octo mansos cum omni questu ac vsu de mansis eisdem, cum omni proprietate prescripte ecclesie pure resignauimus et deuote, eodem modo ob persistenciam fortiorem molendinum proximum value Stargardensi, ex qua itur Rouin, cum fructu toto ac omni iure, item de quatuor molendinis apud dictam ciuitatem Stargard sitis triginta duos solidos Brandeburgensium denariorum, et totum censum arearum ciuitatis eiusdem. Preterea, ne quis eandem ecclesiam sanctimonialium in Wancik in se uel in suis subditis in aliquo valeat perturbare, contulimus eidem omnem[3] iurisditionem dictorum bonorum, iudicium videlicet sanguinis, id est capitalis sententie, omniumque culparum correctionem et omne ius prefecture super colonos eorumdem bonorum, nichil omnino iuris nobis uel nostris successoribus in eisdem quomodolibet reseruantes; adicientes, vt homines dicte ecclesie ab omni onere petitionis, precarie et seruicii cuiuslibet sint immunes. Vt autem huiusmodi fundatio et donatio per nos rite facta in perpetuum firma et stabilis perseueret, ne per nos seu per quempiam successorum nostrorum in posterum valeat irritari, in testimonium premissorum presentibus de certa nostra consciencia conscriptis sigillum nostrum duximus apponendum. Huius rei testes sunt: Rodolfus Munth, Heinricus de Lancowe, Lvdolfus de Plote, Gothemarus Dargaz, Guntherus de Reberch, Albertus de Heydebrach, Erenbertus de Wodensue[4], Heinricus Manduuel, Heinricus Soneke, Heinricus Mysnerus, Bernardus de Peccatel, Heinricus de Peccatel[5], Fredericus Soneke, Willekinus Soneke, milites, et famuli: Johannes de Heydebrach, Heinricus de Heydebrach, Heinricus de Staffelt, Guntherus de Reberch, Johannes de Reberch, Conradus de Lancowe, Geroldus de Peccatel, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Datum Stargard, per manum Lvdolfi nostre curie notarii, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in die conuersionis beati Pauli apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rother Seide hängt das wohl erhaltene parabolische Siegel mit dem Bilde des stehenden Markgrafen in Panzer und Mantel, in der rechten Hand eine mit dem Adler gezierte Fahne mit 5 Lätzen, die linke Hand gestützt auf den Schild mit dem rechts schauenden Adler. Umschrift:

.. S ALBERTI : DEI : GRACIA : MARCHIONIS · BRANDEBVRGEN̄SI[S]

— Gedruckt bei Boll, Starg. I, S. 316.

Von dieser Ausfertigung wird wohl auch das Transsumpt des Fürsten Heinrich II. von Meklenburg, d. d. Stargard, 1300, Nov. 11, genommen sein. Es fehlen darin die Worte: [1] In — Amen — [2] omnium — [3] omnem — [5] Heinricus de Peccatel. Dagegen hat auch dies Transsumpt: [4] Wodensue (nicht Wodensuege).

1290. Febr. 1. 2059.

Anastasia, Fürstin von Meklenburg, bezeugt, dass der Rath der Stadt Lübek ihr die bei demselben für den Hochmeister des deutschen Ordens niedergelegten 2000 Mk. Silbers zurückgegeben hat.

Nos dei gracia Anastasia domina Magnopolensis omnibus presentibus et futuris notum esse uolumus, quod a viris discretis et honestis consulibus Lubicensibus recepimus duo milia marcarum puri argenti sub pondere Coloniensi, quod tenebant ad manus magistri generalis Burchardi de Swanden hospitalis sancte Marie de Jerusalem, a quo nos et nostri successores predictos consules dimittimus perpetue liberos et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti karte duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° LXXXX°, in vigilia purificationis virginis gloriose.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 494, aus „dem auf der Trese befindlichen Originale. Das Siegel ist abgerissen". — Gedruckt auch bei Grautoff, Hist. Schriften I, S. 116, und in Jahrb. XIV, S. 298. — Vgl. Nr. 1257, auch Nr. 2043 und die daselbst citirten Urkunden.

1290. Febr. 2. 2060.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestätigt dem Kloster Reina das Eigenthum von acht Hufen in Gostorf mit dem Antheil am Cermermoor und zwei Hufen in Martensdorf.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus Cristi fidelibus presentibus et futuris in perpetuum. Ne ea, que ab humanis actibus seu prouisionibus ordinantur, per etatum fluxibilitatem obliuionem, matrem ignorancie, de facili introducant, opere precium est, vt vel testibus vel scripture memoria debitum capiant firmamentum. Huius rei gracia omnibus tam presentis temporis, quam futuri fidelibus notum esse volumus et constare, quod de consensu ac bona voluntate nostra dominus Hermannus, sanctimonialium in Rene prepositus, ecclesie sue Renensi rite ac legitime octo mansos in villa Gozwenstorpe positos, cum sua parte paludis Cermermor dicte, iure et iudicio vasallorum nostrorum, cum suis terminis in longum et in latum distinctos, prout tunc empcionis tempore iacuerant, conparauit, in Mertenstorpe vero duos mansos, cum iudicio tocius ville minori atque tercia parte maioris iudicii, nobis eidem ecclesie Renensi supradicte ob spem salutis eterne et remedium animarum progenitorum nostrorum proprietatem omnium conferentibus predictorum. Cuius rei testes sunt: domini Gerardus Mecicke et Hartwicus frater eius, Benedictus de Rodenbeke, Johannes et Henricus fratres de Barnekowe, Henricus de Stralendorpe, Theodericus de Jndagine, Johannes Storm, milites; Godefridus sancti

Georii in Wismaria plebanus, Johannes de Gressowe, Henricus de Dartzowe sacerdotes, Godefridus, Hillo, Bertoldus, capellani nostri. Datum anno domini M° CC° LXXXX°, die purificacionis Marie virginis gloriose.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Wismar. Das Siegel ist von der roth-seidenen Fadenschnur abgefallen. — Gedruckt in Schröders W. E., S. 228; Franck, A. u. N. M., Bd. V, p. 112. — Vgl. Bd. II, Nr. 1354, und Nr. 2061.

1290. Febr. 2. 2061.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster Rehna das Eigenthum von 8 Hufen in Gostorf, 8 Hufen in Zweendorf (Wocecikendorp) und 2 Hufen in Martensdorf.

In nomine — — *[wie Nr. 2060]* — — octo mansos in uilla Gozwenstorpe positos et in uilla Wocecikendorpe totidem, ‘iure et iudicio — — *[wie Nr. 2060]* — — Mecike et Hartwicus — — gloriose.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin, an dessen roth-seidener Siegelschnur das Siegel fehlt. Diese Urkunde lautet bis auf die angegebenen Worte der Nr. 2060 völlig gleich; es fehlen hier also die Worte „cum sua parte paludis Cermermor“, und dafür sind die Worte „in uilla Wocecikendorpe totidem“ hineingesetzt, wobei vergessen ist, die nun vor ‘iure nothwendige Präposition „cum“ hinzuzufügen. — Vgl. Bd. II, Nr. 1354, und über das mit Albertsdorf (Bd. II, Nr. 792) zu Zweendorf vereinigte Wocecikendorf: Jahrb. XV, S. 70 flgd., u. XX, S. 242 flgd.

1290. März 22. Nyborg. 2062.

Erich, König von Dänemark, bestätigt den Bürgern von Wismar die Befreiung vom Strandrecht in seinen Reichen und nimmt sie gegen Erpressungen seiner Vögte in Schutz.

Ericus dei gracia Danorum Slauorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem. Notum facimus vniuersis, quod nos dilectos nobis ciues de Wismaria, quocienscumque circa partes regni nostri naufragium, quod tamen deus auertat, eos pati contigerit, eisdem libertatibus et iuribus circa res suas saluatas uel saluandas gaudere volumus et vti, quibus tempore aui nostri dilecti regis Waldemari felicis recordacionis dinoscuntur fuisse gauisi. Jnsuper volumus, quod aduocati nostri, quando dicti ciues ad partes nostras cum mercibus suis declinauerint, res aliquas ab eis non emant nec recipiant contra ipsorum voluntatem, sed, si res aliquas emerint vel receperint, mandamus ipsis, vt eisdem ciuibus precium pro huiusmodi rebus receptis ad ipsorum absque omni molestacione persoluant voluntatem, et hoc non omittant, sicut regiam vitare voluerint vlcionem. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum Nyborgh, anno domini M° CC° XC°, quarta feria ante dominicam palmarum, testibus dominis Nicolao Burglanensi, Ghisikone Othoniensi, Cristerno Ripensi, Johanne Arusiensi episcopis, Joon Litle, Vffone dap[if]er[o] et aliis consiliariis nostris.

Nach der Abschrift im Privilegienbuche der Stadt Wismar, mit dem Rubrum: „De libertatibus habendis in regno Dacie".

1290. März 24. Erfurt. 2063.

Theoderich, Prior der Andreaskirche zu Orvieto, päpstlicher Collector der für das heil. Land bestimmten Zehnten aus dem Erzbisthume Bremen etc., entbietet die Collectoren für das Bisthum Ratzeburg zur Rechnungsablage zu sich.

Theodericus prior ecclesie sancti Andree Vrbeuetani, domini pape cappellanus, collector decime, vicesime, redemptionis uotorum et crucis legatorum et obuentionis cuiuslibet terre sancte deputatorum subsidio in Treverensi, Maguntinensi, Coloniensi, Bremensi et Magdeburgensi prouinciis ac Caminensi diocesi per sedem apostolicam deputatus, discretis et prudentibus viris dominis .. collectoribus decime terre sancte in Razburgensi[1] ciuitate et diocesi quoad exemptos[2] deputatis salutem in domino. Cuiuslibet aliene rei gestoris debent esse sollicitudines studiose, ut ea que ger[it] negotia, uotis respondeant dominorum, et cum ab eo requiritur ratio gestionis, pronus inueniatur et agilis ad omnia executioni mandanda, que procedunt de ipsius domini uoluntate, ut nulla possit aspergi infamie macula et nullius suspitionis nota aliqua lacerari: nam in talibus cum se aliquis reddit difficilem, affectum videtur habere bona alterius retinendi. O quam honorificum reputatur, se talibus expurgare oneribus et se ad exhibendum omni explosa tarditate ea, que recepit, ostendere liberalem! Sane [cum], sicut uobis alias scripsisse meminimus, in prefatis prouinciis de mandato sedis apostolice dictam decimalem pecuniam ab omnibus collectoribus, debitoribus seu a quibuscunque detentoribus exigere debeamus et receptorum rationem audire ab omnibus teneamur, uobis auctoritate, qua fungimur, precipiendo mandamus, quatinus uos uel alter uestrum infra XV dierum spacium ad nos in Herfordiam uenire nullatenus retardetis, ut una uobiscum ordinare dicta negocia taliter ualeamus, quod in utilitatem dicte terre possimus Romane ecclesie affectui subuenire. Datum Erfordie, IX. kalendas Aprilis, anno domini M° CC° LXX° XX°.

Nach dem Original im Ratzeburgischen Archiv zu Neu-Strelitz. An einem Pergamentstreifen hängt ein parabolisches Siegel, worauf Christus dargestellt ist, wie er zu Petrus in den Kahn tritt; Umschrift:

— — ODARICI PO[RI]S — — [ANDR]AE VRBAVETANI — —

Auf dem Rücksiegel sieht man einen Schild mit einem gezahnten Balken und die Umschrift:

✠ SAA[RATVM ThAODAR]IAI P — — — S ĀDRAA

Das Wort [1]„Razburgensi“ ist von einer zweiten Hand und mit anderer Dinte auf eine Rasur geschrieben, von einer dritten Hand sind die Worte [2]„quoad exemptos“ übergeschrieben.

1290. April 2. Rostock. 2064.

Inschrift auf dem Ostern 1290 gegossenen bronzenen Tauffass in der Marienkirche zu Rostock.

1. AVA * MARJA * GRACIA * PLANA * DOMINVS * TAAVM * BANADJATA * TVJ * JN MVLJARIBVS * AD * BANADIATVS * FRACVS * VANTRJS * TVI * Ā *
2. SALVA * RACINA * MISARJAORDJA * VITA * DVLAADO * AT * SPAS * NOSTRA * SALVA * AD TA * ALAMAVS * AXVLAS * FILJJ * AVA * AD TA *
3. SVSPIRIMVS * CAMANTAS * AT * FLANTAS * JN * HAA * LAARIMARVM * VALLA * AYA * ARCO * ATVOAT * NOSTRA * JLLOS * TVOS * MIS *
4. OAVLOS * AD NOS * AONVARTA * AT * JHASVM * ANNO * DN̄I * M° * AA° * NOVOCASIMO * JN * FASTO * PAAA * PRAPARATVM * FVIT * BAPTISMVM * IN * ROZTOK *
5. BANADIATVM * FRVATVM * VANTRIS * TVI * NOBIS * POST * HOA * AX *
6. OSTANA * O ALAMANS *

D. i. 1. Ave, Maria, gracia plena! Dominus tecum, benedicta tu(i) in mulieribus! e[t] benedictus fr[uct]us ventris tui! Amen.
2. Salve, regina[, mater?] misericordie; vita, dulcedo et spes nostra, salve! Ad te clama[m]us, exules filii Eve, ad te
3. suspir[a]mus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eya ergo, advo[c]at[a] nostra, illos tuos mis[ericordes]
4. oculos ad nos converte et Jhesum, ‖ Anno domini M° CC° no[na]gesimo, in festo pa[s]ce, preparatum fuit baptismum in Roztok. ‖
5. benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc ex[ilium]
6. osten[d]e, o clemens, [o pia, o dulcis virgo Maria]!

Das Tauffass aus Bronze in der Marienkirche zu Rostock, welches die obige Inschrift trägt, 10 Fuss hoch und reich mit einer Lebensgeschichte Jesu in 88 Figuren geschmückt, ist beschrieben von Lisch in Jahrb. XXIX, S. 216 u. f. — Von den 6 Zeilen der Inschrift steht die erste auf dem oberen, die zweite auf dem mittleren, die dritte auf dem unteren Rande des Tauffasses, die vierte auf dem unteren, die fünfte auf dem mittleren und die sechste auf dem oberen Rande des Deckels.

1290. April 7. 2065.

Heinrich, Fürst von Werle, schenkt mit Zustimmung seines Oheims, des Herzogs Bogislav von Stettin, dem Kloster Reinfeld das Eigenthum des Dorfes Kleth in der Vogtei Stavenhagen.

Vniuersis Christi fidelibus hoc transscriptum visuris B. dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus, decanus totumque capitulum ibidem salutem et omne bonum. Presentibus sub sigillis nostris recognoscimus et protestamur, nos vidisse et audiuisse priuilegium religiosorum virorum domini abbatis et sui conuentus in Reyneuelde, non cancellatum, non abolitum, nec aliqua sui parte viciatum, in hec verba:

Heinricus dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Ne acta per nos facta, que debent esse perpetua, obliuionis nebula obtegantur, consueuimus ea per ydoneorum virorum et autenticarum scripturarum testimonium perhennare. Notum igitur esse volumus tam posteris, quam presentibus, quod nos de consensu plenario et voluntate bona illustris viri domini Buguzlai ducis Stetinensis, awnculi nostri karissimi, pro salute anime nostre et in remissionem nostrorum peccaminum, ad honorem omnipotentis dei dedimus et obtulimus ecclesie sancte dei genitricis et gloriose virginis Marie in Reyneuelde et fratribus Cisterciensis ordinis ibidem deo seruientibus, vt ad orandum pro nobis eo magis obligati sint, proprietatem ville Kleth[1], site in territorio et aduocatia Stouenhaghen[2], cum siluis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumve discursibus[3], agris cultis et incultis et omnibus attinenciis, provt infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, ad omnem libertatem et iusticiam, ad quam idem fratres in Reyneuelde habent et possident cetera bona sua. Et vt huiusmodi nostra donatio firma permaneat et stabilis perseueret, nec per aliquem futuris temporibus immutari valeat aut infringi, presentem litteram inde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes sunt: illustris vir dominus Buguzlaus dux Stetinensis antedictus, Nicolaus Draco, Fredericus Vos, Fredericus de Kercdorp, Johannes Molteke, Thidericus de Buren, Heinricus de Dymin, Fredericus Dargatz, Heinricus Vos, milites; Arnoldus noster notarius, Nicolaus Grope, Johannnes de Goltstede et alii quam plurimi fide digni. Datum anno domini M° CC° LXXXX°, VII° idus Aprilis[4].

Nach dem Originale im H.-A. zu Schwerin. An Pergamentbändern hangen, recht gut erhalten, das Siegel des Bischofs Burchard († 1317) und das des Capitels zu Lübek. Im Datum ist zwischen X° und VII° eine kleine Lücke gelassen. — Der Abdruck in der Schl.-Holst.-Lauenb. U.-S. II, S. 574, aus einer von Langebek an Gebhardi mitgetheilten Abschrift („Siegel am Original"!) weicht von unserm Abdrucke an folgenden Stellen ab: [1] Kletz, — [2] Stavenhaghen, — [3] decursibus, — [4] Datum anno domini 1297, Idus Aprilis. — Diese Auflösung des Datums ist sicher falsch; denn nach dem (hinter unsern Urkunden vom Jahre 1291 folgenden) Briefe des Herzogs Bogislav an den Fürsten Nicolaus von Werle ist die Urkunde von dem im J. 1291 ermordeten Fürsten Heinrich I. von Werle ausgestellt. — Vgl. Nr. 2066.

1290. April 7. Treptow. 2066.

Bogislav, Herzog von Pommern, schenkt mit Zustimmung seiner Brüder Barnim und Otto dem Kloster Reinfeld das Eigenthum des Dorfes Kleth mit dem Gericht über Hals und Hand.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Bugslaus dei gratia dux Slauorum omnibus presentia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Actiones, quas mundus ordinat, delere solet successus temporum, nisi sigillis firmentur et firmo karactere litterarum. Eapropter ad notitiam tam futurorum, quam presentium volumus deuenire, quo[d] nos progenitorum nostrorum vestigia sequentes, qui plurima monasteria et ecclesias siue claustra monachorum diuersorum ordinum et sanctimonialium largis prediis et possessionibus copiosissimis dotauerunt, deuocionem ac humilitatem monachorum claustri Reyneuelde, ordinis Cysterciensis, necnon diuinum officium, quod ab eisdem monachis die noctuque fideliter ac deuote ibidem peragitur, intuentes, ob reuerenciam dei omnipotentis et gloriose virginis Marie eiusdem dei genitricis ac pro predictorum progenitorum nostrorum simul et remissione(m) nostrorum peccaminum, de bona voluntate et consensu fratrum nostrorum dilectorum Barnim et Ottonis, proprietatem ville Kleth supradicti claustri monachis contulimus et titulo donacionis appropriauimus perpetuo possidendam ea donacione, qua ipsis cetera sua bona donare consueuimus et conferre, cum omnibus suis attinentiis in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus et omnibus vtilitatibus, que nunc et in posterum aduenire poterunt, in terminis, quibus adiacentibus[1] villis racionabiliter est distincta, addentes nichilominus colli et manus iudicium supradictis. Vt igitur in nostris gesta temporibus perpetue stabilitatis robur obtineant, hanc inde confectam paginam in huius facti testimonium sigilli nostri munimine tradimus roboratam. Testes huius sunt: nobilis vir dominus Jakzo comes de Gutzekowe, dominus Theodericus de Buren, dominus Nicolaus Draco, dominus Rodolfus de Nienkerke[2], dominus Fredericus Wlpes, magister Arnoldus notarius domini Henrici de Werle, dominus Johannes de Wacholt, dominus Gerrardus de Zwerin, milites, Johannes domicellus de Gutzekowe, Nicolaus Grope, Otto Draco, Luchte et alii quam plures fide digni. Datum Trepetow, per manum Lodewici Storm, nostre curie notarii, anno domini M° CC° XC°, VII° idus Aprilis, infra octauas resurrectionis domini nostri Jhesu Christi.

Nach der unechten Ausfertigung im Haupt-Archiv zu Schwerin. An gelben und grünen seidenen Fäden hängt, schön erhalten, das grosse runde Siegel des Fürsten. Der rechtshin sprengende Reiter führt in der rechten Hand eine flatternde Fahne mit 3 Lätzen, in der linken den Schild mit dem Greifen; auf dem Helm stehen 8 Pfauenfedern. Die Umschrift lautet:

S' BVGVZLĀI DĠI GRĀ ILLVSTS DVCIS [SLĀ]VOR' 7 KĀSSVBIĆ

Daselbst befindet sich eine zweite, gleichlautende Urkunde (mit orthographischen Abweichungen, wie Bugzlaus, Klet, Hinrici de Werle, Gerhardus de Zuerin, Guthzecowe, und [1] ab adiacentibus, [2] Nienkerken).

Der Eingang ist (bis AMEN) mit langgezogenen Buchstaben geschrieben. Das Datum hat zwischen VII (ohne °!) und Idus keinen Punkt. Das Siegel ist dasselbe wie an der ersten Urkunde, hängt jedoch an blauen, grünen und gelben Fäden. Es ist ersichtlich gedrückt. Die Schrift zeigt auffallend lange Züge in den langen Buchstaben am Eingange, die Abbreviaturen sind fast alle durch einen Winkel bezeichnet.

Mit dieser zweiten Urkunde stimmt ein drittes Exemplar. Dieses hat ebenfalls: [1] ab adiacentibus, [2] Nyenkerken. Das Datum lautet: „Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo | VII° idus aprilis infra" etc. Das Siegel ist wohl erhalten und würde keinen Verdacht erregen; die grünen und rothen Fäden von Seide, an welchen es hängt, sind aber dieselben wie an vielen andern gefälschten Urkunden des Klosters (s. Bd. I, Vorrede S. XXXIV), und die Handschrift gehört dem 14. Jahrh. an. In allen drei Exemplaren steht der „magister Arnoldus notarius" zwischen den Rittern! — Vgl. Nr. 2065.

1290. April 11. Bützow. 2067.

Hermann, Bischof von Schwerin, verleihet dem Schweriner Decan Johann von Trebbow und dessen Bruder, dem Geistlichen Willekin, Zehnten aus Barnstorf und Niendorf bei Rostock auf ihre Lebenszeit für das Zehntkorn aus dem Burglehn zu Oettelin.

Hermannus dei gratia Swerinensis episcopus vniuersis, ad quos iste littere peruenerint, salutem in domino. Notum esse volumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod, cum dilectus in Christo dominus Johannes decanus Swerinensis et archidiaconus in Plawe necnon bone memorie quondam Gotfridus, laicus, fratres dicti de [T]ri[b]bowe[1], XXVII tremodia decimalis annone in villa Ottelin, quod castrense feudum fuit ab antiquo tempore, a nobis in solidum habuissent, tandem, predicto G. absque herede sublato de medio, prefatus Johannes, qui dictam decimam ad vitam suam tantummodo habebat, requisitus a nobis in manus nostras sponte ac libere resingnauit eandem pro eo, quod onus seruiendi dicto annexum feudo uere laicali portare non poterat, nec debebat. Nos autem eidem Johanni necnon Wil[le]kino[2] clerico, fratri suo, in recompensam annone predicte decimam VII[3] mansorum cum dimidio in villa [B]ernstorpe[4] et vnius mansi in Nyendorp iuxta Rostogk contulimus et assignauimus annuatim cuilibet eorum in solidum vite sue temporibus libere possidendam. Ad cuius rei certitudinem pleniorem appensione nostri sigilli presentes littere roborantur. Testes huius rei sunt: Conradus de Hamborch, consanguineus noster, Gerhardus archidiaconus in Parchim, canonici Swerinenses, Jo(ho)hannes et Martinus, capellani nostri; Luderus de Trechowe, castellanus noster Butzowensis, et alii qu[am][5] plures clerici et laici vocati ad hec specialiter [et] rogati. Actum et datum Butzowe, anno domini M°CC non[a]-gesimo, feria II[a] post dominicam, qua cantatur Misericordia domini.

Nach einer „vom Original genommenen" und beglaubigten Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. Hier heisst es: [1] Gribowe — [2] Wilkino — [3] VIII — [4] Gernstorpe — [5] qui. — Clandrian dagegen, der das Original vor sich hatte („diser brieff ist mitten eingerissen. Dass Sigel ist gesundt", Protoc. fol. 96[b]), gibt in seiner Inhaltsangabe: [1] „gebrudere von Tribbow", [2] „Willekino clerico", [3] den Zehenden von 7½ hufen zu Bernestorp". Auch Hederich, der die Urkunde in dem Reg.

Suerin. fol. 115* fand, berichtet daraus: „Joannes de Tribbow resignat 27 tremodia decim. annonae in Ottelin". — „Hermannus primus episcopus confert Joanni decano redditus 9½ mansorum in Bernestorp et Nigendorp."

1290. Mai 6. Neu-Brandenburg. 2068.

Der Rath zu Neu-Brandenburg ertheilt den Fleischern daselbst ihre Privilegien.

In nomine domini. Amen. Nos consules civitatis Nove Brandenborch notum facimus universis tenore presentium publice protestantes, quod, cum dilecti cives nostri, videlicet civitatis nostre carnifices universi, a nobis instanter peterent, ut ipsis quedam iura constitueremus, quibus et ipsi et eorum heredes et successores possent perpetuo communiri, nos rationabilibus eorum precibus inclinati, eisdem iura concessimus inferius annotata, videlicet quod plura macella in civitate nostra ammodo non edificentur. Jtem, quod nullus comparet aut acquirat officium, quod vulgariter dicitur vleschwerck, nisi aliquo macello per mortem alicuius aut alio casu vacante. Jtem, quod nullus extra macella carnes vel recentes vel salsas vendere presumat aut de mesis. Jtem, quod nullius filius acquirat officium predictum, nisi fu[er]it decem et octo annorum. Jtem, quod nullo tempore conveniant ad aliquid de suo officio pertractandum, nisi duo consules sint presentes. Ut igitur iam dicta concessio firma perpetuis temporibus et inconvulsa permaneat, nos super hoc presens scriptum eisdem dedimus et appensione sigilli civitatis nostre iussimus communiri. Datum in Nova Brandenborch, anno domini MCC LXXXX., in die beati Johannis ante portam Latinam.

Nach „der aufgenommenen Beweisung Bürgermeister und Raths zu Neu-Brandenburg" (1605), aus dem besiegelten Originale auf Pergament.

1290. Juni 6. 2069.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestätigt dem H.-Geist-Hause zu Wismar den Ankauf von fünftehalb Hufen in Martensdorf, überlässt demselben alle Gerechtigkeit daran, in anderthalb Hufen auch das niedere Gericht, und übernimmt dagegen vier Hufen in Hornsdorf.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hinricus dei gratia dominus Magnopolensis omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Quoniam inter omnia virtutum opera karitatis virtus optinet principatum, eapropter ad noticiam singulorum, tam presencium, quam futurorum, peruenire volumus, quod nos propter opera karitatis, videlicet hospitalitatis et vere compassionis, que in domo sancti Spiritus constructa in ciuitate nostra Wismaria circa

pauperes et precipue debiles frequenti cura et sollicitudine exercentur, super quinto dimidio manso in Mertinstorp iusto empcionis tytulo ab Hinrico de Stralendorp, milite et vasallo nostro fideli, per consules eiusdem ciuitatis nostre ad vsus iam dicte domus comparato cum agris, pratis, pascuis, lignis, aquis aquarumque decursibus et omnibus terminis suis, sicut actenus in longum et latum circumquaque distincti et limitati iacuerunt, proprietatem nostram cum omni libertate et gracia, quam in eisdem mansis habuisse dinoscimur, et iudicium XXIIII^{or} solidorum in ipsa villa Mertinstorp predicte domui relinquimus et conferimus ob anime nostre et parentum nostrorum remedium salutare perpetuis temporibus sine calumpnia possidendam, tribus mansis exceptis, quos ibidem colit Bertoldus, nobis cum totali iudicio reseruandis. Ceterum predicti consules ex parte eiusdem domus quatuor mansos in Hornstorp, quos Nanno de Krukowe et sui heredes a nobis et nostris progenitoribus feodali iure aliquando habuerunt, nobis in perpetuum eo iure et fructu, quo ipsi possiderant, reliquerunt. Vt igitur hec nostra donacio et commutacio a nullo successorum nostrorum inmutari valeat in posterum aut rescindi, sed perpetue firmitatis robur optineat, presens scriptum dedimus eisdem sigilli nostri appensione firmiter communitum, asscriptis illorum nominibus, quos facto huic contigit corporaliter interesse, quorum nomina sunt hec: Gherardus Metzeke, Hinricus et Reymarus fratres de Barnekowe, Gotfridus Dotenberch, Bernardus de Plesse, Hinricus de Stralendorp, Johannnes Storm, Eghardus de Quitzowe, milites et vasalli nostri fideles, Bernardus Nenneke, Thidericus nepos Ricolfi, Marquardus de Walmerstorp, Johannes et Hasso fratres de Krukowe, Wilkinus Hansterd, Thidericus gener Volucris, Bøio, Conradus Reynoldi, Johannes Lewetzo[we], Albertus de Gøghelowe, Hinricus Kvle, Jacob Rodekoghele, Hasso de Gawetzowe, Johannes Maius, Johannes Sapiens, Hermannus de Pinnouwe, Hinricus de Syphusen, Johannes Møderitz, Hinricus apud murum et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini M°CC°LXXXX°, in crastino sancti Bonifacii.

Nach der Abschrift im Wism. P.-B. mit dem Rubrum: „De mansis in Mertinstorppo". — Gedruckt in Schröder's P. M., S. 802.

1290. Juni 15. Rostock. 2070.

Heinrich, Fürst von Werle, bestätigt der Stadt Gnoien das Eigenthum und die Zehntenfreiheit ihrer Felder und Aecker, unter Befreiung von der Nachmessung, und das Rostocker Stadtrecht.

Henricus dei gratia dominus de Werle omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in perpetuum. Licet circa omnes fideles nostros et subditos debeamus esse benefici, tamen eos maiori favore et munificentia tenemur pro-

sequi, quorum servitia nobis utiliora sunt et fidem circa nos inviolatam certis indiciis experti sumus et cotidie experimur. Cum autem dilecti nobis cives et incole dilecte civitatis nostre Gnogen nobis semper serviles extiterint et fideles, inde est, quod dictam civitatem nostram Gnogen et eius inhabitatores et incolas omnibus privilegiis, libertatibus et gratiis atque iuribus, quibus temporibus progenitorum nostrorum omnium, necnon et nostris usque in presens usi sunt et gavisi, nunc et inantea perfrui volumus et gaudere. Notum igitur esse volumus universis, tam posteris, quam presentibus, quod nos prenotate civitati nostre Gnogen ac ipsius inhabitatoribus et incolis damus omnem campum et agros eidem civitati adiacentes cum virgultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, agris cultis et incultis, novalibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, cum omni proprietate, necnon et decimarum libertate, prout predicta omnia in latum et in longum infra terminos et per terminos suos hactenus possederunt, ita etiam quod ipsos terminos suos amplius dimensurationis funiculus attingere non debebit. Damus insuper memorate civitati nostre Gnogen et ipsius incolis, ut in ipsa civitate et per omnes terminos suos omni iure Rostoccensi gaudeant et fruantur nunc et in perpetuum habito et habendo. Vt autem hec omnia, que non solum a nobis, verum etiam a nostris progenitoribus omnibus hactenus habuerunt, per malignitatem aliquorum per successum temporis infringi non valeant, presentem litteram inde conscribi fecimus et eam appenso nostro sigillo predicte civitati nostre Gnogen et eius incolis tradidimus ad cautelam. Testes huius rei sunt: Johannes Moltike, Tidericus de Buren, Fridericus de Kerckdorpe, Henricus de Wolde, Tessemarus marscalcus, Wernerus Yetzewitz, Bernardus de Leisten, Henricus de Demen, Egehardus Exen, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in civitate Rozstock, anno domini M° CC° LXXXX°, in die beatorum martyrum Viti et Modesti.

Nach einer Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin, mit welcher mehrere andere gleich lauten. Diese Abschrift ist viel besser, als der von W. H. Wiggers in seiner Geschichte der Stadt Gnoien, 1855, B, Urkunden, Nr. I, S. 3, nach dem sogenannten Originale gelieferte Text, welcher in manchen Stellen lückenhaft und durch Lesefehler entstellt ist. Das im Archiv der Stadt Gnoien aufbewahrte sogenannte Original dieser Urkunde kann kein Original sein. Denn das an derselben hangende Siegel (in einer hölzernen Kapsel!) ist nach der freilich sehr ungenügenden Beschreibung von Wiggers (S. 4, und B, Geschichte S. 16) auf keinen Fall das Siegel des Fürsten Heinrich von Werle (vgl. unsere Abbildung zu Nr. 1347), sondern das des Herzogs Magnus, wie es scheint. Das von Wiggers benutzte Exemplar kann also nur eine durch blosse Anhängung des Siegels beglaubigte Abschrift oder neue Ausfertigung des verloren gegangenen Originals durch den Herzog Magnus sein, der am 27. Nov. 1500 in Gnoien war (vgl. Wiggers, S. 25). — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief. 129; Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 417, in einer (abschriftlich erhaltenen) Confirmation des Fürsten Heinrich von Meklenburg vom 4. Jan. 1327.

1290. Juni 15. Schwan. 2071.

Heinrich, Fürst von Werle, verleiht dem Kloster Rühn das Dorf Warnkenhagen (im A. Rühn), welches der Propst Dietrich von Matthias, Nicolaus und Gerhard Ketelhot gekauft hat, mit dem Eigenthume und dem niederen, auch einem Theil des höheren Gerichts.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos dei gratia Hinricus dominus de Werle omnibus hoc scriptum cernentibus in omnium saluatore salutem. Cum generatio pretereat et generatio aduenial nihilque stabile [sit] in humana conditione, [c]autum est et perutile, vt per scripta firmentur autentica, que apud posteros manere volumus illibata. Hinc est, quod, cum genitores nostri a primo cultu christiane fidei ecclesiarum lucris et locorum spiritualium intenderint efficaciter incrementis easque de suis facultatibus copiose dotauerint et in pace et tranquillitate diebus suis conseruauerint, nos quoque, ips[o]rum vestigia fideliter imitantes, ad honorem dei et beatissime matris eius virginis Marie sanctique Johannis euangeliste, cum plenaria astipulatione filiorum nostrorum Nicolai videlicet et Hinrici, conferimus proprietatem ville, que Wernekenhagen dicitur, ecclesie sanctimonialium in Rhune, vt ibidem tam progenitorum nostrorum, quam nostri necnon et heredum nostrorum memoria in benedictione iugiter habeatur, tali nichilominus adhibita cautione, vt prefata ecclesia Rhune pretaxatam villam scilicet Wernekenhagen, quam dilectus noster Thidericus, eiusdem loci prepositus, a fidelibus nostris militibus Mathia, Nicolao et Gherardo Ketelhodt emit, cum omni iure et proprietate, cum pratis et pascuis, siluis contiguis, agris cultis et incultis aquarumque accursibus et decursibus, in terminis suis in longum et latum vt modo distentis libere et quiete possideat et ea in perpetuum perfruatur, ita ut in agris suis nullam omnino a nostris successoribus dimensionem funiculi patiatur, facultatem nihilominus eiusdem coenobii preposito relinquentes, vt suo stet arbitrio, quando memorate ville agros duxerit mensurare. Preterea, ut sepedictum coenobium in eiusdem ville hominibus ab aduocatis nostris nullam calumniam sentiat aut pres[s]uram, dimisimus eidem in villa predicta iudicium ad sexaginta solidos et omne, quod est infra; maius vero iudicium, vt colli et manus abcisio, in eiusdem ville bonis aduocatus noster iuste et legaliter iudicabit, et tertia pars eius, quod exinde prouenerit, claustro cedet memorato, relique vero due nobis. Vt igitur hanc nostram donationem, quam ex libenti animo et gratuito fecimus affectu, nullus successorum nostrorum presumat irritare aut in aliquo deprauare, presentem paginam subscriptis testium nominibus honestorum, quos huiusmodi facto presentes duximus adhibere, cum appensionibus sigillorum nostri videlicet et filiorum nostrorum Nicolai et Hinrici iussimus communiri. Testes huius sunt: dominus Thidericus eiusdem ecclesie prepositus, magister Arnoldus notarius, dominus Johannes

Molteke, Conradus Molteke, Georgius Molteke, Fredericus de Kerckdorp, Nicolaus Gallus, Matias Ketelhodt, Arnoldus de Wusten, Rauen de Wusten, Johannes de Oldenborch, Tessemarus marschalcus, milites; Ruffus de Rostock, Gerardus de Lawe et alii quam plures fide digni. Datum Swan, anno domini M° CC° XC°, in die beati Viti martiris.

Nach einer Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin.

(1290.) Wismar. 2072.

Beilegung eines Streites über verschiedene Ländereien zu Wismar.

Discordia, que fuit exorta super fractione ortorum Marquardi de Walmerstorpe, Hinrici Kule et Volmari de Warendorpe, totaliter est sopita per consules ita, quod nemini dari debet culpa ex hiis, qui eidem fractioni interfuerunt, sed amicabilis composicio debet in perpetuum permanere. Preterea consules de maturo arbitrio ortum Bernardi Nenneke situm extra portam Mekelenborgh, ortum Marquardi de Walmerstorpe situm super vallo ciuitatis extra portam antique Wismarie, ortum Bertrammi Sustrate situm apud viam, qua itur ad molendinum, collecto fructu presentis anni deposuerunt. Jnsuper pratum situm extra portam Haroldi infra amnem ibidem defluentem versus mare iacebit ad pascua pecorum in perpetuum. Super quibus ortis et prato predicto omnis causa finaliter et totaliter in perpetuum est sopita.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 158. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtr. S. 26. — Der „amnis" vor dem Haroldsthor oder, wie es jetzt heisst, Pöler Thor ist wohl sicher der heutige „Mühlenbach", der Abfluss des hauptsächlich vom „Schiffgraben" gespeisten Alt-Wismarschen Mühlenteiches. Jener scheint im Mittelalter Aa genannt zu sein; denn 1325 wird ein Ackerstück (frustum) als „circa Aa extra valuam Haroldi" gelegen bezeichnet.

(1290.) Wismar. 2073.

Adelheid, die blaue Begume zu Wismar, lässt ihrem Schwager Heinrich Scheel ein halbes Erbe auf.

Medietatem hereditatis, in qua moratur Wernerus Hauekesbeke, Alheydis blauia bagina genero suo Hinrico Lusco per tutorem coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 158. — Drei blaue Beguinen kauften in demselben Jahre (nach p. 161) eine Bude zu Wismar:

„Alheydis, Conegundis et Wendela, sorores blauie, emerunt domunculam quandam „apud Volsedem, procuratricem fratrum, a Bernardo Blessen eo iure, quo ipse habuit, videlicet „quod dabunt predicte Volsedi de censu aree quinque solidos annuatim, quam domunculam „idem Bernardus ipsis coram consulibus resignauit."

1290. Juli 1. Wismar. 2074.

Die Wismarschen Rathmänner übergeben zweien Priestern die Güter Abbos von Pöl, welche sie nach Jerusalem senden sollten.

Bona, que Abbo de Pole commisit consulibus in terram sanctam Jherusalem transmittenda, consules presentari fecerunt domino Johanni de Lutteken-borgh, ecclesie beate virginis vicario, [et] domino Gerhardo presbitero, ipsius consocio, Bernardo Nenneke, Thiderico proconsule, Johanne de Lewetzo[we] et Johanne Meye, consulibus, presentibus, sub anno domini M° CC° nonagesimo, sabbato post festum apostolorum Petri et Pauli, Johanne Moderi[z] et Hinrico de Muro camerariis existentibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 158. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtrechts, S. 42.

(1290.) Wismar. 2075.

Johannes Middelvar zu Wismar streckt der Stadt 45 Mark Sterling vor.

Item. Johannes Middeluare prestitit ciuitati XLV marcas sterlingorum ponderatas anno domini M° CC° LXXXX., quas anno subsequenti in festo Martini cum fructu decem marcarum, si uixerit, ciuitas sibi eque ponderatas restituet. Si vero eum mori contigerit medio tempore, tantum predicte XLV marce sterlingorum equi ponderis sine fructu aliquo vxori sue et pueris suis seu heredibus restituentur.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 160. — Getilgt.

(1290.) Wismar. 2076.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen vier dem H.-Geist-Hause gegebene Morgen.

Hasso de Gawetzo et Hinricus de Wesera emerunt a consulibus IIII^{or} iugera, quorum duo Geroldus iuratus ecclesie beate virginis quondam dederat domui sancti Spiritus, que sita sunt in campo Dargitzowe apud uiam uersus Hornistorp, et tercium iuger situm est super spacio, quod dicitur dorpstede, ubi crux stat, quartum uero iuger contulit Hinricus de Borken domui sancti Spiritus, quod situm est apud iugera ipsius Hassonis. Que quatuor iugera predicti duo viri persoluerunt integraliter, et consules resignauerunt ea sibi et promiserunt warandiam facere per annum et diem.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 162.

(1290.) Wismar. 2077.

Bertram Roderidder, Bürger zu Wismar, macht sein Testament.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Bertrammus Roderidder meum taliter preordino testamentum. Primo et principaliter confero propter deum XII marcas denariorum, cum quibus appreciabitur sacerdos, qui singulis diebus cantabit missam vnam per integrum annum. Item filio meo Hennekino non dabuntur aliqui denarii de sua portione hereditatis, priusquam venerit ad annos discretionis, nisi mater facere voluerit de propria voluntate.

Nach dem Entwurf auf einem Pergamentblatt im Wism. Stadtb. B zu p. 159.

1290. Juli 6. Lüneburg. 2078.

Vogt und Rath der Stadt Lüneburg beurkunden den Verkauf einer Salzpfanne daselbst von Seiten des dortigen Bürgers Johann Bartels an das Kloster Doberan.

Nos Johannes Prekel, aduocatus in Luneborch, Albertus Holle, Johannes de Melbeke, Johannes Om, Herderus, Alardus Sciltsten, Andreas, Johannes Hogeri, Gerhardus Garlop, Heyne Remensnidere, Johannes Dicke, Ludolphus Hoppensak, Johannes Beve, Thidericus Burmester, Ludolphus Stenbeke, eiusdem consules ciuitatis, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod Johannes filius Bertoldi, burgensis noster, vnanimi consensu omnium legitimorum heredum suorum vendidit religiosis viris domino Conrado abbati totique collegio monasterii in Doberan vnam sartaginem sitam in domo Vdinge ad dextram manum, cum ipsa domus subintratur, que sartago gungpanne wlgariter nuncupatur, iure perpetuo possidendam, postposita reclamatione qualibet et exclusa. Jn prenotata igitur sartagine dominus prepositus maioris ecclesie Verdensis habet in festo beati Mychahelis duas marcas iure censuali sibi annis singulis presentandas. Vt igitur hec emptio et vendicio siue contractus, coram nobis racionabiliter ordinatus, nullius posterorum nostrorum temeritate aut violentia valeat infestari, presentem paginam sigillo nostre ciuitatis duximus roborandam. Datum Luneburch, anno domini M° CC° LXXXX°, in octava apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXX⁴. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1540.

1290. Juli 22. Helsingborg. 2079.

Erich, König von Dänemark, versichert den Fürsten Heinrich von Werle, Nicolaus von Wenden und Nicolaus von Rostock 2500 Mark in Gütern in Schonen, auf Seeland oder auf Fühnen, dafür dass sie den Norwegern gegen ihn auf 2 Jahre weder Hülfe, noch Vorschub leisten wollen.

E. dei gracia Danorum Sclauorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem et in domino dilectionem. Notum facimus vniuersis, nos cum dilectis consanguineis nostris dominis Henrico de Verle et Claus de Winden in hunc modum placitasse, videlicet quod dicto domino Henrico mille marcas argenti, dicto domino Claus eciam mille marcas argenti et domicello Claus de Rosthok quingentas marcas argenti in bonis seu terris in Scania, Siallandia aut Feonia sitis in parlamento nostro proximo circa festum beati Michaelis celebrando faciemus assignari, hac duntaxat adiecta condicione, quod ipsi exnunc et a festo beati Michaelis proximo futuro usque ad duos annos extunc computandos emulos nostros Norwegenses seu quoscunque alios non fouebunt, nec ipsis auxilium aliquod contra nos prestabunt quoquo modo, nec aliquos de suis dominiis aut alios per sua dominia in adiutorium ipsorum emulorum nostrorum faciant aliquatinus pertransire. Si qui autem de suis aut de aliis per eorum dominia transeuntibus in nostrum seruicium et auxilium venire voluerint, ipsos aut eorum aliquem nullatenus debent impedire. Amplius, si predicti domini post duos annos a festo beati Michaelis proximo instante consequenter, vt dictum est, computandos super aliquibus terris seu bonis impetere voluerint: aut cum ipsis inter nos et eos, si fieri poterit, concordabimus, aut in presencia et de consilio regni nostri meliorum super huiuscemodi terris seu bonis faciemus, quicquid de iure fuerit faciendum. Actum Helsingburgh, anno domini M° CC° nonagesimo, in die beate Marie Magdalene, presentibus dilecta matre nostra et domino C. marchione Brandeburgensi, dilecto awnculo nostro, quorum sigilla, quia nostrum sigillum ad presens apud nos non est, sunt appensa.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An den angehängten drei Pergamentstreifen fehlen die Siegel. In der obern Hälfte hat die Dinte das Pergament vielfach durchfressen.

1290. Aug. 11. 2080.

Johann Ramel, Ritter, verkauft mit Zustimmung seiner Verwandten dem Kloster Doberan die beiden Dörfer Gross- und Klein-Jestin.

Uniuersis, qui christiano censentur vocabulo, litteras presentes visuris ego Johannes miles dictus Romelo salutem, quam repromisit deus diligentibus se. Cum

generatio pretereat et alia subsequatur, in singulis successionibus plura piorum facta velut incognita deperirent, nisi uocabuli scripturarum indicio ad subsequentium noticiam deuenirent. Tenore igitur presentium publice recognosco, notum fieri volens tam presentibus, quam futuris, quod ego cum amicis et heredibus meis, videlicet cum domino Jacobo Borke nuncupato, genero meo, et cum fratre suo Nycolao, simul et cum genero meo domino Vedanto, necnon cum dilectis filiis meis Egberto, Zabello et Johanne prehabito maturo consilio istorumque omnium ceterorumque amicorum et heredum meorum assensu atque beneplacito requisito ad hoc pariter et optento, venerabilibus, in Christo dilectis domino abbati totique conuentui monasterii de Doberan, Cysterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis, duas villas meas, Jezstyn videlicet Maiorem et Jezstyn Minorem nominatas, cum pleno iure et toto prorsus iudicio, cum omni nichilominus vtilitate, que nunc est in eisdem villis vel accrescere poterit in futurum, pro mille et nongentis et XX^{ti} quinque marcis denariorum integraliter vendidi perpetuo pacifice et libere possidendas. Et ut in hoc contractu Doberanensis ecclesia indempnis iugiter conseruetur, ego et prenotati amici mei dominus Jacobus dictus Borke et frater suus Nycolaus dictus Vedante atque filii mei Egbertus, Zabellus et Johannes simul in hiis scriptis nostro (a) nostrorumque successorum et heredum nomine omni iuri, quod singulis nobis vel alicui ex nobis singulariter nunc competit in eisdem villis vel quocumque modo competere posset deinceps, renunciamus, volentes, ut Doberanensis ecclesia easdem villas cum omni integritate et attinentiis suis quibuslibet optineat nunc et semper. Super quo ne ullum apud posteros, quod absit, suboriri possit dubium, presens pagina inde conscripta propter maiorem omnium antedictorum euidentiam meo sigillo et sigillo domini Jacobi Borken necnon sigillo domini Vedanten firmiter communitur. Testes huius actionis sunt: inprimis dominus Hilduardus abbas in Dargun, dominus Wichardus abbas in Bo^{v}cowia, item dominus Johannes prepositus ecclesie Colbergensis, ibidem dominus Henricus canonicus et quondam prepositus monasterii sanctimonialium apud Colberge, dominus Engelbertus plebanus in Gezstin, clerici; item dominus Thetlewus de Slecen, dominus Vlricus et dominus Fredericus fratres dicti de Beuenhusen, milites, item Sulizlawus dictus Moltowe, Henricus dictus Kartlowe, armigeri; item Wicboldus et Jachin, burgenses in Colberge, cum pluribus aliis fide dignis, vbi hec acta sunt, pariter affuerunt. Datum anno domini M° CC° XC°, III° idus Augusti.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CX^{a}. — Dass nicht mit v. Westphalen, III, p. 1545, „1293, id. Aug.“ zu lesen ist, ergibt sich aus der Bestätigung des Bischofs Jaromar von Camin, d. d. 1290, Oct. 7, Nr. 2083.

1290. Sept. 9. Cismar. 2081.

Das Kloster Cismar erneuert die Brüderschaft mit dem Dom-Capitel zu Ratzeburg.

Honorabilibvs viris et discretis domino preposito, priori totique conuentui in Raceburg Henricus dei gracia abbas totusque conuentus ordinis beati Benedicti in Sci[c]emer paratum obsequium ad omnia genera mandatorum. Ex relacione seniorum non multi temporis ostenditur interuallum, quod ecclesie uestre tamquam consobrine reputate sunt in illo tempore, quo in Lubeke apud sanctum Johannem habitantes magna gaudebamus libertate, ita ut persone de uestra congregacione ad nos transeuntes, quando et quociens ipsis collibuit, non sicut hospites et aduene, sed tamquam domestici fratres et filii cum omni karitate et mutua dilec-cione a nostris patribus sunt recepti et congruis honoribus et multiplicibus com-modis procurati, et vice uersa fratres nostri ad uos uenientes similia uel maiora commoda in vestra congregacione cum multa iocunditate multociens perceperunt. Nos igitur super extincta talis ac tante consolacionis gracia dolentes et in inte-grum restaurare prioris dilectionis vicissitudinem cupientes, hiis scriptis de con-sensu et beneplacito tocius nostre congregacionis firmiter pollicemur, quod sicut antiquitus, ita et nunc et in futurum uobis omnia commodorum genera, cum ad nos declinare decreueritis, exhibere beniuoli erimus et parati, et e conuerso. Preterea in causis incumbentibus ad danda consilia sana et utilia pro nostris uiribus, si requisiti fuerimus, erimus prompciores, et e conuerso. Jtem de cetero fratrum uestrorum memoriam, qui de medio sublati viam vniuerse carnis fuerint ingressi, sicut nostrorum fratrum in omnibus salubriter peragemus et nomina illorum in nostro kalendario signanter apponemus, dummodo ipsa nomina per certas personas nobis fuerint intimata, et e conuerso. Jn cuius resumpte frater-nitatis testimonium presentes litteras sigillis nostris pro maiori euidencia fecimus roborari. Datum in Cytcemer, in crastino natiuitatis beate Marie uirginis, anno domini M° C° C° XC°, feliciter. Amen. Amen.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche im Archiv zu Neu-Strelitz. — Gedruckt bei v. West-phalen II, p. 2212, und bei Schröder, P. M. I, S. 804. — Vgl. Bd. I, Nr. 567 und 568.

1290. Sept. 11. Reinsdorf bei Neukloster. 2082.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, setzt, unter Vermittelung des Bischofs Hermann von Schwerin und des Fürsten Wizlav von Rügen, das Dom-Capitel zu Lübek wieder in den Besitz der Hebung von 39 Drömt Korn, welche einst Abbo von Pöl von dem Capitel aus dem Dorfe Fährdorf gehabt hat.

Henricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus presentes litteras audituris salutem et sinceram in domino caritatem. Quia rerum humanarum

negocia de facili labuntur a memoria hominum, consueuit sollercia adhibere testimonium scripturarum. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis, dissensionem, que inter dominos . . prepositum, . . decanum et capitulum Lubicense, ex parte vna, et nos, ex parte altera, vertebatur super bonis, que olim Abbo in terra Pole in villa Vera wlgariter dicta nomine dicte ecclesie possidebat, scilicet super XXX°IX tremodiis annone, mediantibus et cooperantibus dominis venerabili patre nostro Hermanno Zwerinensis ecclesie episcopo et nobili viro Witzlao principe Rugianorum, esse concordatam taliter et sopitam, videlicet quod dicti prepositus, decanus et capitulum Lubicense, quia nobis persoluerunt LX marcas denariorum slauicalis monete, predictis bonis qualibet impetitione nostra vel nostrorum heredum remota et exstincta libere fruentur et nos iam dictam annonam vna cum heredibus nostris sepedictis dominis preposito, decano et capitulo et ecclesie Lubicensi in perpetuum ac plenarie resignamus. Ceterum antedicti prepositus, decanus et capitulum dimiserunt nobis, quicquid aduocati vel procuratores nostri annis pluribus sustulerunt, et deinceps singulis annis prelibati prelati et capitulum de dicta villa Vera quiete et pacifice recipient redditus et prouentus predictorum bonorum vna cum censu, pensione et decima debita et consueta. Vt autem hec omnia a nobis et nostris heredibus maneant inconuulsa, ad habundantem cautelam et euidenciam pleniorem presentes litteras prenominatorum dominorum sigillis et nostri sigilli testimonio fecimus communiri. Huius rei testes sunt: memorati episcopus Zwerinensis et princeps Rugianorum, ac Godefridus noster notarius, Henricus dictus de Stralendhorpe, Godefridus dictus Dotenberch, nostri milites et vasalli, necnon quam plures alii viri nobiles, prelati, milites, clerici et laici fide digni. Actum et datum Reynerstorpe apud Nouum Claustrum, anno domini M° CC° LXXXX°, in die Prothi et Jacincti martirum beatorum.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind drei Schnüre aus rother und gelber Seide:

1) Das erste Siegel fehlt ganz.

2) Das zweite, ganz zerbrochene Siegel ist ein grosses rundes Reitersiegel, auf welchem in dem mit Rosen bestreueten Siegelfelde der rechtshin sprengende Reiter am linken Arme einen quer getheilten Schild trägt, in der unteren Hälfte mit 3 „erhobenen Quadraten" (Giebelzinne), in der oberen Hälfte mit einem wachsenden Löwen, mit der Umschrift:

— — — SLAVI . RVYANORVM . PRINCIPIS

Vgl. die Abbildung bei Fabricius III, Taf. 1, A 1.

3) Das in Bd. II, zu Nr. 872, abgebildete Siegel, welches Heinrich der Pilger und sein Sohn Heinrich der Löwe von Meklenburg führen.

Auf der Rückseite steht die Registratur aus dem Ende des 15. Jahrh.: „Registrata registro primo numero CLXXXVIII." Nach diesem Registrum ist die Urkunde gedruckt bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 346.

1290. Oct. 7. 2083.

Jaromar, Bischof von Camin, verleiht dem Kloster Doberan die Güter Gr.- und Kl.-Jestin, welche dasselbe von dem Ritter Johann Ramel erkauft hat, und bestimmt die Freiheiten und Gerechtsame des Klosters in diesen Dörfern.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Jarmarus dei gracia Caminensis ecclesie electus confirmatus vniuersis sancte matris ecclesie filiis in perpetuum. Jnter plura humane conditionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, vt nec multitudini rerum, nec longitudini temporum sufficientem se valeant exhibere. Vnde, si qua iudicio vel concordia facta et ordinata fuerint, ne(c) in recidiue contentionis scrupulum relabantur, scripturis consueuit (!) auctenticis roborari. Hinc est, quod vniuersorum presentium et posterorum noticie supponimus, quod noster ac nostre ecclesie fidelis ac dilectus vasallus Johannes miles dictus Romelo pro melioratione ac vtilitate sua venerabilibus ac in Christo dilectis domino abbati totique conuentui monasterii de Doberan, Cysterciensis ordinis, Zwerinnensis dyocesis, duas villas in dyocesi nostra in confiniis ciuitatis Colberghe sitas, Jezstyn scilicet Maius et Jezstin Minus, quas a nobis ac nostra ecclesia Caminensi tenebat in feodum, iusto precio vendidit cum omni iure et vtilitate, que eidem Johanni in prefatis villis competere videbantur, hoc adiecto, si huic venditioni siue contractui nostrum de voluntate nostri capituli assensum adhiberemus simul et consensum, proprietatem fundi villarum iam nunc dictarum ipsi monasterio ac fratribus de Doberan pure ac libere conferendo. Sane ad frequentem instantiam dilecti nostri ac ecclesie nostre vasalli Johannis iam dicti et propter ipsius necessitatem, meliorationem ac profectum, requisito etiam nostri capituli consilio et habito pleno consensu, venditioni iam dicte consensimus et consentimus, proprietatem fundi villarum antedictarum Jezstin Maioris et Jestyn Minoris cum omnibus suis attinenciis, siluis, agris cultis et incultis, stagnis, aquis, piscationibus et molendinis aquarumque decursibus, cum terminis, quos nunc habent, et infra terminos, quos ab antiquo habuisse dinoscuntur, cum quibuslibet vtilitatibus, que nunc sunt et adhuc ibidem prouenire poterunt, cum integra decima maiori et minori et omni iudicio manus et colli pleno iure prefato monasterio ac fratribus de Doberan pure et libere damus et irretractabiliter confirmamus, ita ut homines in eisdem bonis commorantes, siue proprii ipsius monasterii conuersi fuerint, siue alii seculares, liberi sint et exempti ab omni onere aduocatie, thelonei solutione, vectigalium amministracione, pontium positione, vrbium edificatione, aggerum exstructione, angariis seu parangariis et omni prorsus precaria seu exactione, ita ut nulli preterquam deo et suis dominis, fratribus uidelicet Doberanensibus, debita seruicia soluere teneantur, nisi forte pro terre defensione, si eam, quod absit, inimicus contigerit introire. Nec quemquam

super se habebunt aduocatum vel iudicem nisi abbatem de Doberan vel cui ipse vicem pro se commiserit iudicandi. Jndulgemus eciam omnibus hominibus in eisdem bonis commorantibus, ne ad prouincialia vel generalia terre nostre placita, que wlgo lantdinc uocamus, sint astricti, sed in dictis bonis sua generalia seu singularia peragant placita pro loco et tempore, secundum quod ipsis fratribus visum fuerit expedire. Non autem licebit ipsis fratribus premissa bona alicui seculari principi aut baroni infeodare, vendere vel in concambium pro bonis aliis permutare, quia hoc in mag[num] ecclesie Caminensi detrimentum posset cedere et grauamen. Si uero alicui militi seu alteri mediocri persone cuiuscumque conditionis ea decreuerint infeodare, vendere vel permutare, hoc ipsorum relinquimus potestati. Hoc etiam addito, quod ius patronatus ecclesie in Jestyn cum talibus, que ad eam pertinent aut ex priuilegio aut ratione antiquitatis, [spectat] ad abbatem de Doberan, qui ad eam, quociens vacauerit, personam ydoneam presentabit. Ceterum concedimus et p[er]mittimus eisdem abbati et conuentui de Doberan ac successoribus eorundem nostro ac successorum nostrorum nomine, ambabus villis supradictis cum omnibus attinentiis suis libere vti, eas possidere pacifice iugiter et quiete, dantes eis plenam ac liberam potestatem ordinandi ac disponendi de supradictis villis ad vsus suos, sicut eorum placuerit opcioni. Ad quorum omnium euidentiam cerciorem paginam presentem inde conscriptam damus ipsis fratribus in Doberan sigillis nostro videlicet ac capituli nostri communitam. Testes omnium horum sunt: inprimis domini et canonici nostri in ecclesia nostra Caminensi: Lampertus prepositus, Johannes decanus, Wizlaus custos, Gerhardus scolasticus, Johannes de Goriz cantor, Fredericus de Vincelburg, vicedominus, Johannes de Warburg, clerici; item dominus Wizlauus princeps Ruyanorum, Otto comes de Everstein, Reynwardus de Pe(r)niz, Johannes de Ost marscalcus, Reymarus de Wacholt, Detleuus de Zlecen, milites, et quidam consules ciuitatis Colberge et alii quam plures fide digni. Datum anno incarnati verbi M° CC° XC°, nonas Octobris, indictione tercia, concurrente(s) sexto, epacta septima.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXI*. — Gedruckt bei Schröder, Wism. Erstlinge, S. 365; Schötgen und Kreissig, Diplom. III, 13; v. Westphalen III, p. 1540; Franck V, S. 113. — Schwarz, Collectan. coenob. II (auf den sich Dinnies in seinem Diplomatar der Rügenschen Fürsten beruft) beschreibt noch die beiden Siegel des Originals: „Appicta sunt exemplari duo sigilla oblonga, alterum, episcopi nimirum, exhibet episcopum stantem ... tenentem. Perigrapha est: S. Jaromari, dei gratia Caminensis electi confirmati. Alterum est sigillum capituli, quod in parte superiori habet duas figuras humanas et avem, forte columbam, vndo figuras istas pro Johanne baptista et Christo habere possis. Jn parte inferiori est figura humana stans, ad quam aliae duae veluti venerandae (!) accedunt. Ex perigrapha hee tantum voces supersunt: S. Ecclesiae." (Fabricius, Regest. Nr. 345, Anm.) — Vgl. Nr. 2080.

1290. Oct. 21. Rostock. 2084.

Die Vorsteher des Heil.-Geist-Hospitals zu Rostock verkaufen ein Haus an den Haken Matthias.

Procuratores domus sancti Spiritus vendiderunt Mathie penestico et vxori sue et suis veris et legitimis heredibus domum, que fuerat Henrici et Hermanni fratrum dict[orum] [1] Crusen, quam domum predict[i] [2] erogarunt et sibi resignauerunt in perplexam. Et sic dicta hereditas est sua libera et soluta. Ludolfus Pes et Lut[bertus] Dunevar tabule presidebant. Scriptum vndecim milium virginum.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 34° (mit Verbesserung der Fehler: [1] dictl, [2] predicte). — Der Ausdruck „in perplexam" begegnet auch in der nächstfolgenden Einzeichnung: „Arnoldus filius Conradi Burbodonis et mater eius Vendelburgis resignauerunt Johanne relicte fratris sui Johannis domum inferiorem infra macella antique ciuitatis ab omni impetitione in perplexam."

1290. Dec. 5. Rostock. 2085.

Heinrich, Fürst von Werle, belehnt den Güstrower Bürger Heinrich von Stolp mit der Hälfte des Dorfes Dalkendorf und verkauft ihm den Rossdienst aus derselben.

Henricus dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum uisuris uel audituris salutem in domino. Ne ea, que a nobis fiunt, dubietatis uel obliuionis nebula obtegantur, consueuimus ea per autentice scripture et ydoneorum uirorum testimonium confirmare. Notum igitur esse uolumus tam posteris, quam presentibus, quod nos, dilectorum filiorum nostrorum Nycolai et Henrici consensu accedente plenario, dimisimus et contulimus dilecto nobis Henrico dicto de Stolpe, ciui in Gustrowe, medietatem ville Dalekendorp cum omni integritate, quemadmodum Johannes de Radem eandem a nobis in feudo tenuit, cum agris cultis et incultis, pratis, paschuis, paludibus, noualibus, uirgultis, siluis, nemoribus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, aquis aquarumque decursibus, piscacionibus et cum omnibus suis pertinenciis, prout infra terminos et per terminos suos in latum protenditur et in longum, sibi et suis heredibus libere possidendam ad omne ius, ad quod uasalli nostri tenent a nobis communiter bona sua, excepto tamen, quod de dictis bonis non erit nobis in seruicio aliquo obligatus. Seruicium enim sibi uendidimus, pro quo triginta quinque marcas denariorum usualium nobis dedit. Et ut hoc, quod a nobis factum est, postmodum per neminem ualeat irritari, presentem litteram inde conscribi fecimus et sigillo nostro appenso dicto Henrico de Stolpe tradidimus ad cautelam. Testes sunt: Johannes de Oldenburg, Johannes

Molteke, Thesmarus marscalcus, milites, Hermannus Haselowe, Maghorius, et alii quam plures. Datum Rostoc, per manum Arnoldi nostri notarii, anno domini M° CC° XC°, in uigilia beati Nycolai.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XXXII. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 801; Letztes Wort, 146.

1290. Dec. 25. Demmin. 2086.

Bogislav, Herzog von Pommern, bezeugt, dass Johann Küle von Belgard vor ihm und dem Fürsten Pribislav von Belgard auf alle Ansprüche gegen das Kloster Dargun wegen derjenigen 50 Hufen in Bast verzichtet hat, welche Ulrich von Bevenhusen zur Sühne für die Ermordung des Vaters des Johann Kule dem Kloster zu Colberg abgetreten hat.

Nos Buguzlaus dei gracia dux Slavorum universis hanc litteram visuris protestamur, quod Johannes Kule de Belegart coram nobis renunciavit omni actioni seu impeticioni, quam habebat vel quoquo modo habere poterat adversus fratres monasterii Dargunensis super quinquaginta mansis in Bast, quos Olricus de Beuenhusen, miles, pro anima patris predicti Johannis Kule, quem interfecerat, in sonam et reconciliacionem dederat sanctimonialibus antique ciuitatis Colberg, ordinis beati Benedicti, ita quod nec ipse Johannes Kule, nec aliquis heredum aut parentum suorum fratres dicti monasterii Dargunensis vmquam de cetero pro dicta causa debeat infestare. Preterea fratres sepedicti monasterii plenam fraternitatem patri prefati Johannis Kule contulerunt et per omnia ipsius memoriam in suis oracionibus agere tenebuntur, sicuti pro aliquo fratrum suorum defuncto apud ipsos agi hactenus est consuetum, et idem facient de matre sua, adiungentes et ascribentes utrosque ad altare sancti ....., quatinus participes fiant omnium missarum, que ad dictum altare sunt in perpetuum celebrande. Jnsuper et ipsum Johannem Kule in suam receperunt fraternitatem, facientes ipsum participem et consortem in vita pariter et in morte omnium bonorum, que apud eos fiunt tam pro vivis, quam defunctis. Ut autem hec omnia bono et amicabili fine concluderentur, fratres dicti monasterii Dargunensis ipsi Johanni Kule in monimentum perpetue reconciliacionis sex marcas denariorum monete currentis contulerunt. Jn cuius rei testimonium presentem litteram inde conscriptam sigillis nostro videlicet ac cognati nostri Pribezlai domini de Belegart fecimus communiri. Testes sunt: Rodolfus de Nienkerken, Nicolaus marscalcus dictus Draco, Johannes de Grameszowe, Hermannus de Ost, Hinricus Vos, milites, Hasso de Porsuelt, Wasmodus Kule, Arnoldus de Ost, Godefridus Dencin, Johannes Feyteblome,

famuli, et alii quam plures fide digni. Datum in castro Dymmyn, anno gracie M. CC. nonagesimo primo, in die natali domini nostri Jhesu Cristi.

Nach dem wohl erhaltenen Original im Pomm. Prov.-Archiv zu Stettin. An demselben hängt auch das wohl erhaltene Siegel des Fürsten Pribislav, wie es zur Urkunde Nr. 2019 abgebildet ist. — Gedruckt in Jahrb. XI, S. 267. — Vgl. Nr. 1819 und 2002 mit den Noten.

(Um 1290?) 2087.

Johann von Sterlei, Ritter, bezeugt, dass Wilhelm Picht wegen seiner Ansprüche auf die Güter in Goldensee vom Dom-Capitel zu Ratzeburg abgefunden ist.

Uiris honorabilibus et in Christo deuotis domino H. preposito, priori totique capitulo ecclesie beate uirginis Marie in Raceborch Johannes miles dictus de Stralye in Kil obsequii promptitudinem cum affectu. Protestor presentibus de re michi cognita a principio usque nunc, videlicet quod Wilhelmus Picht a bonis in Goldense sit modo firmo et racionabili separatus, cui domini (et) canonici ecclesie in Raceborch tantam pecuniam inpenderunt, quod ipse et sui successores bona predicta nunquam amplius possent modo aliquo infestare. Jn cuius rei testimonium volo, si necesse fuerit, iuramentis plurimis confirmare. Et cum sigillo proprio caream, vsus sum sigillo domini gardiani, qui omnia predicta, secundum quod a me audiuit, cum suis fratribus protestatur.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche im Archive zu Neu-Strelitz. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2223; Schröder, P. M. II, S. 2978.

(Um 1290. Gadebusch.) 2088.

Der Rath der Stadt Gadebusch ersucht den Rath der Stadt Lübek, die Ausfuhr der Ziegel und des Kalkes, welche von den Juraten der Jacobi-Pfarrkirche zu Gadebusch in Lübek gekauft sind, zu gestatten.

Discretis viris et honestis consulibus in Lubeke consules de Godebuz seruitii et honoris, quantum possunt. Cum confidentiam ad vos habeamus omnis boni, petimus, quatenus lateres et cementum, quod iurati parrochie[1] nostre ecclesie sancti Jacobi apostoli de nostra ciuitate in uestra ciuitate emerunt, deducere permittatis. Hoc summopere, in quibuscunque possumus, cupimus deseruire.

Aeussere Aufschrift: Consulibus in Lubeke detur.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Lübek. Das Pergament ist zusammengefaltet gewesen und zeigt oben und unten einen schmalen Messerstich zum Durchziehen eines Siegelbandes, aber keine Spur von einem Siegel. Nach der Schrift, welche klein und fest ist, wird der Brief noch in das Ende des

13. Jahrh. fallen. [1] Das Wort „parrochie" ist regelmässig -prc abgekürzt, so dass nicht „parrochialis" gelesen werden kann. Die Pfarrkirche zu Gadebusch war dem H. Jacobus d. ä. geweiht; vgl. Jahrb. III, B, S. 130. Es werden hier nur Ziegel und Kalk zu Kirchen-Reparaturen, Nebengebäuden oder Pfarrbauten gemeint sein, da das jetzige Schiff der Kirche älter, der Chor aber jünger ist, als diese Urkunde.

(1290—1293.) Rostock. 2089.

Das Heil.-Geist-Hospital zu Rostock nimmt den Geistlichen Gottfried, Kunigundens Sohn, als Bruder und künftigen Kaplan auf.

Gotfridus filius Konegundis, clericus, emit in domo sancti Spiritus VIII marcarum redditus pro LXXX marcis denariorum ad tempora vite sue; quo mortuo, primo anno post obitum suum octo marce predicte redituum erogabuntur, deinde redditus cedent domui memorate. Jtem idem Gotfridus receptus est in ipsam domum in confratrem et prebendarium, tali medio, quod, cum ad sacros ordines processerit, dicte domui more cappellani seruiet et sicut cappellanus tractabitur, suos ad hoc tollendo reditus quatuor anni temporibus expedite. Si vero ipsum prebendam resignare contigerit et alias declinare, dicti redditus ipsum sequentur, quamdiu vixerit, vnumque annum post ipsius obitum. Et ita est inter ipsos condictum et ordinatum Henrico Milite et domino Symone dicte domus capellano hoc procurantibus. Si autem ad dictam domum redire proposuerit et honesto modo se gesserit, iterum ad prebendam recipietur velud ante.

Nach dem Rost. Stadtb. A, Heft 5, Lage 14[b]. — Getilgt.

1290. 1291. Wismar. 2090.

Aufzeichnungen der Wismarschen Kümmerei.

Anno domini M° CC° LXXXX° persoluerunt serdones censum suum de locis de tempore natiuitatis domini. Jtem institores dederunt de locis. Jtem uenditores salis dederunt, sed Oldendorp dabit IIII[or] vicibus.

Eodem anno persoluerunt pistores censum suum, scilicet ledehure, in pascha. Jtem institores dederunt de locis. Jtem ortulani dederunt, scilicet Conradus Brodesende II solidos et II marcas, Petrus II marcas, Mertin XXVIII solidum, Alheydis de Ylowe I marcam.

Eodem anno persoluerunt pultifices censum suum de locis in festo Johannis baptiste. Jtem serdones dederunt censum suum de domo in eodem tempore. Jtem penestici dederunt de locis. Jtem pilleatores dederunt de locis denarios suos. Jtem venditores salis dederunt precium de cistis. Jtem ortulani dederunt de locis. Jtem institores dederunt de locis in foro.

Jtem carnifices et pistores dederunt censum suum, scilicet ledehure, Michaelis ipso anno. Jtem serdones dederunt de locis. Jtem institores dederunt de locis. Jtem ortulani dederunt de locis.

Camera tenetur ciuitati IIIIᵗ marcam denariorum. Jtem ciuitas recipiet IIIIᵉʳ marcas denariorum de vino.

Fossores cespitum receperunt super computacionem XXVII marcas denariorum.

Nach dem Wism. Stadtb. A, p. 84.

Ciuitas recepit a Judeis XLI marcas in vniuerso super computacionem. XXXVIIIᵗ marcam, quas prestiterunt ciuitati. Jtem dederunt XI marcas de excessu suo. Jtem quinque marcas dederunt feria VI. post dominicam Domine in tua misericordia, item XXVIIᵗ marcas. LX marcas I minus.

Jtem dederunt de centum marcis XV marcas, XL marcas et VIII solidos.

Ciuitas tenetur Judeis XXX marcas denariorum, quas sibi prestiterunt.

Stefanus persoluit XIII marcas de excessu suo.

Hinricus et Arnoldus Godiar promiserunt pro eo, et Hince Bityser, quod, si sex denarii ad vinum consulum adhuc sunt dandi de sortilegio pro macellis, ipsi hoc debent extorquere.

Anno domini M° CC° LXXXXI° dederunt alutarii denarios suos de locis in foro de tempore natiuitatis domini. Jtem pistores dederunt precium suum, scilicet ledehure. Jtem pultifices dederunt denarios de locis in foro. Jtem serdones dederunt pretium suum de domo. Jtem institores dederunt de locis denarios in foro.

Jtem ortulani dederunt de ortis de tempore pasche. Jtem institores dederunt de locis. Jtem penestici dederunt de scampnis. Jtem uenditores salis dederunt. Jtem alutarii de domo dederunt.

Nach dem Wism. Stadtb. A, p. 104.

(1290—1300.) 2091.

Johann Merseborg, Schuhmacher zu Wismar, und dessen Frau werden wegen Kuppelei der Stadt verwiesen.

Johannes Merseborch et vxor eius iuramento arbitrati sunt ciuitatem Wismariam de cetero pena suspendii numquam intraturi, pro eo quod filiam cuiusdam domine in hospitio suo fecerunt fornicari.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 86. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsalt., S. 23.

1291. 2092.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, gibt seinem Dom-Capitel den Zehnten von Sirksfelde zu seiner Memorie.

Conradus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus H. preposito, Th. priori totique eiusdem ecclesie capitulo, fratribus suis in Christo dilectis, salutem et sinceram in domino caritatem. Affectu sincero sic locum vestrum diligimus et personas, ut, licet omnium spiritualium virorum orationes implorare merito debeamus, vestras tamen fiducialius ac specialius tamquam confratrum nostrorum nobis desideramus inpendi, a quibus ordinis disciplinam, nominis dignitatem, prerogatiuam honoris nos cognoscimus recepisse. Confisi igitur de fraternitatis vestre dulcedine, vos rogamus, quatenus inter alios episcopos ecclesie vestre, quorum memoriam agitis, nos recommendatum habentes, et diem o[bitus] nostri annuum peragatis et deum nobis ad gratiam et misericordiam inclinetis, vt indulgentiam, quam nostris non meremur meritis, interuentu vestrorum precaminum assequamur. Vt autem hec in longitudinem dierum operemini et diutius agere valeatis, decimam nostram, quam habemus in slauicali villa Syrekesvelde, ad consolationem vel seruitium in die, qua memoriam nostram peragitis, vobis conferimus per presentes perpetuis vestris vsibus profuturam. Datum et actum anno domini M° C° C° nonagesimo primo, in presentia.

Nach dem Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz. Das Siegel aus gebräuntem Wachs (abgebildet zu Nr. 1746) hängt an rothen und gelben seidenen Fäden. Auf der Rückseite steht die Registratur aus dem Anfange des 14. Jahrh.: „Super decima ville Syuorkesvelde pro memoria episcopi.“ — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2213; Schröder, P. M. II, S. 2968.

1291. Rostock. 2093.

Heinrich Ritter [und Hermann Lise], Rathsherren zu Rostock, werden wegen ihrer Verdienste um das Heil.-Geist-Hospital daselbst in die Brüderschaft desselben aufgenommen.

Memorandum, quod Henricus Miles propter multa beneficia, que domui sancti Spiritus exhibuit, in eadem domo est receptus in fratrem, ita quod, quandocunque ipsi placuerit, prebendam sicut alius perfruetur. Hildebrandus Pes Asini, Th[eodericus] Friso tabule presidebant.

Nach dem Recipienden-Register des H.-Geist-Hospitals im Raths-Archiv zu Rostock. — Die Eintragung für „Hermannus Lise“ ist gleichlautend.

(1291.) Wismar. 2094.

Adelheid Swolger und ihr Sohn Radolf verpfänden ihr Erbe zu Wismar, an der frischen Grube bei der Radolfs-Brücke, an Giese Witt.

Alheydis Swolgersche et filius suus Radolfus inpignorauerunt hereditatem suam sitam in fine recentis fosse apud pontem Radolfi Gysoni Albo pro XXV marcis denariorum, ita tamen, si debiti fuerint aliis ciuibus nostris, quod intrabunt secum infra IIII^{or} ebdomadas secundum marcthale. Hoc notum est consulibus. Jtem, si domina littus suum non emendauerit et pontem iuxta eandem hereditatem, Gyso faciet emendare.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 164. — Getilgt.

(1291.) Wismar. 2095.

Heinrich Küle zu Wismar kauft das von Abbo von Pöl zu seiner Messe und S. Marien gegebene Erbe sammt anderthalb dazu gehörigen Hufen auf dem Dammhusener Felde.

Hereditatem sitam inter ecclesiam beate virginis et beati Georgii et mansum vnum et dimidium situm in campo Dammenhusen, quem Abbo de Pole contulit ecclesie beate virginis, emit Hinricus Kvle pro XX marcis denariorum numerate pecunie, et insuper omni anno dabit inde XX marcas denariorum, quarum decem dabuntur sacerdoti et due custodi, quod perpetuo dicatur missa cotidie in eadem ecclesia summo mane, relique in usus ipsius ecclesie conuertentur, ita quod ipse, uel quicumque emerit eandem curiam, habitet in ea personaliter et colat illum alterum dimidium mansum indiuisim. Et ille census est dandus in festo Martini quolibet anno uel per pignus extorquendus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 165. — Vgl. Nr. 1310.

(1291.) Wismar. 2096.

Aufzeichnung über den Kauf der Hälfte eines Speichers beim Georgen-Pfarrhause zu Wismar.

Medietatem granarii siti apud dotem ecclesie beati Georgii emit relicta Johannis de Brakle a filio Boltingi, ita quod ei et pueris suis pertinet integraliter et in toto.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 166.

(1291.) Wismar. 2097.

Dietrich von Timmendorf zu Wismar trifft ein Uebereinkommen mit seinen Stiefkindern über den Nachlass ihrer Mutter für den Fall ihres Todes.

Thidericus de Timmendorpe arbitrium fecit cum suis priuignis, quod, si uxor sua sine herede moritur, bona sua distribuentur secundum leges patrie, scilicet landrechte.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 169.

(1291.) Wismar. 2098.

Die Nicolai-Kirche zu Wismar verkauft ein ihr gegebenes Erbe.

Claus de Cismerstorpe emit hereditatem quandam ab ecclesia sancti Nicolai, quam Hinricus de Gnewesmolen sibi contulerat. Hanc tutores ipsius ecclesie sibi coram consulibus resignabunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 169.

(1291.) Wismar. 2099.

Die Stadt Wismar lobt 100 Mark aus für die Einbringung Hildebrand Brendekes.

Ciuitas promisit dare Alardo Grabowe et Wernero et Nicolao de Bantecowe fratribus centum marcas denariorum pro eo, quod Hildebrandum Brendeke viuum uel mortuum ciuitati presentabunt. De quibus denariis sex marcas inante receperunt, pro quibus Nicolaus Seueker promisit, quod, si hoc non perfecerint, eas reddent ciuitati, et si ipsi omnes forsan pro illa causa fierent occisi, tunc fideiussor eorum esset liber.

Nach dem Wism. Stadtb. A, p. 104. — Die Ursache zu dieser Massregel war ein Streit Hildebrand Brendekes, muthmasslich eines Sohnes Hildebrand Höppeners, mit der Stadt, der schon 1287 obwaltete (vgl. Nr. 1879 u. 1951), dessen Ursprung aber unbekannt ist.

1291. Jan. 1. Orvieto. 2100.

Papst Nicolaus IV. bestätigt die vom Papste Gregor IX. am 23. Oct. 1232 dem Orden der Büsserinnen der H. Maria Magdalena gegebene Regel (welche für das zu Röbel gestiftete und im J. 1298 nach Malchow verlegte Kloster dieses Ordens galt).

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiabus sororibus penitentibus sancte Marie Magdalene salutem et apostolicam benedictionem. Gaudete et exultate, filie Sion, que Babilonis fugatis tenebris lucem claritatis nitifere assumpsistis, dum in medio pelagi constitute uitiorumque iactate fluctibus, sub virtutum clippeo contra hostis antiqui molimina consurgentes uelut agonithete Christi in bello de carnis certamine palmam grate regi virginum uictorie reportastis, sicque castimonie indute ciclade, polluti seculi pulsis blandiciis, infra claustrum scalide penitentie lacrimis confessionum lauatis pedes domini cum Maria et capillis tergitis puritatis. Et vt amplius inmaculatas ab hoc seculo uos custodiretis et seruaretis sponso eterno, felicis recordacionis Gregorio pape VIIII., predecessori nostro, humiliter supplicastis, vt sub approbate religionis iugo ceruices uestras reflecteret et poneret gressus uestros et uiuendi traderet uobis normam. Qui tam pie supplicacioni pio condescendens affectu, regulam beati Augustini et instituciones ordinis monialium sancti Sixti de Vrbe uobis concessit inuiolabiliter obseruandas, prout in literis eiusdem predecessoris plenius continetur, quarum tenor talis est:

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiabus sororibus penitentibus sancte Marie Magdalene salutem et apostolicam benedictionem. Exurgentes de puluere, filie Syon, et reuerse ad dominum, Sunamites, nouum cantate domino canticum et resumptis organis vestris, suspensis olim in salicibus fluminum Babilonis, vnguenti capite alabastrum et uestris rigate lacrimis pedes eius et vngite, qui vos de lacu miserie et de luto fecis dignanter eduxit. Sane dilecto filio fratre Radulpho, presbytero ac preposito monasteriorum sancte Marie Magdalene, ordinis vestri, dudum accepimus referente, quod, cum ipse diuinitus inspiratus et miserie vestre compassus viam vobis salutis ostenderit, vt ambulantes in tenebris reuocaret ad lucem, vos, eo predicante vobis verbum salutis, conuerse ad dominum concurristis, et uolentes de infami commercio ad claustralem transire mundiciam, castitatem deo vouistis, ita quod iam deo propicio gustare cepistis, qualiter ipse dominus sit suauis. Ne autem hostis antiquus, qui vobis insidiatur ut leo, quietem vestram possit ullatenus perturbare, nobis humiliter supplicastis, vt uobis religionis habitum et viuendi regulam concedere digna-

remur. Nos igitur de salute vestra gaudentes in domino et vestris piis supplicationibus inclinati, regulam beati Augustini et instituciones ordinis monialium sancti Sixti de Vrbe vobis duximus concedendum, que noscitur esse talis. Sicut in primordio nascentis ecclesie multitudinis credencium erat cor vnum et anima vna erantque illis omnia communia, sic vos vnius moris et vite in domo domini esse decet; ideoque conuenit, vt, (sub) que sub eadem regula et vnius professionis uoto uiuitis, inueniantur (!) semper in norma viuendi et canonice religionis obseruanciis uniformes, que sunt tales. Quelibet, cum recipitur in sororem, promittat obedienciam, loci stabilitatem et ordinis, viuere sine proprio, ac eciam continenter domum illam, in qua professionem fecerit, nullatenus egressura, nisi ad conuentum alium eiusdem ordinis ex causa necessaria transferatur. Norma vero uiuendi talis est. — — — Jn refectorio semper ad mensam legatur, et sorores cum silencio deuote audiant lectionem. — — — Jnfirmis autem, debilibus et senibus tantum in infirmatorio indulgeatur cibus carnium, prout regula beati Benedicti permittit. — — — Sorores autem silencium teneant in locis omnibus, preterquam in locutorio et capitulo in hora capituli, nec eciam in locutorio loquantur absque licentia speciali. Jn operatorio vero loqui silenter poterunt de hiis, que spectant ad opera, et ad fenestram de licencia priorisse. — — — Vestes autem sint albe, quibus utemini, et non sint nimis subtiles, vel etiam delicate. — — — Sufficiat autem moniali habere duas tunicas et duas camisias grossas usque ad genu cum pellicio competenti. Tunica non descendat vltra calcaneum, ne per humum defluat indecenter. Duos habere mantellos soror poterit, si domus eius hoc ualuerit tolerare, alterum tamen cum pellibus, et scapulare ac calciamenta necessaria, et eciam duo uela. Super stramin[e] et laneis soror iacebit in vna ueste lanea et camisia, si voluerit, semper cincta. — — — Ceterum quia ociositas inimica est anime, necnon mater et nutrix est vitiorum, nulla in claustro maneat ociosa, sed semper, si poterit, aliquid operis faciat. — — — Priorissa eligatur ab aliquibus senioribus et prudencioribus de conuentu sororum ad hoc a conuentu electis, et confirmetur per prepositum generalem, per quem eciam poterit a(m)moueri, cum visum fuerit expedire. Officiales autem cetere per priorissam de seniorum sororum et prudentiorum consilio debent institui et mutari, saluo in omnibus generalis prepositi prouidencia et mandato. Similiter prior a suis fratribus eligatur, confirmetur autem uel, si opus fuerit, designetur et ordinetur a preposito generali. Fratres regulam beati Augustini obseruent. Jn qualibet autem domo, si poterit, sint sex fratres ad minus religiosi quidem et regulam beati Augustini professi, ex quibus tres ad minus sacerdotes existant. — — — Datum Anagnie, X. kalendas Nouembris, pontificatus nostri anno sexto.

Nos itaque vos in sancta religione et fructuosis fauoribus et graciis fauorabilibus conseruare et confortare paterna sollicitudine cupientes,

concessionem huiusmodi auctoritate presenti approbamus, regulam et constitutiones premissas ad instar eiusdem predecessoris vobis nichilominus concedendo, quatenus in illis, opitulamine gracie celestis adiute, ad agmina superna itinera vestra feliciter et felicius preparetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbacionis et concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Vrbem Veterem, kal. Januarii, pontificatus nostri anno tercio.

Auszug aus einer beglaubigten Abschrift auf Pergament vom 20. Mai 1305 im Archiv des Klosters Malchow. Ueber den Orden der Büsserinnen der H. Maria Magdalena und die Klöster zu Röbel und Malchow vgl. Jahrb. XXI, S. 293, und oben Nr. 1283.

1291. Jan. 1. Grevesmühlen. 2101.

Heinrich, Fürst von Werle, Helmold, Graf von Schwerin, und Johann (zu Gadebusch) und Heinrich, Fürsten von Meklenburg, verbinden sich mit der Stadt Lübek zur Zerstörung der Raubburgen Kloksdorf, Carlow, Schlagsdorf, Borsdorf, Mustin, Linau und „Nannendorp", sowie zur Abwehr etwaniger Schädigungen durch den Herzog Albrecht von Sachsen.

Hinricus dei gracia dominus de Werle, Helmoldus eadem gracia comes Swerinensis, Johannes et Hinricus dei gracia domini Magnopolenses uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Ad cuiuslibet noticiam cupimus peruenire, quod ob reformationem iurate pacis, per quosdam malefactores violate, cum discretis et honestis viris consulibus et uniuersitate ciuitatis Lubecensis unanimiter concordauimus in hunc modum, videlicet quod munitiones Clokestorpe, Karlowe, Slawekestorpe, Borchardestorpe, Mustin, Linowe et Nannendorpe, unde terris nostris et communi strate et dicte ciuitati Lubicensi spolia sunt illata, funditus destruere debeamus, contra eos, qui nostros vasallos et subditos captiuos deduxerunt, nichilominus procedendo. Quas quidem munitiones si dei et amicorum nostrorum auxilio mediante destruxerimus, si quisquam eas ibidem vel alias in vicino reedificare attemptauerit in nostrum et communis strate necnon et ciuitatis prehabite preiudicium et grauamen, illud totis nostris viribus defendemus. Si quis autem dictis maleficis cooperari voluerit et destructionem dictarum munitionum vel reedificationis defensionem impedire, illi unanimiter resistemus. Ceterum, si racione huius quempiam de vasallis nostris vel burgensibus ciuitatis Lubicensis in bonis suis vel debitis eis soluendis impediri

contigerit, vel a domino duce Saxonie aliquem vasallorum nostrorum vel burgensium prefate ciuitatis, feodum ab ipso tenentium, racione diffidationis in bonis suis privari, et burgenses ciuitatis Lubicensis predicte in debitis ab eodem duce soluendis contigerit pregrauari, concordiam prorsus nullam inibimus, nisi quilibet possessioni bonorum suorum restituatur sicut prius, et solutionem debitorum suorum plenius assequatur. Ad hec dicta ciuitas nobis seruiet cum una machina et suis attinentiis, additis viginti armatis et totidem sagittariis, quam nos per nostros vasallos ad loca et munitiones prehabitas conducemus et conpleto dicto negocio illesam Lubeke reducemus; proviso eciam, quod dicta causa durante nobis et omnibus nostris in ciuitate Lubeke liber patebit introitus et egressus. Nullus eciam nostrum in sepedicta causa concordiam attemptabit, nisi de omnium, quorum interest, processerit voluntate. Et ut hec firma perseuerent, nos una cum militibus nostris infrascriptis fidem dedimus manualem, quorum nomina sunt hec: Olricus de Bluchere, Fredericus Moltsan, Fredericus Smekere, Gerlacus de Ekelenvorde, Thetlewus de Bocwol(moe)de, Marquardus de Lo, Gerardus de Exen, Johannes de Dambeke, Nicolaus de Bu°lowe, Ludolfus aduocatus, Gerardus Metceke, Reymbernus de Barnekowe, Hinricus de Stralendorpe, Thidericus de Hagen, Ekehardus de Quitzowe, Volradus Scotze et Helmoldus de Plesse. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum Grewesmolen, anno domini M°CC° nonagesimo primo, in die circumcisionis Christi.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 514, aus dem zu Lübek auf der Trese befindlichen Originale, mit anhangenden 4 ziemlich gut erhaltenen Siegeln. — Gedruckt auch bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 90. — Vgl. oben Nr. 2036 mit der Note, und unten Nr. 2104.

1291. Jan. 6. Röbel. 2102.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt den Wollweebern zu Röbel ihre Privilegien, namentlich die Freiheit Tuch zu verschneiden.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui est salus omnium. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium et scripturarum testimonio perhennari. Sciant igitur tam presentes, quam futuri temporis posteri, quod nos de consensu nostre dilecte matris et de bona nostra voluntate fratrumque nostrorum et de consilio nostrorum fidelium textoribus lane Robele commorantibus necnon vniuersis tale opus excercentibus, ut possint licite et libere sine quolibet inpedimento pannum incidere, sicut temporibus nostri aui et nostri patris inciderunt, dedimus licenciam liberam atque largam. Et omne ius, quod a primeuo tempore habuerunt, debent ipsi et posteri eorum habere perpetuo, contra-

dictione qualibet amputata. Jtem sicut magistri, quos inter se solent annis singulis eligere, hucusque ordinauerunt de pannis eligendis et reiciendis, et omne ius, quod inter se predicti textores habuerunt, quod datum est eis ex parte nostri, debent frui perpetuo tali iure. Vt igitur hec donacio firma et inconwlsa perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum predictis textoribus dedimus et id appensione sigilli nostri fecimus communiri. Huius rei testes sunt: domina S., nostra dilecta mater, et milites nostri: dominus Nicolaus Hane, dominus Mathias Ketelhot, dominus Conradus Buno, dominus Bertoldus magister coquine, dominus Yo de Morin, et alii quam plurimi fide digni. Datum Robele, anno domini M° CC° LXXXX° primo, in die ephifanie domini.

Nach dem Original im Archiv der Kirche auf der Neustadt Röbel. An einer Schnur von rother Seide hängt des Fürsten Siegel, abgebildet zu Nr. 1729. — Gedruckt in Jahrb. XIII, S. 340. — Vgl. Jahrb. XIII, S. 351.

1291. Jan. 17. Rostock. 2103.

Bürgschaften auf Jahr und Tag für eine Erbschaft.

Henricus Albus sufferrator et magister Bertramus cyruricus (!) fecerunt caucionem ciuitati pro hereditate quadam, XXVII marc. videlicet, quam summam Wezelus de Norwegia erogauit ad manus Jacobi et Arnoldi, quod ab omni inpeticione, que circa dictam hereditatem infra annum [et] diem oriri poterit, ciuitatem eripiant. Et insuper Johannes de Bremis, Gerhardus Scriptor, Henricus de Zuerin, Henricus de Samso, Ezekinus pellifex, ciues de Ankelem, prefatos Henricum et Bertramum ab omni dampno indempnes eripere promiserunt. Actum anno nonagesimo primo, feria IIII[a] post octauam epyfani[e], dominis Hermanno Lyse et Wilbrando tabule [presidentibus].

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 70. — Vgl. „Albertus de Cosfeldia promisit pro VIII talentis nouo„rum sterlingorum, que recepit Henricus de Gandersem de dono Johannis Scermere, anno et die. Jtem „Arnoldus de Gnewesmolen et Bertrammus Frekenhorst promiserunt pro II talentis nouorum sterlingorum „anno et die, quo dedit Johannes Scermere Henrico et Eucken. Jtem Bernardus de Asbeke et Henricus „Swede promiserunt anno et die [pro] XL talentis nouorum sterlingorum pro Hermanno de Dutkinchem, „quo Johannes Scermere in suis extremis erogauit. Scriptum anno domini M° CC° LXXXVIII°, in vigilia „Martini." (Stadtb. C, fol. 168; vgl. oben Nr. 2008). — 1291: „Hermannus de Bremen sustulit X marcas „antiquorum denariorum Selandes et VI duodenas pilleorum. Pro eo fideiussit Alardus de Bremen, quod „nullus heres sit propinquior." (Stadtb. D, fol. 63.) — 1292: „Ludbertus de Fonte et filii Torkilli, Jo„hannes et Jesub videlicet, vendiderunt et resignauerunt Johanni et Alberto fratribus dictis Papo heredi„tatem vnam sitam iuxta Albertum Pedem, que ipsis ex obitu domine Estercht cesserat, et ipsis rationa„biliter resignauerunt. Johannes Woltheri promisit warandiam pro pueris, quousque patentes littere ciui„tatum Copmanhauen et Nestwcht veniant, ne ciuitas inpetatur, item pro Lubberto Bernardus Copman, „Ludolfus Pes." (Stadtb. D, fol. 84.) — Vgl. noch fol. 62 (zum J. 1291): „Venit Johannes Sump de „Hemborg et sub nomine veri et legitimi nuncii sustulit bona valencia V marcas, que Hinco Wlpes (qui) „hac in ciuitate moriens post se reliquerat. Et quod verus esset nuncius, promiserunt pro eo Detmarus „pellifex et Nycholaus maritus Lise. Hermannus Lise, Hildebrandus Esclesuot tabule presidebant."

1291. Jan. 19. Dutzow. 2104.

Otto, Herzog von Braunschweig-Lüneburg, Adolf und Gerhard, Grafen von Holstein, und Nicolaus, Graf von Schwerin, schlichten die Fehde zwischen Heinrich, Fürsten von Werle, Helmold, Grafen von Schwerin, Johann und Heinrich, Fürsten von Meklenburg, Bernhard und Nicolaus, Grafen von Danneberg, und der Stadt Lübek, einerseits, und den Rittern Hermann Rübe und Reinbern von Karlow und deren Verbündeten, andererseits.

Nos Otto dei gracia dux de Brunswic et de Lunenborch, Adolfus et Gherardus eadem gracia comites Holtzatie et Nicolaus comes Zwerinensis omnibus presentia audituris cupimus esse notum, quod omnem materiam dissensionis eorum, exortam inter nobiles uiros Hinricum dominum de Werle, Helmoldum comitem Zwerinensem, Johannem et Hinricum dominos Magnopolenses, Bernardum et Nicolaum comites de Dannenberch, et prouidos uiros et honestos consules et uniuersitatem ciuitatis Lubicensis, ex una, et strenuos milites Hermannum dictum Rybe, Reynbernum de Karlowe et ipsorum complices et ceteros vasallos illustris principis domini Alberti ducis Saxonie, parte ex altera, ex arbitrio hinc inde nobis commisso sopiuimus in hunc modum, videlicet quod munitiones infrascriptas: Weninghe, Walrowe, Clokestorpe, Karlowe, Mustin, Duzowe, Slawekesdorpe, Burchardesdorpe, Linowe et Nannendorpe illi, quorum esse dinoscuntur, infra hinc et crastinum Scolastice uirginis nunc instans funditus destruent, lignis propriis usibus reseruatis, fossata circa easdem totaliter conplanando, nullam etiam aliam munitionem reedificando. Si uero, quod absit, dicte munitiones dirute non fuerint et fossata planata, prout nobilibus uiris supradictis et dicte ciuitati placuerit, per se destruent et planabunt, nullo ipsos penitus prohibente. Hii uero, qui de dictis munitionibus uel aliunde in terra iam dicti ducis Saxonie uel dominorum prefatorum ipsis dominis uel vasallis et subditis eorundem dampna intulerunt uel quorum nomine sunt perpetrata, ipsis restaurum sufficiens facient, dummodo quilibet dominorum Slauie, dampna in se uel in suis passus, assumptis sibi duobus militibus hoc firmauerit iuramento, quod et illustris princeps dux Saxonie faciet uice uersa; et hoc de iis tantum, que a principio huius discordie originem habuerunt. Hiis supradictis adinpletis, et quando sona, que uulgariter orveyde nuncupatur, fuerit adimpleta, tam de captiuis, quam de aliis per sonam diiudicatis, captiui hinc inde liberi dimittentur. Nec hii, qui cum Ryboni milite capti fuerunt, ullam super dampnis per captiuitatem illatis eisdem habebunt amplius actionem. Preterea feodum, quod nobilis uir Hinricus dominus de Werle et ceteri domini Slauie et uasalli eorundem a ducibus Saxonie actenus habuerunt, eodem iure, sicut progenitores eorum habuerunt, dux ipsos inpheodabit, cum fuerit requisitus. Burgenses etiam Lubicenses de bonis suis eodem

iure gaudeant sicut prius. Si omnia predicta uel quodlibet eorum ad plenum seruatum non fuerit, predictorum nobilium contra ducem Saxonie et suos coadiutores erimus, sicut promisimus data fide. Jn simili modo ducem iuuabimus, si a dominis Slauie nostra ordinatio fuerit uiolata, ut totius controuersie huius finis habeatur, et nullus rancor remaneat et amplius oriatur inter illustrem principem ducem Saxonie et prefatos nobiles vasallosque eorundem et ciuitatem Lubicensem. Hincinde nos una cum prefato principe duce Saxonie et militibus infrascriptis fidem dedimus pro hiis manualem, quorum nomina sunt hec: Theodericus de Alten, Eckehardus de Boyceneborch, Wernerus de Medinghe, Theodericus de Monte, Emeke Hake, Marquardus dapifer, Hermannus Rybe senior, Cristoforus de Borstel, Otto Wackerbart, Tetleuus de Parkentin, Heyne Scacke, Gotscalcus de Haghenowe, Wolradus de Zule, Luderus Wackerbart, Wlueke de Swartenbeke, Johannes Balch, Reynbernus de Karlowe. Marquardus Scarpenberch, Georius de Hidsaker, Hermannus Reybe de Tune et Rodolphus de Jericho. Ut hec omnia supradicta inconwlsa perseuerent, sigillorum presentium appensionibus fecimus communiri. Datum Duzowe, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, in uigilia Fabiani et Sebastiani martyrum.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 515, aus der Abschrift im Bardewick'schen Copiarius, fol. 99, mit den in Bd. II, S. 1086, mitgetheilten Berichtigungen aus dem nachträglich zu Lübek aufgefundenen Original.

(1291.) 2105.

Volrath von Zülc, Ritter, und seine Genossen überlassen dem Fürsten [Johann] von Meklenburg [zu Gadebusch] von den Gütern, welche ihnen von Jordan und Otto verpfändet sind, eine Rente von 5 Mark.

Notum sit omnibus hanc litteram inspecturis, quod Volradus miles dictus de Sulen et sui socii, videlicet Wesenberch, Emeko Stampe, Hermannus de Stockem, Meruthen, resignauerunt venerabili domino eorum de Mekelenborch V^{que} marcarum reditus de bonis, que iam dictus miles cum suis sociis recepit in pignore ex parte Jordani et Ottonis, tali condicione interposita, quod non debeat recipere de melioribus bonis, neque de vilioribus, sed debet recipere, veluti iacet et sicut predicti habuerunt. Et quod hec vera sint, ego Volradus de Sulen sepedictus iussi cum appensione mei sigilli presentem litteram roborare.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem aus der Urkunde geschnittenen Pergamentstreifen hängt ein schildförmiges Siegel mit einer schräge rechts fliegenden Pfeilspitze (Strahl) auf gegittertem Grunde; Umschrift:

✠ S' FOLRA[D]VS DA ZV[LA]N

Dieses Siegel ist ganz verschieden von demjenigen des gleichnamigen Ritters, welcher um 1308 erscheint (auf dem letzteren ist der Strahl geschacht, das Feld leer), und die obige Urkunde gehört nach den Schriftzügen noch dem 13. Jahrh. an. In den Jahren 1288—1293 kommt oft ein lauenburgischer Ritter Vol-

radus de Zule[a] vor (vgl. die Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 128 und 472, U.-B. der Stadt Lübek I, S. 516, 518, 521, 527, 544; Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 717, u. oben Nr. 1990 und Nr. 2104), und zwar wiederholt zugleich mit Otto Wackerbart, welchen wir in dem in Nr. 2105 genannten Otto vermuthen (vgl. Nr. 2104). Die von Wesenberg trugen ihren Namen von Wesenberg an der Trave und führten ein gleiches Wappen wie die Züle (Milde, Siegel des Mittelalters, H. VI (1864), Taf. 13, Nr. 199), ein „Borchardus de Wesenberg, miles," kommt 1273 vor (U.-B. der Stadt Lübek I, S. 320), die Ritter Marquard und Helrich im Anfange des 14. Jahrh. (Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 226, 484, II, 50, 221; U.-B. der Stadt Lübek II, 332). Auch die Stampe und Marute sind holsteinische ritterbürtige Familien („Echehardus dictus Stamp, miles," tritt 1296 zu Cismar auf, Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I, S. 142; „Johannes Marute" begegnet uns 1309 im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 211). — Wir glauben, die obige Urkunde bezieht sich auf die Fehde wegen der Raubburgen im J. 1291 (Nr. 2101 u. 2104), und verstehen unter dem meklenburgischen Fürsten den Fürsten Johann zu Gadebusch, welcher nach Nr. 2028 mit Lauenburg und Holstein den Landfrieden vom J. 1289 geschlossen hatte und nach Nr. 2101 und Nr. 2104 an jener Fehde Theil nahm.

1291. Febr. 3. 2106.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow auf Antrag des Ritters Duding das Eigenthum zweier Hufen in Kuhs.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle uniuersis presens scriptum intuentibus salutem in uirginis filio benedicto. Justorum discrecio hoc expostulat et requirit, ut pia facta hominum, ne obliuioni tradantur, litteris conscribantur. Hinc est, quod scire uolumus uniuersos, qui hanc paginam susceperint perlegendam, quod nos ad instanciam dilecti militis Dudinghi duorum mansorum proprietatem in Kuzitze sitorum dedimus omnipotenti deo in Gustrowe et beate genitrici eius uirgini Marie necnon et beato Johanni ewangeliste et sancte Cecilie cum omni iure uasallorum perpetuo possidendam. Ne igitur huiusmodi dacio a nostris possit successoribus dubitari, sigilli nostri munimine roboramus. Testes sunt milites: Nicolaus Gallus, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Johannes Koz, Hinricus et Conradus de Cremun, et alii quam plures prouidi et honesti. Acta hec sunt anno dominice incarnacionis M°CC° nonagesimo primo. Datum in die Blasii, per manus notarii nostri Johannis de Retze.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XVIII. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 150.

1291. Febr. 3. Lüneburg. 2107.

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, tauscht das Dorf Barendorf bei Hitzacker vom Dom-Capitel zu Ratzeburg für eine Lüneburger Salzhebung ein und verkauft dasselbe dem Kloster Lüne.

Dei gratia nos Otho dux de Brunswig et Luneburg omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Quoniam ea, que aguntur in tempore, ne

simul labantur cum tempore, dignum est, ut stilo perpetue memorie commendentur: notum igitur esse volumus presentium inspectoribus universis, quod, cum Raceburgensis ecclesia villam Bardenthorpe cum silvis et pertinentiis suis ex dono domini Henrici quondam Saxonie, Bawarie et Brunswicensis ducis, illustris principis, tritavi nostri, in proprietatem perpetuam multis temporibus possedisset, et quia procul distabat, ab eis fructum modicum consequi valuisset, placuit tam ei, quam nobis, dicta bona ad nos recipere et utiliora et fructuosiora conferre. Hinc est, quod nos post resignationem dictorum bonorum a preposito et capitulo eiusdem ecclesie nobis factam ea ad nos recepimus et tres choros salis, quos in salina Luneborch in domo Hoginche dicta possedimus, eis restituimus, contulimus in proprietatem perpetuam, cum ea libertate, qua nos possedimus, permutationis titulo possidendos. Nos etiam presentibus literis profitemur, volentes nostrum rationabile factum ad notitiam tam presentium, quam futurorum pervenire, quod nos habito consilio et consensu venerabilis patrui nostri Conradi Verdensis episcopi supradictam villam Bardenthorpe, postquam ad nos taliter extitit devoluta, cum omnibus pertinentiis, iuribus, nemoribus, silvis, pratis, paschuis, terris cultis et incultis, agris et possessionibus, exemptam ab omni advocatia, exactionibus, angariis et parangariis, honorabili viro domino Christiano preposito, Ulgardi priorisse totique conventui sanctimonialium in Lune, ordinis beati Benedicti, Verdensis diocesis, pro quadringentis marcis Hamburgensium denariorum vendidimus causa utilitatis nostre, ea libertate et eo iure, quo tritavus noster memoratus et prefata ecclesia Raceburgensis habuit et possedit multis annis, proprietatis titulo libere in perpetuum possidendam, nobis, heredibus nostrisque successoribus in ea nichil iuris penitus reservantes. Preterea nos et consiliarii nostri: Henricus de Wrestede, Eckehardus de Boyceneburch, Theodericus de Alten, Theodoricus de Monte, Gevehardus de Monte, Manegoldus Struve, Henricus de Monte, Henricus de Danneberge et Asquinus de Saldere, milites, in manus prepositi antedicti fidem dedimus manualem pro nobis et heredibus nostris nunc viventibus et futuris, quod contra dictum contractum nunquam per nos vel per alios, directe uel indirecte veniemus, et quod dictam ecclesiam warandabimus contra omnem hominem de premissis. Huius contractus testes sunt milites iam premissi. Et in huius rei euidens testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Nos similiter dei gratia Conradus Verdensis ecclesie episcopus consensum nostrum adhibuimus ad premissa, contractui etiam interfuimus, quod per sigillum nostrum presentibus appositum profitemur. Datum Luneborch, anno incarnationis domini M. CC. XCI., in die beati Blasii episcopi et martiris.

Nach der „Sammlung ungedruckter Urkunden und anderer zur Erläuterung der Niedersächsischen Geschichte und Alterthümer gehöriger Nachrichten", Stück I (Göttingen, 1749), S. 14 (ohne Nachweisung des Originals). — Vgl. Bd. I, Nr. 65, und unten Nr. 2108, 2111 und 2114.

1291. Febr. 5. Lüneburg. 2108.

Vogt und Rathmänner zu Lüneburg beurkunden, dass Herzog Otto von Lüneburg an das Dom-Capitel zu Ratzeburg eine Salzhebung zu Lüneburg gegen Besitz zu Barendorf vertauscht hat.

Nos Johannes Prekel aduocatus in Luneburg, Albertus Hollo, Johannes de Melbeke, Johannes Om, Herderus, Alardus de Sch[ilsten, Andreas,] Johannes Hogeri, Gherardus Garlop, Heyne Remensnidere, Johannes Dicke, Ludolfus Hoppensac, Johannes Beue, Thidericus Bur[mester, Ludolfus] Stenbeke, eiusdem consules ciuitatis, ad noticiam tam futurorum, quam presencium volumus peruenire, quod, [quemadmodum illustris] princeps dominus Hinricus dux Bruneswicensis et fundator ecclesie Raceburgensis felicis memorie dotauit [ecclesiam me]moratam cum bonis Barendorpe, eo modo commune capitulum Raceburgense in dotem sue ecclesie commutauit [eadem bona] cum illustri principe domino nostro Ottone duce in tres choros salis quolibet flumine tollendos in salina Lunebu[rg, in bo]nis iam prefati domini nostri Ot[tonis] ducis, videlicet in domo Hoginge, [ea] libertate, qua idem dominus noster Otto dux prenotat[os] tres choros possedit hactenus a patre suo in hunc diem, prout in speciali priuilegio sepedicti domini nostri Ot[tonis] duc[is] plenius continetur, libere ac perpetuo possidendos. Ne autem hec commutacio coram nobis racionabiliter ordinata alicuius posterorum nostrorum temeritate siue violencia aliquatenus ualeat infestari, presentem paginam sepedicte ecclesie in Raceburch sigillo nostre ciuitatis ad [caute]lam dedimus communitam. Datum Luneburg, anno domini M° CC° nonagesimo primo, in die Agathe virginis et martyris.

Nach dem Original zu Neu-Strelitz, welches seines Siegels beraubt ist und mehrere (hier aus dem Copiar I der Ratzeburger Kirche ergänzte) Lücken hat. — Vgl. Bd. I. Nr. 65, Bd. III. Nr. 2107 und unten 1291, Nr. 2111 u. 2114. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2215, und bei Schröder. P. M. II, S. 2970.

1291. Febr. 21. Doberan. 2109.

Nicolaus, Fürst von Werle, beurkundet, dass mit seiner Genehmigung die Söhne des verstorbenen Ritters Johann von Dessin dem Kloster Sonnenkamp (Neukloster) für die 60 Mk., welche der Vater dem Kloster schuldig geblieben ist, 6 Mark jährlicher Hebungen aus dem Kuppentiner Hagen verpfänden.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Cum dominus Johannes dictus de Ducin, miles noster dilectus et fidelis bone memorie, filie sue Margarete in claustro monialium Campi

Solis existenti sexaginta marcas denariorum pro prebendula assignauerit et morte preuentus ipsas non persoluerit, nec filii dicti domini Johannis dictam pecunie summam in presenti sufficiant ad soluendum, notum facimus vniuersis tenore presencium publice protestantes, Ludolfum, Johannem, Nicolaum, Hinricum, Conradum et Bernardum, filios eiusdem domini Johannis, ex assensu nostro plenario memorato claustro Campi Solis prouentus sex marcarum in villa dicta Cobandinerhaghen de duobus mansis, quos Woldemarus ibidem nunc colit, annis singulis percipiendos pro prehabitis sexaginta marcis sub ypoteca pignoris assignasse, condicione tali interposita, quod, quandocumque ad tantas res deuenerint, ipsos prouentus redimendi liberam habebunt per omnia facultatem. Jn cuius rei testimonium et cautelam presenti littere inde conscripte ad peticiones prenotatorum puerorum eorumque amicorum sigillum nostrum duximus apponendum. Testes sunt: Nicolaus Ketelhot, Hinricus Brusehauere, Wernerus de Wic, milites, Bernardus de Lesten, Ludolfus de Gantzowe, Conradus de Rensowe et alii quam plures fide digni. Datum in Doberan, anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo primo, in vigilia cathedre sancti Petri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 78.

1291. März 17. Röbel. 2110.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht für 220 Mk. Pf. und die Abtretung der Mühle zu Priborn dem Kloster Amelungsborn und dessen Brüdern zu Dranse Güter in Solzow, Vipperow und Priborn mit der Fischereigerechtigkeit auf der Müritz und das Eigenthum der oberen Schilder-Mühle.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Nicolaus dei gratia dominus de Werle vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentia visuris in perpetuum. Cum mundane varietatis cursus ambiguus in sui varietate nichil habeat certius, quam ad ea, que rite acta sunt, statim cum non placent, se inclinet et immutare conetur, expedit de rebus gestis scripturam fieri, per quam geste rei ueritas posteris clarius elucescat. Hinc est, quod tenore presentium publice recognoscimus, tam presentibus, quam futuris notum fieri cupientes, quod venerabiles et in Christo nobis dilecti dominus abbas totusque conventus monasterii de Amelungesborna, Cysterciensis ordinis, Hildensemensis dyocesis, atque fratres eorum manentes in Dranse molendinum suum in dominio nostro situm, quod Priborne dicitur, cum omnibus vtilitatibus suis et proprietate, sicut ad ipsos pertinuit, ad manus et vtilitatem nobis totaliter assignauerunt et resignauerunt. Jnsuper ducentas et viginti marcas denariorum promptas ab ipsis recepimus. Pro quibus

omnibus, accedente beneplacito et consensu dilecte matris nostre domine Sophie et fratrum nostrorum Guntheri, Bernardi, Henrici et Johannis, de maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio, vendidimus, donauimus et donamus eisdem domino abbati et conventui in Amelungesborna et fratribus eorum in Dranse perpetuo, quiete, pacifice et libere possidere quedam bona in Soltsowe, videlicet curiam quandam cum fundo suo siue insula, in qua sita est, necnon tres mansos ibidem ad eandem curiam pertinentes, item vnum mansum in Vipperowe et quartam partem stagni, quod Szumit dicitur, et medietatem cuiusdam aque, que Reke dicitur, iuxta villam Gartz, necnon alios quinque mansos in Priborne, que omnia emimus a fideli nostro vasallo Henrico de Rorbeke, armigero. Qui cum omnia ista cum vxore sua et heredibus suis nobis resignasset, fratres predictos in possessionem misimus eorundem, volentes, vt ipsi ea cum terminis, quos nunc habent vel ab antiquo habuisse dinoscuntur, cum omnibus attinentiis suis in siluis, pratis, pascuis, campis cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, cum integra proprietate et hereditate tam in areis, quam in arearum spatiis, que kotworde dicuntur, sine diminucione et dimensione aliqua iugiter obtineant et ex toto. Ceterum fratres sepedicti habebunt proprietatem quatuor mansorum in Soltsowe et omnium arearum, que ad ipsos mansos pertinent vel pertinuerunt antiquitus, quos mansos emit sibi Tidemannus Priborne, burgensis in Robele, ab eodem Henrico de Rorbeke superius memorato. Preterea iidem fratres racione proprietatis et iuste possessionis, quam habent in prefatis bonis et mansis, habebunt piscaturam in aqua Muriz, sicut Henricus Rorbeke habuit et ceteri vasalli nostri habent apud aquam Murizce commorantes. Jnsuper vendidimus prememoratis fratribus proprietatem superioris molendini in Schilde, scilicet iuxta villam Bale siti, statuentes, vt nullus intra terminos dominii nostri eis in flumine et amne ipsius molendini infra vel supra vllum inpedimentum, quod stowinghe dicitur, faciat; et ad firmandum obicem ipsius molendini terram in dominio nostro accipient et acquirent. Vt igitur cum progenitoribus nostris, qui ecclesiam in Amelungesborna eternorum intuitu liberaliter dotauerunt, de manu domini, in quo uiuimus, mouemur et sumus, recipiamus duplicia, gratiam scilicet in presenti et gloriam in futuro, donationes et libertates, quas ipsi progenitores nostri in quibuscunque locis eis donauerunt, ratas habemus et confirmamus eisdem, volentes, vt ipsi bona superius memorata eadem libertate, iusticia, toto iure et pleno iudicio, sicut habent in Dranse, iugiter possideant. Jn quorum omnium testimonium presentes littere sigil[l]i nostri munimine sunt firmate. Testes sunt: dominus Johannes Stormen, prepositus in Robele; item Nicolaus dictus Hane, Mathias Ketelhot, Conradus de Cremun, Thanquardus de Guzsteuene, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Conradus Bune, Volradus Dargaz, Jerizlaus, Johannes de Morin, Otto de Ritsowe, Johannes de Hauelberghe, milites; item Tidericus Cusengart, Erkenbrecht, ambo Conyut, hii armigeri, et plures alii fide digni, vbi hec acta sunt,

pariter affuerunt. Actum Robele, anno gracie M° CC° LXXXX° primo, XVI. kalendas Aprilis. Datum per manum domini Johannis de Retz, capellani et notarii curie nostre.

Nach Riedel, Cod. Brand. I. B. 1, S. 450, aus dem Original im Haupt-Landes-Archiv zu Wolfenbüttel. — Ferner gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 151.

1291. April 14. Ratzeburg. 2111.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, überträgt dem Kloster Lüne das von der Ratzeburger Kirche an den Herzog Otto von Lüneburg gegen eine Salzhebung vertauschte und von diesem an jenes Kloster verkaufte Dorf Barendorf bei Hitzacker.

Dei' gracia Raceburgensis ecclesie episcopus, H. prepositus totumque eiusdem ecclesie capitulum vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in virginis filio crucifixo. Si studiosam intentionem damus et operam efficacem inpendimus hiis, que ad vtilitatem et maiores [fructus] ecclesie nostre dinoscuntur pertinere, debitum nostrum explemus et animabus nostris salubriter prouidemus. Jgitur karitati omnium fidelium uolumus esse notum, quod, cum ecclesia nostra villam [Bard]enthorpe cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ex liberali donatione Henrici quondam Saxonie, Bawarie et Brunswicensis ducis, illustris principis, in perpetua proprietate mul[tis tempo]ribus possedisset, et ex ipsa modicum fructum propter locorum distanciam et alia inpedimenta consequeremur, matura deliberatione prehabita dictam villam cum bonis nobis et nostre ecclesie vtilioribus decreuimus commutare, ipsam in manus illustris principis Otthonis ducis de Brunswich et Luneborch cum omni iure, quo illam nostra dudum possederat ecclesia, integraliter resignantes, qui nobis et nostre ecclesie in prefate ville concambium siue restaurum tres choros salis in salina Luneborch in domo Hoginche nuncupata proprietatis titulo contulit cum omni iure et libertate, qua ipsos possederat, perpetuo possidendos. Porro cum dictus princeps Ottho post nostram resignationem prefate ville plenaria et pacifica gauderet possessione, ipsam honorabili viro Cristiano preposito, Vlgardi priorisse totique conuentui sanctimonialium in Lune, Verdensis diocesis, vtilitatis sue causa, receptis ab ipsis quadringentis marcis Hamburgensium denariorum, cum omnibus pertinenciis, iuribus, nemoribus, siluis, aquis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, agris et possessionibus, exemptam ab omni onere advocacie, exactionibus, angariis et parangariis vendidit, prout in instrumento sepefati Otthonis principis super dicta venditione confecto euidentissime declaratur. Et quamquam sepius dicte ville resignatio a no[b]is in manu[s] memorati principis esset facta, nos nichilominus eandem resignationem ex superhabundanti preposito et conuentui preli-

batis post emptionem ab ipsis conpletam studuimus iterare, ipsos in corporalem possessionem eiusdem ville ac omnium ad ipsam spectancium inducentes. Ne igitur super nostra huiusmodi sepedicte ville resignatione tociens rationabiliter attemptata in posterum oriatur dubium, ad perhen[nem] huius rei memoriam conscribi fecimus presentem paginam et sigillorum nostrorum munimine procuranimus roborari. Nos similiter dei gratia Albertus dux Saxonie, Westfalie et Angarie consensum nostrum adhibuimus ad premissa et predictis contractibus interfuimus, quod per sigillum nostrum presentibus appositum protestamur. Datum et actum in ecclesia Raceburgensi, anno domini M° CC° XC° I°, in vigilia palmarum.

Nach dem Original im Ratzeburgischen Archiv zu Neu-Strelitz. [1] Der Name des Bischofs fehlt. — An grünen und gelben seidenen Fäden hängt:

1) das zu Nr. 1746 abgebildete Siegel des Bischofs Konrad von Ratzeburg; es ist zerbrochen, doch liest man von der Umschrift noch:

✠ .....VS D̄GI ⊙RA RACABVRGAN AAAA APC

2) das zu Nr. 1594 abgebildete dritte Ratzeburger Capitelsiegel, zerbrochen, aber mit vollständig erhaltener Umschrift. — Das Siegel des Herzogs Albrecht von Sachsen ist nie angehängt worden; denn zu seinem Siegelbande sind keine Löcher in den umgeschlagenen Rand der Urkunde eingeschnitten. — Vgl. Nr. 2107, 2108 und 2114.

1291. April 14. Ratzeburg. 2112.

Das Dom-Capitel zu Ratzeburg verkauft dem Kloster Medingen eine Roggenhebung in dem Dorfe Sekersdorf.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris Hinricus diuina miseracione prepositus, prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum oraciones in Christo cum gaudio spiritus septiformis. Res gesta ideo litteris inscribitur, ne per obliuionis rubiginem temporis articulo deleatur. Eapropter nouerint vniuersi, quos id nosse fuerit oportunum, quod consensu vnanimi iusto empcionis titulo vendidimus preposito et conuentui sanctimonialium in Medinge in villa Sekeresdorpe duodecim mensuras siliginis, que wichemethe vulgariter appellantur, pro duodecim marcis denariorum Lubicensium, eo iure, eadem libertate, qua nos hactenus habuimus quiete ac pacifice, extunc et inantea perpetuo possidendas, renunciantes in hiis scriptis omni iuri seu vtilitatibus, que nobis competebant in reditibus antedictis. Et ne cuiquam apud posteros oriatur dubium de premissis, presens scriptum inde confectum supranominatis preposito et conuentui contulimus nostri sigilli appensione fideliter communitum. Datum Raceburch, anno domini M° CC° XC° I°, in die Thiburcii et Valeriani martirum beatorum.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Medingen. An einem Pergamentstreifen hängt ein Viertheil des zu Nr. 1594 abgebildeten dritten Capitelsiegels aus weissem Wachs. — Gedruckt in Jahrb. XX, S. 262.

1291. April 16. 2113.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow das Patronat der Kirche zu Zehna.

In nomine domini. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in virginis filio Jhesu Christo. Notum esse uolumus presentibus et futuris, quod nos ecclesie in Gustrowe, a nostris fundate progenitoribus, quam fauore prosequimur speciali, vt eciam aliquo gaudeat nostre donacionis presidio, ob reuerenciam gloriose dei genitricis sanctique Johannis ewangeliste et sancte Cecilie, pro salute animarum antecessorum nostrorum et dilecti patrui nostri domicelli Bernardi bone memorie, ex deuocione sincera dedimus ecclesiam in Cena cum omni iure, quod pertinere dinoscitur ad patronum, ita ut canonici eiusdem ecclesie Gustrowensis de prefata ecclesia in Cena pro suo possint commodo in singulis ordinare. Vt igitur huiusmodi donacio a nostris non dubitetur successoribus, eam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes huius sunt: Johannes Coz, Nicolaus Hane, Bernardus de Belin, Mathias Ketelhot, Conradus Bune, milites, et alii quam plures. Datum anno domini M° CC° XC° primo, XVI. kalendas Maii.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XXVIII. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 154; Fragm. bei Schröder, P. M. I, S. 808. — Vgl. unten 1298, Juli 13.

1291. Mai 1. Lüneburg. 2114.

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, vertauscht an das Ratzeburger Dom-Capitel eine Salzhebung zu Lüneburg gegen das Dorf Barendorf bei Hitzacker, unter Zustimmung seiner Verwandten.

Otto dei gracia dux Brunswicensis et Luneburgensis omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Nouerint vniuersi, quos id nosse fuerit oportunum, quod, cum Raceburgensis ecclesia villam Barendorpe cum siluis et pertinenciis suis ex dono domini H[inrici] quondam Saxonie, Bawarie ac Brunswicensis ducis, illustris tritaui nostri, in proprietatem perpetuam multis temporibus possedisset, et quia procul distabat ab eis, fructum modicum ex ea consequi valuisset, placuit tam ei, quam nobis, dicta bona ad nos recipere et utiliora sibi et fructuosiora conferre. Hinc est, quod nos post resignacionem dictorum bonorum a preposito et capitulo eiusdem ecclesie nobis factam ea ad nos recepimus et tres choros salis, quos in salina Luneburg in domo Hoginghe dicta possedimus, eis restituimus, contulimus in proprietatem perpetuam permutacionis titulo possidendos et quolibet flumine percipiendos cum ea libertate, quam in dicta

domo in prefatis choris percipiendis habuimus, videlicet quod nemini salis pensio ex domo nominata quomodolibet exsoluatur, nisi prius dicte tres mensure preposito et capitulo vel eorum nuncio memoratis integraliter exhibite fuerint et solute; promittentes in manu Alberti ducis Saxonie illustris et pro nobis et heredibus nostris nunc hic stantibus et futuris, quod contra dictum permutacionis contractum nunquam per nos uel per alios .veniemus et quod ipsos temporibus eis aptis (ipsos) warendabimus, auctorizabimus contra omnem hominem de premissis. Nos Albertus dux Saxonie isti contractui interfuimus, promissionem recepimus, vt fides placitis teneatur, et hoc sub sigillo nostro, quod hiis presentibus apponimus, confitemur. Datum et actum anno domini M° CC° nonagesimo primo, in die Walburgis virginis. Jtem nos dei gracia Conradus Verdensis ecclesie episcopus, domini O[ttonis] Luneburgensis ducis patruus, et nos [Hen]ricus Brunswicensis dux, filius patrui eius, consensus nostros ad hoc adhibuimus et contractui consensimus, quod per nostra sigilla hiis apposita profitemur. Datum Luneburg, anno domini M° C° C° nonages[imo primo, in die W]alburgis virginis. Huius rei testes sunt: [Henricus] de Wrestede, Thidericus de Alten, Ekkehardus de Boyceneburg, Boldewinus de Bodendyke, Aschen de Salderen, Johannes de Esscerden, Wernerus de Medinge, Thidericus de Monte, Geuehardus de Monte, Heyno de Da[n]nenberge, Manegoldus Struue, et alii quam plurimi, clerici tam l[aici], fide digni.

Nach dem Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz, ergänzt aus dem Copiar I der Ratzeburger Kirche. Das Original trägt an grüner und gelber Wolle 4 Siegel:

1) des Herzogs Otto Siegel mit einem rechtsgekehrten Löwen; es ist zerbrochen und hat von der Umschrift nur noch die Buchstaben:

— — — — NESWICE — — — —

2) Herzog Albrechts Siegel (s. Nr. 1990), zerbrochen;

3) Bischof Konrads rundes Siegel zeigt einen sitzenden Bischof und die Umschrift:

[S' CONR]ADI DEI GRACIA VER[DEN]CIS ECCLESIE EPI

4) Herzog Heinrichs Siegel mit einem Löwen hat von der Umschrift noch folgende Fragmente:

SIGILLVM — — — VNESWIC

— Gedruckt bei Westphalen II, p. 2214. — Vgl. oben Nr. 2107, 2108 und 2111.

1291. Mai 5. Orvieto. 2115.

Papst Nicolaus IV. beauftragt den Bischof von Schwerin, die von dem Kloster Usedom unrechtmässiger Weise weggegebenen Klostergüter wieder an dasselbe zu bringen.

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri .. episcopo Czwerinensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filii .. abbas et conuentus monasterii Vcznomensis, Premon-

stratensis ordinis, Caminensis diocesis, quam predecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditus, iura, iurisdictiones, maneria, possessiones et quedam alia bona ipsius monasterii, datis super hoc litteris, factis renunciationibus, penis adiectis et interpositis etiam iuramentis, in grauem eiusdem monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad uitam, quibusdam uero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam (!) uel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi dicuntur a sede apostolica impetrasse. Quia uero nostra interest lesis monasteriis subvenire, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite uel distracta, non obstantibus litteris, penis, iuramentis et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime reuocare procures, contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum apud Urbem Ueterem, III. nonas Maii, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Original im pomm. Prov.-Archiv zu Stettin. An einer Hanfschnur hängt die Bleibulle.

1291. Mai 6. Gadebusch. 2116.

Hermann, Bischof von Schwerin, verkauft den Testaments-Vollstreckern des Schweriner Domherrn Richard Grote zur Stiftung einer Vicarei im Schweriner Dom wiederkäuflich das Dorf Kloteke.

Hermannus, Bischoff zu Zwerin, verkaufft Volrado, dem Probste, vnd Ottoni von Dhoren alss Testamentarien Richardi Magni, weilandt Thumbhern zu Zwerin, zur stifftung einer Vicareien das dorff Cloteke vor 250 Mk., den widerkauf in zweien Jaren zu thun sich furbehaltend. Datum Zwerin, 1291., in die beati Johannis ante portam Latinam.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 92[b], mit der Randbemerkung: „Cloteke itzo Hilgendorp." — Hederich fand die Urkunde abschriftlich im Registr. eccl. Zwerinens. auf fol. 116[b] und citirt daraus in seinem Index:

„Gargarwizus miles moriturus confert ecclesiae Suerinensi Cloteke uillam. — Clo„teke uilla a Gargawizo milite morituro confertur ecclesiae pro instauranda uicaria. „Uenditur ab Hermanno episcopo Volrado praeposito."

In Nr. 1766 wird Klotoke zwischen Medwege und Wickendorf genannt; nach dem Schweriner Amtsbuch von 1560 — 63 lag die Feldmark des Dorfes Kloteke zwischen denen von Medwege, Kirchstük und Wickendorf. Auf einer Karte aus dem J. 1735 heist die Nordwestspitze des Schelfwerders bei Schwerin noch das Kläter (d. i. Kloteker) Horn, diesem gegenüber auf der Nordseite der Verbindung des Ziegelsees mit dem grossen See, und zwar hart am Ufer, ist Hilgendorf angegeben. Der Hügel vor dem Spielthore Schwerins heisst noch der Kläter-Berg.

1291. Mai 18. Lauenburg. 2117.

Albrecht, Herzog von Sachsen, verkauft der Stadt Lübek den Besitz der Wakenitz und des Ratzeburger Sees in der dermaligen Ausdehnung des Wassers zum Behuf ihrer Mühlen und verpflichtet sich mit mehreren Rittern, die künftige Genehmigung dieses Verkaufes von seinen zur Zeit noch unmündigen Neffen zu erwirken.

In dei nomine. Amen. Albertus dei gracia Saxonie, Angarie et Westfalie dux burgrauiusque Megedeburgensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in omnium saluatore salutem. Notum esse volumus uniuersis presentibus et futuris, quod nos, accedente consensu pariter et assensu dilectorum nobis, uxoris nostre, relicte felicis recordacionis ducis Johannis fratris nostri, fratruelium quoque nostrorum Johannis, Alberti et Erici, quorum tutores sumus, consanguineorum, nobilium, vasallorum, consiliariorum et fidelium nostrorum, cum dilectis nobis consulibus et uniuersis burgensibus Lubicensibus concordauimus in hunc modum, quod ipsa ciuitas Lubicensis et omnes eius presentis et futuri temporis inhabitatores in perpetuum aquas fluminis dicti Wokenze et totius stagni, de quo trahit ortum, cum omnibus fundis eorum usque ad ripas, ad quas protenduntur, ad usus molendinorum suorum sic libere possidebunt, ut in illis in territorio suo molendinis nunc habitis et constructis et futuris temporibus ad eorum commodum et utilitatem construendis libere sine cuiusquam nostri vel successorum nostrorum inpeditione vel inpedimento, libere perfruantur, dummodo metas et terminos speciali signo notatos ipsius fluminis non excedant. — — Quocienscunque vero dictum signum vel signa, si plura fecerint uno limite, fuerint innouanda, predicent illud preposito Raceburgensi et duobus senioribus militibus castri Raceborch octo diebus ante, qui tunc vixerint, et postulabunt ab eis, quod sint presentes, ubi signum huiusmodi fuerit statuendum. — — Pro quibus nobis persoluerunt duo milia marcarum denariorum Lubicensium et centum marcas denariorum eiusdem monete, quas ad nostram et dictorum fratruelium nostrorum utilitatem conuertimus in optentionem et expedicionem castri Grabowe et communiter in alios eis et nobis necessarios usus nostros. — — — Testes sunt: domini Hinricus prepositus Raceburgensis, Hildebrandus custos ibidem, Hermannus de Bluchgere cannonicus; milites quoque: Hinricus de Kuren, Marquardus de Sandberch, Ludeke de Trauenemunde, et Johannes Caluus capellanus noster, et alii quam plures clerici et milites fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Louenborch, anno domini M° CC° LXXXXI°, feria sexta ante Urbani.

Vollständig gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 520, nach „dem auf der Trese [zu Lübek] befindlichen Originale, mit nur wenig beschädigtem Siegel." — Am nächsten Tage („sabbato ante Vrbani pape") stellte derselbe Herzog Albrecht zu Lübek eine Urkunde aus, welche der obigen (nach dem U.-B.

der Stadt Lübek I, S. 522, aus dem Original auf der Trese) von „Notum esse volumus“ an gleichlautet, aber die Verpflichtung, später den Consens seiner Mündel zu erwirken, nicht enthält.

„Testes sunt: nobilis vir Gerardus comes Holtsacie, Hinricus prepositus Raceburgensis, „Hildebrandus custos ibidem et Hermannus de Bluchore kanonicus; milites quo„que: Henningus de Gaterslevo, Rolf de Jericho, Randwicus, Emeke Hako, Dithlewus de P[a]r„kentin, Heyne Schacke, Wlueke de Swartenbeke, Hinricus de Kuren, Marquardus Santberge; „item consules Lubicenses — —.“

Der Verkauf ward vom Könige Rudolf zu Mainz am 3. Juni 1291 bestätigt (a. a. O. S. 524) und von den nunmehr mündig gewordenen Herzogen Albrecht und Johann genehmigt am 20. Sept. 1296 (daselbst S. 583). — Vgl. 1291, Mai 25, Nr. 2119.

1291. Mai 19. Schönberg. 2118.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, und das Dom-Capitel von Ratzeburg, (sowie die Grafen von Danneberg) erneuern dem Nonnenkloster Eldena die mit dem Kloster verbrannten Privilegien.

Conradus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus dilectis sibi in Christo priorisse et conuentui ancillarum Christi in Eldena, ordinis sancti Benedicti, Raceburgensis dyocesis, felicitatem uite presentis pariter et future. De dampno, quod flebili euentu per incendium passe estis, cuius ignibus ecclesia, claustrum, curia cum omnibus officinis funditus dicitur esse consumptum, vehementis doloris iaculo sauciati, vix uerba consolatoria proferre possumus, quia tristicia repleti consolatore precipue indigemus; idem est enim meroris gladius, qui tam vestra, quam nostra viscera dire transfixit. Sed hiis omnibus magis flebile magisque dolendum est, quod eciam priuilegia vestra, quibus possessiones monasterio vestro sunt firmate, lamentabili euentu eiusdem incendii ignibus sunt conbusta; hinc suspiria suspiriis cumulantes, fletus fletibus commiscentes, casum miserabilem cogimur deplorare. Licet autem magnus hic casus causam prebeat magni luctus, conuenit tamen, ut doloris vehementia non sic sopiat sensum nostrum, ut rationem in nobis extinguere uideatur, quin pocius de remediis cogitemus et futuris periculis paterna sollicitudine caueamus. Jgitur super amissione priuilegiorum vestrorum et tenoribus eorundem, vocatis hiis, quorum intererat, testes secundum iuris formam recepimus, quorum dictis et attestationibus instructi et sufficienter edocti, ipsa secundum eorum continentiam curauimus innouare. Jnnouando ergo statuimus et statutum venerabilis patris Godescalci quondam Raceburgensis episcopi, predecessoris nostri, a quo monasterium ab initio fundatum est, innouando firmamus, vt monasticus ordo, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in monasterio vestro actenus est seruatus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseruetur. Secundum continentiam amissorum vestrorum priuilegiorum pronunciamus et declaramus fundum claustri vestri et curie, quam cum vestra inhabitatis familia, villam Eldena cum molendino, villam Malken, villam Brezegore cum

maiori et minori iudicio, colli videlicet et manus, cum censu et decimis, cum aquis et aquarum decursibus, siluis, pratis et pascuis, cum omni libertate ac ab omni exactione et seculari consuetudine liberas et exemptas, ex dono supradicti pii patris Godescalci quondam Raceburgensis episcopi, predecessoris nostri, vestri fundatoris, de consensu sui tunc capituli uobis facto, debeant ad uos et vestrum monasterium perpetuis temporibus pertinere. Jtem nichil noui iuris addendo, sed vetus per innouationem conseruando, declaramus, quod ex dono supradicti episcopi Raceburgensis, fundatoris uestri, similiter de consensu sui capituli roborato, IIII^{or} mansorum decimas in Thiderikeshagen, nouem in Vpal, IIII^{or} in Cristane, IIII^{or} in Boyenhagen, IIII^{or} in Gezeriz, Casendorpe VI, Rambel IIII^{or}, Hynneberge V^{e}, Schildenberge trium mansorum decimas, villis in terris Bresen et Godebuze sitis, in terra autem Wittenborg in villa Priscire XIIII^{or} et in villa Zwecgowe IIII^{or} mansorum decimas ex donatione antenominati episcopi habeatis per consensum et sui capituli perpetua vobis firmitate subnixas. Archidiaconatum eciam Eldena, Grabove, Domelitze, Conowe, Jabele, Loysowe, Pychere, Stapele, Laceke et in ecclesiis iam fundatis et omnibus adhuc inter Szvdenam et Eldenam fluuios fundandis ex donatione prefati episcopi de consensu sui capituli uobis facta eo archidiaconali iure, quo fungitur Raceburgensis ecclesie archidiaconus, vos habere debere, ita tamen quod prepositus vester, qui a vobis electus fuerit et a Raceburgensi episcopo confirmatus et institutus, ipsum de manu dicti episcopi recipiat et in eo amministret, de animarum, tam vestrarum, quam populi archidiaconatus premissi, sibi redditurus et suis successoribus rationem, recognoscimus per presentes. Postremo de documentis et eorum tenoribus, quibus bona largitione nobilium vestro monasterio acquisita sunt uel fuere firmata, probatione recepta deperdita documenta renouando insinuatione presenti diffinimus, quod ex dono Frederici comitis de Dannenberge villam in Glesyn, villam Grebece et villam Karniz, quas ad usus vestros predictus comes resignauit, legitime teneatis cum omnibus prouentibus et attinentiis et proprietate earum et libertate perpetuo possidendas, nec vos aliquis molestabit vel grauabit aut aduocatia aut seruitute sev peticione vel plancarum sectione siue aliqua exactione in eisdem. Jtem quod in molendino Domelize duos habeatis choros siliginis annuatim a comite Adolfo seniore, similiter diffinimus. Sententiantes eciam proferimus, quod villam Wodamiz ab eodem comite Adolfo seniore teneatis cum plenitudine iuris omnis, item aliam villam eiusdem nominis Wodamiz a comite Guncelino de Zverin, predicte ville contiguam, cum omni libertate et proprietate et pleno iure, item V^{e} mansorum decimas in Jesowe a domino Vlrico episcopo Raceburgensi, antecessore nostro, in dotem ecclesie in Eldena, cum ipsam consecrauit, ab ipso assignatas. Declaramus in fine, quod vos ab Adolfo comite in Dannenberge in Melegiz tres mansos et dimidium cum omni integritate ac libertate, sicut dictus comes possedit eosdem, insuper proprietatem trium mansorum in Karniz, quos olim emistis a Hermanno

Paschedach, filio Johannis Paschedach, et iam dudum possedistis emptionis titulo, debeatis iure perpetuo possidere, sine aduocatia vel seruitio aut exactione, liberos et quietos. Jtem villam Stuken, quam emistis ab Adolfo comite iuniore, legitime vos possidere, omnibus innotescat. Cum igitur hec predicta non iam in humanis rebus sint conputanda, oportet ea tamquam diuina patrimonia in defensionem ecclesie et nostram suscipere et distractores uel pervasores eorum canonica seueritate ferire. Qvare tam personas vestras, res et bona vobis iam collata et ammodo conferenda in tuitionem Raceburgensis ecclesie et nostram paterne recipimus et pervasores et distractores eorum aut earum ante tribunal eterni iudicis terribiliter condempnandos esse denuntiamus, separantes eos a corpore et sanguine domini nostri Jhesu Christi, et a communione ecclesie sequestramus, donec resipuerint et Christi patrimonium reformare studuerint satisfactione humili et condigna; conseruantibus autem et idem patrimonium Christi amplificantibus benedictio et pax a domino multiplicetur. Amen. Datum et actum a nobis in Sconenberge, in presentia testium: Henrisci prepositi, Theoderici prioris, Hildebrandi custodis, Reymberni camerarii ecclesie nostre in Raceburg, magistri Peregrini et magistri Jacobi, clericorum, Thetlevi et Hermanni dicti Breyde, militum, astante nobis alia fidelium multitudine copiosa, anno domini M° CC° nonogesimo primo, X° IIII° kalendas Junii.

Nos Henricus dei gracia Raceburgensis ecclesie prepositus, prior totumque eiusdem ecclesie capitulum omnia premissa, prout acta et supra scripta sunt, per nostrum consensum ratificamus, et ut robur perpetuum obtineant, sigilli nostri appensione signamus. Actum anno domini predicto, X° IIII° kalendas Junii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind im oberen Drittheile des Umschlages:

1) an einer Schnur von grüner und gelber Seide das parabolische Siegel des Bischofs Konrad von Ratzeburg, abgebildet zu Nr. 1746;

2) an einer geflochtenen Schnur von rother Seide das grosse, dritte Capitelsiegel von Ratzeburg, abgebildet zu Nr. 1594, aus violet gefärbtem Wachse;

3) am untersten Rande des Umschlages, an einer Schnur von rothen seidenen Fäden, ein schildförmiges Siegel aus ungeläutertem Wachs, mit einem rechtsgekehrten, aufsteigenden Löwen und der Umschrift:

✠ S' HGINR : GT ADOLFI : GOM · DG : DANGBGRGG

Im Haupt-Archiv zu Schwerin wird eine ganz gleich ausgestattete und gleichlautende zweite Original-Ausfertigung aufbewahrt, an welcher jedoch das Siegel der Grafen von Danneberg nie gehangen hat, da keine Oeffnung zur Anhängung desselben in den Umschlag eingeschnitten ist. Da in der Urkunde selbst kein Graf von Danneberg als Theilnehmer an der Verhandlung genannt, das Dannebergsche Siegel auch nicht wie die beiden andern angehängt ist, so hat sich das Kloster offenbar später von den Grafen die Bestätigung der Urkunde durch die Hinzufügung ihres Siegels erbeten. — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief. Nr. LI.

1291. Mai 25. Ratzeburg. 2119.

Konrad, Bischof von Ratzeburg, und sein Dom-Capitel genehmigen für einen Schadenersatz von 200 Mark, dass die Stadt Lübek den durch die Aufstauung der Wakenitz erhöheten Wasserstand in dem Ratzeburger See und der Wakenitz in der dermaligen Höhe erhalte.

In dei nomine. Amen. Cunradus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus, Hinricus prepositus, prior totumque capitulum eiusdem ecclesie vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Vt ea, que perpetua firmitate gaudere debent, per temporis lapsum in obliuionem non perueniant, solent scripturarum testimonio perhennari. Quocirca notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod pro eo, quod per structionem molendinorum in flumine Wokenze consules et burgenses Lubicenses dampnum nobis et ecclesie nostre fecerunt, in eo videlicet, quod ipsius fluminis invndatio territorium nostrum alicubi contra iusticie debitum occupauit et adhuc detinet occupatum, contulerunt nobis et ecclesie nostre ducentas marcas denariorum Lubicensium in usus meliores ecclesie nostre conversas, scilicet in reemptionem et recuperationem viginti marcarum denariorum dicte monete reddituum annalium, quos habuimus in theloneo Lubicensi; propter quod, intervenientibus placitis domini Alberti Saxonie ducis illustris, domini Gerardi Holzacie comitis, plurium prelatorum et ecclesiasticarum ac secularium personarum, ipsos consules et burgenses Lubicenses presentis ac futuri temporis et ipsam ciuitatem de dampno et territorii occupatione predictis omnino quitos dimisimus ac liberos et solutos, recedentes ab omni penitus actione, que posset nunc aut in posterum nobis competere de premissis, dummodo flumen predictum in fundo territorii de cetero permaneat, ut nunc est, et in eisdem ripis permaneat, vt exigit signum, quod ad designacionem metarum et terminorum ipsius aque statutum est, nec vltra metas ipsius signi aliquatinus se extendat. Si tamen per pluuias aut per alias occasiones aque dicti fluminis ultra dictum signum excreuerint et territoria nostra apud predictum flumen et stagnum occupauerint, in eo dicti burgenses sine culpa manebunt, dummodo defluere et de[s]cendere faciant ipsam aquam, prout scicius poterunt oportune. Quocienscumque vero dictum signum vel signa, si plura fuerint vno limite posita, fuerint innovanda, memorati consules et burgenses illius temporis octo diebus ante predicent illud preposito Raceburgensi et duobus senioribus militibus castri Raceborch, qui pro tempore fuerint, postulantes ab eisdem, vt sint presentes, vbi signum huiusmodi fuerit renouandum; qui si medio tempore non venerint, ipsi consules et burgenses Lubicenses facient hanc innouationem signorum per se fideliter tali modo, quod priores signorum terminos non excedant, de quo stabitur eorum fidei et iuramento, si requisiti fuerint, quod in ipsorum signorum renovacione priores

terminos et limites seruauerint bona fide. Testes sunt: illustris dominus Albertus Saxonie dux, sublimes quoque domicelli Johannes et Albertus duces ibidem, ipsius fratrueles, et nobilis vir dominus Gerardus Holzacie comes; Hinricus ecclesie nostre prepositus, Thidericus prior, Hermannus camerarius, Hildebrandus custos, magister Hinricus de Brander, Hartwicus de Ritzerowe, Hermannus de Bluchgere et Fredericus de Lancowe, Reinbernus de Jesevitze, Segebandus de Tune et ceteri concanonici nostri; milites quoque: domini Henningus de Gatersleve, Rolf de Jerechowe, Dhetleuus de Parkentin et Heino Schakke et alii milites quam plures; consules quoque Lubicenses: Hinricus Steneke, Thidericus Vorrat, Marquardus Hildemari, Aluinus de Lapide, Vromoldus de Vifhusen, Volmarus de Attenderen, Johann[e]s Thodonis, Rodolfus de Fago, Johannes Runese, Johannes de Dowaie, Alexander de Soltwedele, Meinricus de Lapide et ceteri consules vniversi. Vt autem hec omnia perpetuam optineant firmitatem, et ne per nos aut per nostros successores valeant immutari aliquatinus vel infringi, presentem paginam sigillis nostris duximus muniendam. Datum Raceborch, anno domini M° CC° LXXXXI°, Urbani pape.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 523, aus der Urschrift auf der Trese zu Lübek. An gelber und rother Seide hangen die zu Nr. 1746 und Nr 1594 abgebildeten Siegel des Bischofs und des Dom-Capitels zu Ratzeburg. — Vgl. Nr. 2117, auch Bd. I, Nr. 74, und unten die Quittung vom 2. Aug. 1291.

1291. Mai 28. Orvieto. 2120.

Peter, Erzbischof von Arborea (Oristano), und die Bischöfe Wilhelm von Cagli, Maurus von Amelia, Perron von Larino und Theobald von Cava erlassen einen Ablassbrief zu Gunsten des Klosters Dobbertin.

Uniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Petrus Arborensis dei gratia archiepiscopus, Guilhelmus Callensis, Maurus Ameliensis, Perronus Larinensis et Theobaldus Cauensis eadem gratia episcopi salutem in domino sempiternam. Uite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium supernorum, et redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi, sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur, ut monasterium religiosarum matronarum sanctimonialium in Dobertin, ordinis sancti Benedicti, Swerinensis diocesis, congruis honoribus et iugi Christi fidelium frequentatione ueneretur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festis subscriptis, uidelicet natiuitatis, resurrectionis et ascensionis domini nostri Jhesu Christi atque pentecostes, in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie, sancti Michaelis archangeli,

beati Johannis baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum, beati Quirini martiris, sancti Benedicti abbatis, in festo omnium sanctorum, et in anniuersariis dedicationis ipsius monasterii causa deuotionis accesserint, seu qui ad fabricam uel structuram, luminaria, ornamenta uel alia necessaria ipsius monasterii et maxime ad infirmariam eiusdem, que in nouam structuram laudabiliter erigitur, manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam suarum legauerint facultatum monasterio prelibato, nos de omnipotentis domini misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo diocesani consensus ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum apud Vrbem Ueterem, V. calendas Junii, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, pontificatus domini Nicolai pape quarti anno quarto.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Dobbertin. Angehängt sind fünf Schnüre von rother und gelber Seide, an denen noch Bruchstücke von Siegeln aus rothem Wachse hangen.

1291. Juni 2. Grenz. 2121.

Heinrich, Fürst von Werle, schliesst einen Vergleich mit dem Bischof Hermann von Schwerin für sich über den Pfarrsprengel Neuenkirchen, und für seinen Mündel, den Fürsten Nicolaus von Rostock, über das Patronat der Pfarre zu Sanitz.

In nomine domini. Amen. Nos Henricus dei gracia dominus de Werle notum esse cupimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod super questione iuris patronatus ecclesiarum de Nyenkerken et de Saincen inter nos et patruelem nostrum Nycolaum domicellum de Rostoc, cuius tutelam gerimus, ex vna, et venerabilem patrem dominum nostrum Hermannum Zwerinensem episcopum, ex parte altera, uertebatur, bonis viris mediantibus talis composicio interuenit, quod in eiusdem domini H. Zwerinensis episcopi esse debet optione, vtrum ecclesia de Nyenkerken cum omnibus villis, tam nostri districtus, quam eciam de terra sua, ad eam hactenus pertinentibus permanere debeat indecisa, uel ipse suas villas uelit ab eadem ecclesia remouere cum mansis et decimis, quibus eadem ecclesia dotata fuerat de reddilibus episcopalis mense sue. Si dictam ecclesiam, ut dictum est, indecisam habere sibi placuerit, tunc plebanus, qui pro tempore fuerit in eadem, dabit canonicis Butsowensibus annis singulis perpetuo decem marcas denariorum vsualis monete; si uero villas districtus Butsowensis ab ipsa ecclesia maluerit remouere, dicta ecclesia exempta et immunis a quolibet onere permanebit; et quodcunque predictorum factum fuerit,

ius patronatus eiusdem ecclesie apud nos perpetuo permanebit. Super iure patronatus ecclesie in Zaincen taliter placitatum est, quod Conradus presbiter, qui de ipsa ecclesia est eiectus, sine dilatione ad ipsam debet restitui. Et duos bonos viros pro parte sua debet assumere, Henricus etiam de Dannenberg pro se assumet alios duos viros, qui super rebus eidem presbitero ablatis et super offensis per predictum Dannenberg rationabiliter factis hinc inde computationem facient, et si quid facta iusta computatione eorum alteri r[e]sarciendum decreuerint, super hoc inter se partes predicte ydoneam facient cautionem. Dictus uero presbiter in dicta ecclesia sine ulla molestia remanebit; et cum predictus domicellus de Rostoc ad annos discretionis peruenerit, tunc, si uoluerit, cum quatuor militibus terre sue et quatuor burgensibus de Rostoc, quos ipse episcopus ad hoc eligendos duxerit, ius patronatus ecclesie de Saincen poterit optinere, prestito super hoc corporaliter iuramento; et tunc circa Conradum plebanum predictum obseruabitur, quicquid iuri communi uidebitur expedire. Campum uero ciuitatis de Rostoc, prout ab antiquo eidem adiacuit, idem domicellus, quandocunque uoluerit, cum quatuor militibus et totidem burgensibus ad hoc per prefatum episcopum eligendis suo et ipsorum iuramento poterit obtinere. Vt autem ordinatio et compositio supradicta nullo umquam tempore ualeat infirmari, presentes literas inde confectas appensione nostri sigilli duximus roborandas. Testes huius rei sunt: Johannes, Georgius et Conradus dicti Molteken, Fridericus de Kerdorp, Deneco de Cropelin, Gerardus de Linstowe, Tesmarus marscalcus, Conradus de Tsisendhorp, Heydenricus Babbe, milites, Fredericus et Johannes dicti Babben; item Henricus Friso, Gherhardus de Lawe, Conradus de Lawe, Johannes Rufus, Johannes apud sanctum Spiritum, Johannes dictus Clericus, et alii quam plures clerici et laici ad hoc vocati specialiter et rogati. Actum et datum in villa Grencen, anno domini M° CC° nonagesimo primo, sabbato post ascensionem domini.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin, an welchem noch ein Pergamentstreifen hängt, von dem jedoch das Siegel abgefallen ist.

1291. Rostock. 2122.

Anleihen des Rostocker Rathes.

Consules dabunt et soluent Arnoldo Copman in prima collecta C marcas, quas ipsis sua bona voluntate concessit. Quid amicicie velint ei exhibere pro hiis, in ipsorum est libera voluntate. Hermannus Lise, Thidericus Friso, Hildebrandus Pes Asini tabule presidebant.

Consules soluent Volmaro Ronge in prima collecta L marcas, quas ipsis bona sua voluntate concessit. Quid amicicie eidem hinc velint exhibere, in

ipsorum est voluntate. Hermannus Lise, Th[idericus] Friso, Hildebrandus Pes Asini tabule presidebant. —

Consules ciuitatis soluent Gregorio filio Lamberti dicti Allerhandewar CC marcas de prima collecta, quas ipsis de bona sua voluntate concessit. Quid amicicie de hiis et fauoris eidem velint facere, in ipsorum est voluntate. Th[idericus] Friso, Hermannus Lise, Hildebrandus Pes Asini tabule presidebant. Item soluent eodem tempore Johanni LXXX marcas, quas presentauit Gerhardo de Lawe.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 61. — Getilgt.

1291. Juli 2. 2123.

Bernhard, Graf von Danneberg, belehnt den Ritter Ludolf, Vogt in Schwerin, und den Knappen Ulrich von Pinnow mit 4 Hufen zu Warlow.

Nos Bernhardus dei gratia comes in Dannenberg omnibus presentia audituris cupimus esse notum, quod strenuis viris Ludolpho milite (!), aduocato in Cweryn, et Olryco dicto Pynnow quatuor mansos in villa Warlow sitos cum terminis et disterminationibus eorundem in pratis, pascuis, siluis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, necnon cum omni iure, sicut eosdem ab illustri principe domino Alberto duce Saxonye in pheodo tenuimus, vendidimus et contulimus eisdem iusto tytulo pheodali. Predicti vero viri de bonis prehabitis nobis ad nulla seruicia obligatorie tenebuntur, sed vnum famulum cum torace et clipeo in nostram munitionem transmittent necessitate nobis incumbente, dum a nobis fuerint requisiti. Testes autem nostre vendicionis sunt: Otto miles de Grabow, Albertus de Holdenstede, Vlotzer ciuis in Domeniz et Tylo noster camerarius. Actum et datum anno domini M°CC.LXXXX. primo, in die beatorum martyrum Processi et Martiniani.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An dem Siegelbande, das aus der Urkunde selbst geschnitten ist, hängt das schildförmige Siegel mit zwei gegen einander aufgerichteten Löwen und der Umschrift:

✠ S' . BG[RN]ARDI . COMIT[IS . DG] DANNGNBG[R]CHG

— Vgl. Nr. 2132.

1291. Juli 13. 2124.

Hildeward, Abt von Doberan, beurkundet eine seinem Kloster gemachte Schenkung Dietrichs, des Pfarrers zu Plau und Propstes von Rühn.

Uniuersis Christi fidelibus litteras has inspecturis frater Hildewardus dictus abbas monasterii de Doberan felicitatem in domino sempiternam. Magnis et multis

incommodis occurritur, cum res gesta scriptis autenticis commendatur, ut hominum quandoque deficiente memoria scriptura testimonium perhibeat veritati. Hinc est, quod tenore presentium notum fieri cupimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod deo deuotus et nobis dilectus honorabilis dominus Thidericus, plebanus de Plawe et prepositus in Rune, cupiens seminare in terris, quod cum multiplicato fructu colligere valeat in celis, contulit ecclesie nostre ducentas et sexaginta denariorum monete Rozstoccensis marcas sub tali forma, ut ipsi proinde viginti sex marcas denariorum eiusdem monete in festo sancti Martini annis singulis demus indilate. Ex quibus tamen quinque marcas nobis dereliquit, quas in annuum seruicium conuentui nostro consignauit, quod faciet camerarius iure perpetuo in prima dominica aduentus domini, ut memoria prefati domini et dilecti nobis Thiderici, plebani in Plawe necnon prepositi in Rune, in benedictione apud posteros nostros habeatur; reliquas vero, videlicet viginti et vnam marcas denariorum sibi reseruauit dandas eidem ab ecclesia nostra, quoad uixerit, in festo sancti pretaxati. Cum uero prenominatus dominus Thidericus, plebanus in Plawe et prepositus in Rune, debitum carnis exsoluerit, quindecim marce reddituum suorum supradictorum ad nos absolute reuertentur; relique uero sex marce stabunt; quarum quinque cedent perpetuo domui hospitum ad sustentationem pauperum, sexta autem quinque marcis addetur, quas supra posuimus, ex quibus habemus seruicium in prima dominica aduentus domini, ex parte sua per camerarium nostrum amministrandum: tali nichilominus condicione accedente, ut, si idem dominus Thidericus plebanus de Plawe deuotionis causa in seculari habitu apud nos habitare voluerit, ipsum recipiemus et sibi in aliqua mansione honesta et competenti prouidebimus, ministraturi eidem et famulo sibi seruienti pane[m], ceruisiam, sal et ligna, sicut quondam familiari nostro Johanni de Brunswich sunt hec omnia amministrata; in piscina quoque ante portam claustri sita piscaturam liberam optinebit; hoc quidem premisso, vt, quando modo prelibato ad nos declinare voluerit, si in festo sancti Mychahelis venire decreuerit, in precedenti festo pasche det nobis quinquaginta marcas denariorum, vel easdem marcas, si in festo pasche venire desiderat, nobis in antecedenti festo Mychahelis dare tenebitur expedite. Ad cuius rei euidentiam presentem paginam inde conscriptam ipsi tradidimus sigillo nostro communitam. Testes huius sunt: Johannes prior, Johannes cellerarius, dominus Georgius quondam abbas domus nostre, Henricus camerarius, Wlfhardus magister hospitum et alii fide digni. Datum anno domini M° CC° XC° I°, in die Margarete virginis et martyris.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXXV^{b}. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1542.

1291. Aug. 1. Demmin. 2125.

Lutgard von Erteneburg überweist dem Kloster Dargun wegen einer erhobenen Forderung und zur Gedächtnissfeier ihres Sohnes Werner 2 Hufen in Leistenow, und zur Gedächtnissfeier ihres Gemahls 2 Hufen in Ganschendorf.

Vniuersis Christi fidelibus hanc literam visuris Lutgardis, relicta Johannis de Erteneburg, salutem in domino. Vniuersitati vestre tenore presencium protestor, quod causa, que vertebatur inter me ac heredes meos, ex vna, et inter fratres monasterii Dargunensis pro solucione quinquaginta marcarum, parte ex altera, taliter est concordata. Ego de pleno consensu heredum, filiorum videlicet meorum Johannis, Reyberni et Bertoldi, ac ceterorum amicorum meorum consilio et voluntate in restaurum dictarum quinquaginta marcarum contuli fratribus prefati monasterii duos mansos in villa Lecenow sitos cum iudicio ac omni iure, quod in eis hactenus habui, perpetuo possidendos, ita tamen quod ex eorum redditibus in anniuersario bone memorie Werneri filii mei, hoc est in natiuitate beate Marie virginis vel in eiusdem octaua, singulis annis conuentui seruiatur; preterea seruicium aliud idem conuentus habebit in anniuersario felicis in Christo recordacionis Johannis militis de Erteneburg, mariti mei predilecti, hoc est in festo sancti Johannis baptiste vel in die sanctorum martirum Johannis et Pauli, quod singulis annis ministrabitur de redditibus duorum mansorum sitorum in Gancekendorp, quos prefatus Johannes maritus meus longe ante decessum suum ad hoc ipsum predicto conuentui delegauit; hoc adiecto: si forte, quod tamen absit, quicunque pro tempore abbas ibidem fuerit, predicta seruicia conuentui subtraxerit, ego et heredes mei dictorum mansorum redditus recipientes de eisdem singulis vicibus et statutis temporibus prefato conuentui tenebimur ipsa seruicia ministrare. Ad cuius rei euidenciam presentem literam super hoc confectam sigillis Johannis videlicet filii mei et domini abbatis Dargunensis ac ceterorum amicorum meorum, qui huic facto intererant, feci communiri. Testes sunt: Reybernus, Hinricus, Paridam, fratres mei, Johannes de Gramesow, milites, Johannes et Hinricus fratres dicti Vos, famuli, et alii quam plures. Actum et datum Dymmin, anno gracie M° CC° nonagesimo primo, in die sancti Petri apostoli ad vincula.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An leinenen Fäden haben drei Siegel gehangen. Das erste ist abgefallen; das zweite ist schildförmig und zeigt einen vorwärts gekehrten Steinbockskopf; Umschrift:

[S RЄ .] BЄRNI DЄ WЯCh[OLT]

Das dritte, parabolische Siegel mit dem Bilde des stehenden Abts ist zerbrochen; Umschrift:

....ЯTIS DЄ DЯRЄVN

1291. Aug. 1. Wismar. 2126.

Inschriftliche Nachricht über den Bau der Franciscaner-Kirche zu Wismar.

Anno domini MCCXCI. domina Anastasia, vxor domini Henrici Magnopolensis capti. kalendis Augusti posuit primum lapidem pro noua ecclesia huius monasterii construenda, offerens centum libras argenti pro structura facienda. Cuius nobilis domine memoria sit in eterna benedictione et gloria!

Diese Inschrift stand im Chore der ehemaligen Grauen-Mönche-Kirche zu Wismar und ist abschriftlich in dem Kirchenbuche derselben erhalten. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 774; Jahrb. VI, S. 100.

1291. Aug. 1. Lauenburg. 2127.

Bernhard, Graf von Danneberg, verkauft dem Herzoge von Sachsen die halbe Stadt Dömitz mit Zoll und Münze.

Bernardus dei gracia comes de Danneberghe omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis et audituris salutem in domino. Ad noticiam singulorum presentium et futurorum volumus peruenire, quod dilecto domino nostro duci Saxonie, inclito principi, bona nostra, que hactenus habebamus in ciuitate Domaliz, scilicet dimidiam partem ipsius ciuitatis, et in aliis in ciuitate, sicuti in thelonio, moneta et huiusmodi, cum omni iure vendidimus (atque) voluntarie resignando. Super hiis presenti litere sigillum nostrum duximus apponendum. Acta sunt hec Louenborch, anno domini M° CC° LXXXX° I°, vincula beati Petri apostoli.

Nach Sudendorfs Urkundenbuch, Bd. I, S. 73, aus dem Original im K. Archiv zu Hannover. — Vgl. Nr. 2128.

1291. Aug. 2. Neustadt. 2128.

Nicolaus, Graf von Danneberg, verpflichtet sich dem Grafen Helmold von Schwerin, nur diesem die von seinem Bruder, dem Grafen Adolf von Danneberg-Dömitz, ererbten Güter nach landesüblicher Schätzung zu verkaufen, und lässt dem Grafen Helmold wegen der Güter seines Bruders, des Grafen Bernhard von Danneberg, freie Hand.

Nos Nicolaus dei gratia comes de Dannenberghe omnibus presentia visuris cupimus esse notum, quod. si bona nostra, que iure hereditario nobis cedunt uel cedere poterunt, vendere debebimus, eam videlicet partem, quam cum fratre nostro Adolfo quondam comite de Domeliz habuimus, ipsam nobili viro domino

Helmoldo comiti Zwerinensi, awnculo nostro dilecto, vendemus et nulli alii, et hanc nobis soluet, secundum quod communis terre estimatio tunc decurrit. Ceterum partem, que nos contingit uel contingere poterit in bonis, que frater noster comes Bernardus de Dannenberghe possidet, prefato awnculo nostro comiti Helmoldo motu libere voluntatis dimisimus, arbitrio ipsius omnimode committentes, quicquid cum eisdem bonis decreuerit faciendum. Nos eciam eadem suis vasallis contulimus iusto titulo feodali, quousque collationem feodi ipsorum bonorum predictus comes Helmoldus a principibus, quorum interest, amicabiliter poterit optinere. Eidem eciam comiti Helmoldo talia bona resignabimus coram dictis principibus, quandocunque ab ipso fuerimus requisiti. Super premissis omnibus fidem ipsi dedimus manualem. Testes huius rei sunt: Huno de Carwe, Gherardus de Exen, Johannes de Dambeke, Johannes Huno, Ludolfus advocatus in Zwerin, milites; dominus Conradus canonicus Zwerinensis, dominus Johannes de Warsowe, clerici, et alii fide digni. Jn huius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Noua Ciuitate, anno domini M° CC° nonagesimo primo, in die beati Stephani pape et martiris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein beschädigtes rundes Siegel. Man erkennt noch einen Schild mit einem rechtsgekehrten, aufgerichteten Löwen; Umschrift:

— — — — DAN̄EBE...

— Auch gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief. Nr. L, S. 131. — Vgl. Nr. 2127.

1291. Aug. 2. 2129.

Das Dom-Capitel zu Ratzeburg bekennt, die 200 Mk. Pf., welche die Stadt Lübek nach dem Vergleiche über den Wasserstand der Wakenitz zu zahlen hatte, empfangen zu haben.

Vniversis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Hinricus prepositus, Thidericus prior totumque capitulum ecclesie Raceburgensis in omni[um] saluatore gaudium cum salute. Tenore presencium recognoscimus protestando, quod honesti viri consules et vniversitas ciuitatis Lubicensis nobis ducentas marcas Lubicensium denariorum, quas nobis racione composicionis super rapacitate aque Wokenizse per illustrem dominum Albertum ducem Saxonie facte promiserant, adeo fauorabiliter et laudabiliter persoluerunt, quod ipsos ac eciam dominos Hinricum Stenekonem, Thidericum Vorrat, Marquardum Hildemari et Volmarum de Atendern, consules et ciues eiusdem ciuitatis, qui pro dictis ducentis marcis fideiusserant, cum omnibus, quorum interest, solutos et liberos perpetuis temporibus dimittimus ab eisdem. Jn cuius rei testimonium sigillum capituli nostri

appendendum duximus huic scripto. Datum anno domini M° CC° LXXXX° primo, in crastino festi sancti Petri ad vincula.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 525, aus der Urschrift mit wohlerhaltenem Siegel (s. Nr. 1594), auf der Trese zu Lübek. — Vgl. Nr. 2117 und 2119.

1291. Aug. 17. Rostock. 2130.

Johann, Apotheker zu Rostock, setzt sich mit seinem Stiefsohne Albrecht auseinander.

Memorandum, quod Johannes de apotheca se cum Alberto priuigno suo taliter complanauit, ita quod Johannes dabit eidem puero XXV marcas pro omni parte, que cessit eidem puero de hereditate patris sui. Pro hiis XXV marcis impignorauit eidem puero ligna edificialia, in qua (!) idem Johannes morabatur, et pro defectu promisit Ludbertus Hovnicht cum Johanne. Preterea habebit puerum in sua custodia idem Johannes et XXV marcas; quandocunque tamen a puero separari voluerit, XXV marcas pueri tutoribus presentabit. Et sic sunt totaliter separati, et ad hoc consensum prebebant Ger. de Lawe et Johannes Ruffus, tutores pueri. Actum coram consulibus anno domini nonagesimo primo, feria VI^ta^ post assumpcionem virginis gloriose. Th[idericus] Friso, Hildebrandus Eselsuot, Hermannus Lise tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 63. — Auf fol. 47^b^ ist verzeichnet, aber auch getilgt: „Ciuitas habet XV marcas de Alberto priuigno Johannis de aphoteka (!), quas refundere tenetur ciuitas." — Vgl. unten 1295, Ende April.

1291. Aug. 20. Belgard. 2131.

Bogislav, Herzog von Pommern, bestätigt dem Kloster Bukow diejenigen 200 Hufen im Lande Belgard, welche Pribislav, Fürst von Wenden, sein Statthalter im Lande Belgard und Schwiegersohn des Herzogs Mestwin, demselben geschenkt hatte.

Bugislaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris in perpetuum. Quia, quod humana disponit ratio, processu temporum contingat sepius immutari, necessarium iudicavimus, ut, que robur perpetuitatis sortiri debent, auctoritate privilegiorum et testium subscriptionibus perhennentur. Igitur ad noticiam tam presentium, quam futurorum patenter volumus pervenire, quod nos de voluntate et consensu unanimi dilectorum fratrum nostrorum Barnim et Ottonis, diem messionis extreme pietatis operibus prevenire volentes, pro salute animarum nostrarum et progenitorum

nostrorum acquirenda, ad honorem dei et gloriose matris eius Marie, domino abbati et conventui claustri Bucovie damus et condonando liberaliter confirmamus donacionem ducentorum mansorum in terra nostra Belgart, a domino Pribeslao, suffraganeo nostro, genero domini Mestwini ducis Pomeranie, factam, cum titulo proprietatis et perpetue possessionis et omni iure, iurisdictione, sententia videlicet capitali et manuali, et cum omnibus fructibus et utilitatibus, que nunc in eis sunt vel fieri poterunt in futuro. Preterea domino abbati et fratribus et eorum in euum successoribus hanc conferimus libertatem, ut homines, qui predictos ducentos mansos possederint, liberi sint ab omni exactione, urbium edificatione, castrorum munitione pontiumque positione ac utrorumque reparacione et ab omni theloneo et expedicione, ita ut nulli quicquam teneantur ex debito nisi soli deo et claustro prelibato. Ut autem hec nostra donacio et condonacionis confirmacio perpetue certitudinis robore firmetur, presentem literam ipsis dedimus nostri sigilli munimine sigillatam. Huius rei testes sunt: dominus Hermannus abbas Colbacensis, frater Bertoldus de hospitali sancti Johannis commendator in Copan; dominus Nicolaus Draco marscalcus, dominus Hinricus Heidene, Nicolaus Smelingius, Hinricus de Leuenowe, Johannes Wacholt, Gerhardus de Swerin, milites, et alii quam plurimi fide digni. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, concurrente septimo, indictione quarta. Datum per manus magistri Lamberti notarii nostri, in castro Belgart, in die sancti Bernardi.

Aus der Matrikel des Klosters Bukow (S. 85) im pommerschen Provincial-Archiv zu Stettin. — Gedruckt in Jahrb. XI, S. 269. — Ueber den Fürsten Pribislav vgl. Nr. 1819, 1911, 2002, 2019 und unten 1292, Nov. 18.

1291. Aug. 25. Schwerin. 2132.

Bernhard, Graf von Danneberg, belehnt die Frauen des Ritters Ludolf zu Schwerin und des Knappen Ulrich Pinnow mit den Gütern zu Warlow, welche ihre Männer von demselben zu Lehen tragen.

Nos Bernhardus dei gracia comes in Dannenberg notum facimus vniuersis, presentibus publice protestantes, quod vxoribus discretorum virorum Ludolphi militis in Cweryn et Olrici famuli dicti Pynnow bona, que predicti viri in villa Warlow sita a nobis tenent, in hiis scriptis eisdem vxoribus iusto tytulo conferimus pheodali. Datum Cweryn, anno domini M°CC. nonagesimo primo, in crastino Bartolomei apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Ein aus der Urkunde selbst geschnittenes Band trägt das zu Nr. 2123 beschriebene Siegel. Von der Umschrift liest man:

✠ S' . B[ERNARDI .] COMITI[S . D]E . DANNEN[BERG]HE

— Vgl. Nr. 2123.

1291. Sept. 29. Lübek. 2133.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, übernimmt die Schirmvogtei über die Stadt Lübek auf drei Jahre.

Hinricus dei gratia dominus Magnopolensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Que nobilium dominorum aut prouidorum virorum ordinat felix sapientia, solent scripturarum fulciri testimonio, ne postmodum ambiguitatis schrupulus immisceatur. Quocirca notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos cum dilectis nobis consulibus et vniuersis ciuibus Lubicensibus concordauimus isto modo. Nos enim, saluo iure imperialis excellencie, tam ciuitatem Lubicensem, quam omnes eius inhabitatores cum bonis ipsorum ad tres annos in nostram protectionem et custodiam recepimus, ipsam volentes contra quoslibet eius iniuriatores secundum exigenciam nostrarum virium defensare, tenendo et conseruando ipsam sub eisdem iuribus et graciis, que ab imperio Romano et a magnifico domino Henrico quondam duce Saxonie, a ducibus Brunswicensibus, comitibus Holtsacie et ab aliis magnatibus et nobilibus dinoscuntur hactenus habuisse, ipsos generaliter libertantes ac in omnibus gratiis conseruantes, sicut ad nostrum dominium perduxerunt; que singula non minuere, sed ampliare volumus, sicut Romanum imperium et ipsam ciuitatem fidelitate et dilectione prosequimur speciali. Sed consules et burgenses dicte ciuitatis pro nostre presidio gubernationis nobis quolibet anno medio tempore dabunt se[x]centas libras denariorum monete Lubicensis, de quibus interim tollemus quolibet anno CC libras in festo purificationis, et CC libras in annunciatione, et CC libras in assumptione domine nostre. Sed quia burgenses ipsius ciuitatis ac alii mercatores et homines ad hanc ciuitatem declinantes et ab illa recedentes in stratis publicis et aliis locis aliquando predonum insultibus infestantur, si durante presidio nostro contra tales maleficos et eorum receptatores dicti consules et burgenses labores aggredi decreuerint vel expensas, in eo cooperabimur eisdem laboribus et expensis nostre possibilitatis, quandocumque fuerimus requisiti. Adicimus preterea: si medio tempore seu de voluntate imperii seu alias casu quocumque contingente nos ab hac obligatione contigerit separari, quoniam in bona conuenimus amicitia, volumus etiam in bona similiter amicitia separari. Testes sunt milites et vasalli nostri: Johannes de Cernin, Heino de Stralendorpe, Marquardus de Lo(n), Bernardus de Plesse, et multi alii ex nostris; consules quoque Lubicenses: Hinricus Steneko, Thidericus Vorrat, Marquardus Hildemari, Aluinus de Lapide et ibidem consules vniuersi, ac alii quam plures layci et clerici fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Lubeke, anno dominice incarnacionis M° CC° LXXXX° primo, Michahelis archangeli.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 528, aus „dem auf der Trese befindlichen Transsumpt des Capitels, der Predigermönche und Minoriten; von den drei daran befindlich gewesenen Siegeln fehlt das mittlere."

1291. Oct. 8. Saal bei Damgarten. 2134.

Heinrich, Fürst von Werle, wird erschlagen.

1. Hinricus dei gratia dominus in Werle. Hunc filius suus interfecit anno domini M° CC. XCI., octauo idus Octobris.

Nach dem Necrologium im Kreuzgangsfenster zu Doberan, gedruckt bei Lisch, Jahrb. I. zu S 136. Die andern Quellen beschuldigen beide Söhne des Fürsten Heinrich.

2. Oct. 9. Hinricus miles de Slavia, pro quo dantur XII solidi annuatim de uno manso litonico in Huddessen.

Aus dem Necrolog des Michaeliskloster zu Hildesheim, gedruckt im Vaterländ. Archiv 1843, S. 55. — Die Schenkung der Hufe zu Huddessen ging aus von der Wittwe des ermordeten Fürsten, Mechthild von Lüneburg. Vgl. dasselbe Necrologium zum 8. Jan.: „Illustris domina Mechthildis, soror inclíti ducis „Ottonis de Luneborgh et uxor nobilis viri de Slavia nomine Hinrici, que multa beneficia contulit „ecclesie nostre, pro qua dantur X solidi annuatim de uno manso litonico in Huddonse — —." Die Annalen des Mittelalters stimmen übrigens in Bezug auf den Todestag mit dem Doberaner, nicht mit dem Hildesheimer Necrologium überein (vgl. den Fortsetzer der Annal. Stadens., Detmar und Korner: in vigilia Dionysii, in sunte Dyonisius avende). Den Ort nennt Kirchberg, Cap. LXXIIII: „Daz geschach in Rugia, by Zalo dem dorfe da." — Vgl. Lisch, Jahrb. XXV, S. 26 flgd.

1291. Nov. 19. Rostock. 2135.

Die Stadt Rostock verpfändet an Dietrich Frese Korn- und Geldhebungen in Rikdahl.

Ciuitas vendidit Th[iderico] Frisoni in bonis Nortmanni in Riketalendorpe IIII tremodia duri frumenti et IIII tremodia avene et redditus IIII solidorum de petitionibus porcorum, II toppe lini, I pullum dictum rochon; in quadam domo dicta kothus, sita apud Ottonem, XXIIII pullos; item in domo Henrici Pastowe IIII solidos denariorum et III pullos dictos rochonre. Hos redditus dictus Nortmannus erogabit, et triennio completo dictos redditus ciuitas quolibet festo Martini pro L marcis reemendi habebit liberam facultatem. Actum anno domini M° CC° XC. primo, in die Elyzabeth vidue.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D. fol. 45. — Vgl. unten zum J. 1296 die Einzeichnungen über die Einnahmen der Stadt Rostock aus 3 Dörfern.

(1291. Dec. — 1292. Jan.) Rostock. 2136.

Konrad von Schwinge verkauft an Simon von der Möhlen und dessen Bruder Lambert einen Theil von einem Hause und einer Werkstatt zu Rostock, welche dem ersten Gemahl seiner Frau, dem Johann von Braunschweig, gehört hatten.

Conradus dictus de Svinghe, maritus domine Alburgis relicte Johannis de Bruneswic, vendidit cum consensu fratris vxoris sue Gamme partem hereditatis

sue, que fuerat Johannis Bruneswic, et partem eius, quam habuit in fabrica sita apud casas sutorum in antiqua ciuitate, Symoni de Molendino et Lamberto fratri suo et ipsis rationabiliter resignauit, promittens cum dicto Gamme warandiam diei et anni. Hermannus Lyse, Thidericus Friso, Wilbrandus tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 69. — In dem nächstfolgenden Stadtbuche (über die Jahre 1295—1304) steht auf fol. 19, zum Juli oder Aug. 1296: „Henricus Gammo et Conradus de Swingha vendiderunt Lamberto et resignauerunt racionabiliter ex parte domino Abelen relicte Johannis de Bruneswich et pueri eiusdem medietatem hereditatis, que Johannis de Bruneswich fuerat. Item Wolmarus Rungho et Gerdrudis filia sua necnon Abele filia eiusdem vendiderunt eidem Lamberto alteram medietatem eiusdem hereditatis, quam sibi resignauerunt, prout Johannes Bruneswich tenuerat. Sic hereditas eadem integra est Lamberti."

1291. Dec. 13. Rostock. 2137.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht 5 Hufen nebst einer jährlichen Hebung von Hühnern aus den beiden Krügen zu Kuppentin, welche der Ritter Heinrich von Cramon aufgelassen, mit dem Eigenthum an den Parchimschen Bürger Wolder Grote zur Bewidmung eines Altars in der Georgenkirche zu Parchim.

In nomine domini. Amen. Nos Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus in perpetuum. Ne acta, que perpetua esse volumus et in memoriis retineri, per lapsum temporis euanescant et pereant, consueuimus ea fide dignorum virorum et auctenticarum litterarum testimonio perhennare. Notum igitur esse volumus tam posteris, quam presentibus, quod, cum dilectus miles noster et fidelis Henricus dictus de Cremun quinque mansos in villa Kobendin cum prouentibus triginta duorum pullorum ibidem in duabus tabernis in manus nostras libere resignasset, nos de consilio vasallorum nostrorum et consiliariorum fidelium eosdem quinque mansos cum omnibus pertinenciis suis, videlicet agris cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, areis, pratis, pascuis, palludibus, virgultis et nemoribus, prout infra terminos et per terminos suos in latum et in longum protenduntur, cum omni iure et iudicio, quo ipsos quinque mansos necnon et prouentus antedictorum triginta duorum pullorum memoratus Henricus dictus de Cremun, miles noster, a nobis dignoscitur habuisse, dilecto nobis Woldero Magno, burgensi ciuitatis nostre Parchem, pro centum marcis denariorum vsualis monete liberaliter dimisimus et gratanter, dando nichilominus eidem proprietatem super dictis quinque mansis et prouentibus ad fundandum et dotandum altare vnum in honorem omnipotentis dei eiusque pie genetricis virginis Marie necnon et beatorum apostolorum Symonis et Jude in ecclesia beati Georgii ciuitatis Parchem, ad quod altare perpetuo singulis diebus celebrabitur vna missa et dicti Wolderi, suorum parentum et heredum memoria iugis fiet. Annuimus eciam, quod idem Wolderus prenotatum altare conferet temporibus vite sue, quo tandem defuncto

tres sui fratrueles, videlicet Nicolaus, Thidericus et Wolderus, idem altare conferre debebunt per tempora vite sue; quibus omnibus de medio sublatis, infra quatuor septimanas eiusdem altaris extunc collacio ad plebanum ecclesie sancti Georgii dicte ciuitatis Parchem, qui pro tempore fuerit, pertinebit; adiecto eciam, quod ipsum altare eidem ecclesie incorporari non debebit aliqua racione, set idem altare speciale beneficium perpetuo permanebit. Et ut hoc, quod per nos rite et racionabiliter factum est, per successum temporis a nullo prorsus immutari valeat uel infringi, presentem litteram conscribi inde fecimus et ipsam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius facti sunt: Nicolaus Hane, Johannes Kozs, Johannes et Ber[n]hardus de Bellin, Tanquardus de Guzsteucle, Conradus de Cremun, Mathias Ketelhot, Conradus Buno, milites nostri, Johannes de Reze, capellanus noster et notarius, Thetmarus, capellanus noster, vniuersi consules ciuitatis nostre Parchem. Datum et actum anno domini M° CC° XC° I°, in die Lucie virginis et martiris, in Rozstoc.

Nach dem Original auf Pergament im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer rothen seidenen Schnur hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Vgl. Nr. 1968. — Gedruckt bei Lisch, Habn. Urk. I B, S. 156.

1291. Dec. 23. Rom. 2138.

Papst Nicolaus IV. bevollmächtigt den Propst Konrad zu Brandenburg, zur Vermählung des Fürsten Heinrich von Meklenburg mit der Beatrix, Tochter des Markgrafen Albrecht von Brandenburg, die Dispensation vom verbotenen Grade zu ertheilen.

Nicholaus [episcopus], seruus seruorum dei, dilecto filio .. preposito ecclesie Brandeburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum, nobilium virorum Alberti marchionis Brandeburgensis et Hinrici Magnopolensis, domini Slauie, fuit propositum coram nobis, quod abolim inter eos, parentes, consanguineos et amicos eorum, instigante pacis emulo, humani generis inimico, grauia werrarum discrimina suscitata fuerunt, quorum occasione preter non modica dampna rerum plura personarum et animarum pericula euenerunt, et ne grauiora euenire contingant, uerisimiliter dubitatur; sicque ipsi, cupientes huiusmodi pericula euitari, cum aliud in hac parte nequeat adhiberi remedium, inuicem tractauerunt, quod dilecta in Christo filia Beatrix, dicti marchionis filia, eidem Hinrico matrimonialiter copuletur. Sed quia ipsi Hinricus et Beatrix quarto sunt consanguinitatis gradu coniuncti, non potest impedimento huiusmodi obstante predictorum marchionis et Hinrici super hoc desiderium sine dispensatione sedis apostolice adimpleri. Quare suppliciter petebatur a nobis, ut prouidere super hoc de oportune dispensationis beneficio salubriter dignaremur. Nos autem, qui salutem

querimus singulorum et libenter Christi fidelibus quietis comoda procuramus, uolentes predicta scandala euitari, et quia tu de facto et facti circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem, discretioni tue, cum ecclesia Brandeburgensis pastore uacare dicatur ad presens, presentium auctoritate committimus et mandamus, ut, si premissis ueritas suffragetur et timeatur de periculis, que narrantur, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Hinrico et Beatrice prefatis, quod impedimento non obstante predicto matrimonium insimul contrahere ualeant et tandem in contracto licite remanere, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum uideris expedire. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem, decimo kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Transsumpt in der Original-Dispensation des Propstes Konrad von Brandenburg vom 22. März 1292, im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Gedruckt (im Anfange und gegen das Ende lückenhaft) bei Riedel, Cod. Brand. II, Bd. 1, S. 200, nach einer Abschrift aus dem vatikanischen Geh. Archive.

(1291—1309.) Darsin (Ludwigsburg bei Greifswald). 2139.

Bogislav, Herzog von Pommern, bezeugt dem Fürsten Nicolaus von Werle, dass die Mönche zu Mönkhusen und zu Reinfeld das Eigenthum des Dorfes Kleth und das Patronat der Pfarre daselbst besitzen.

Nobili uiro, auunculorum suorum karissimo, domino N. de Werla Bug. dei gratia dux Slauorum et Cass[ubie] paratam ad queuis beneplacita uoluntatem. Confidencie uestre speciali, ad quam tenemur plena fide, nostras dirigimus litteras, protestantes in eisdem, monachos siue fratres de Monekehusen, ordinis Cisterciensis, ius patronatus ecclesie uille Clet habere plenum et omne ius habere in eadem uilla, sicuti Fredericus miles dictus Dargace pie memorie dinoscebatur habere a patre nostro et a nobis necnon nostro auunculo karissimo pie memorie domino Henrico de Werla. Idem uero Fredericus miles Dargache dictus, qui, dum uiueret, accessit ad nos et auunculum nostrum, resignauit dictam uillam Cleth cum iure patronatus ecclesie et omni iure alio, quo ipse possederat inantea dictus Fredericus, fratribus antedictis de Monekehusen et de Reyneuelde (!) predicto auunculo nostro, et auunculus noster dominus Hinricus una nobiscum pari confirmatione ipsis fratribus contulimus ac confirmauimus eo iure, quo iam sepe dictus Fredericus miles de Dargaz suo tempore possedit. Cetera lator frater Fredericus, presencium exhibitor. Datum Dersum, dominica „Omnis terra".

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An dem Pergamentbande hängt noch etwa die Hälfte des zu Nr. 2066 beschriebenen (sehr morschen) Siegels. Dieser Brief füllt zwischen den Todestag des Fürsten Heinrich von Werle (Oct. 8, 1291, s. Nr. 2134) und den Todestag des Herzogs Bogislav (24. Febr., 1309), und wahrscheinlich in die Zeit, da der Fürst Nicolaus von Werle die Lande seiner Vettern, der Vatermörder, in Besitz nahm. — Vgl. Nr. 2065 und 2066. Ueber den Ausstellungsort s. Lisch, Behr. Urk. I, Nr. 50, Anm.

1292. Malchin. 2140.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Kloster Dargun das Eigenthum der Dörfer Woltow und Stubbendorf.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus hanc litteram visuris salutem in domino. Quoniam status mortalium indesinenter ad ulteriora descendit, necesse est, ut acta, que in posteros volumus propagari, ne per obliuionem, erroris matrem, a memoria defluant, scripti patrocinio fulciantur. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos ob venerationem domini nostri Jhesu Christi necnon gloriose virginis matris eius Marie, recepto competenti restauro, contulimus monasterio Dargunensi et fratribus inibi deo iugiter famulantibus et famulaturis proprietatem duarum villarum in terra Gnoyen, Woltekow videlicet et Stubbendorp, cum suorum distinctione terminorum, cum omni fructu et utilitate, cum iure et iudicio, sicut cetera sua bona in terra Gnoyen sita possident, perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentem litteram dedimus dictis fratribus nostro sigillo communitam. Testes sunt: Johannes et Fredericus dicti Molteken fratres, Fredericus de Kercdorp, Johannes de Levezow, Conradus Buno, Hinricus Scade, Thidericus de Vlotow, Thidericus Molteke et alii quam plures ex vasallis nostris fide digni. Datum Malchyn, anno domini M° CC° nonagesimo secundo.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegel fehlt mit dem Siegelbande.

(1292.) Wismar. 2141.

Aufzeichnung über den Kauf eines Erbes in der Schulstrasse zu Wismar.

Tidemannus Lewetzowe emit ab Euerhardo Berkhanen hereditatem sitam iuxta fratres minores inter domum baginarum et nouam domunculam Degenhardi Boz, quam sibi coram consulibus resignauit. Anno domini M° CC° LXXXXII°.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 173.

(1292.) Wismar. 2142.

Aufzeichnung über den Verkauf von 3½ Morgen auf der Vlöte bei Wismar.

Willekinus de Molne habet II iuger in insula Cesin, vnde dabit annuatim XV solidos Johanni Moderiz, et Johannes Stenhus vnum iuger, vnde dabit X solidos, et Laurentius vnum iuger, vnde dabit etiam decem solidos, que iugera

predicti viri nec vendere, nec exponere poterunt, nisi prius ipsi Johanni et suis heredibus aut successoribus fuerit indicatum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 175. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. d. Wism. Stadtr., S. 36.

(1292.) Wismar. 2143.

Notizen zu dem Testamente Heinrichs von Homburg.

Hii sunt debitores Hinrici de Homborg: Arnoldus ..... XX solidos, quos parate ei prestitit, Johannes Soltegroue III solidos pro II millenariis sespitum, Herderus carnifex III solidos, Johannes carnifex de Sterneberg III marcas minus (in) IIII solidis, Ber[n]hardus pistor XXIX solidos, quos promte prestitit, Hinricus molendinarius de Wolterstorp II marcas, quos (!) promte ei prestitit, Arnoldus carnifex IIII solidos.

Hoc pro salute anime sue ad ecclesias distribuit: ad ecclesiam beati Nicolai IIII solidos, fratrum IIII solidos, domine nostre hic tunicam blanketam, domine nostre in Riga uestem duplicem, beati Georgii IIII solidos, sancti Spiritus IIII solidos, beati Jacobi IIII solidos.

Notum sit omnibus hanc paginam inspecturis, quod idem Hinricus de Homborg hos III, uidelicet Johannem Mei et suum fratrem Ditmarum Storm et Hermannum Pinnoe, petiuit et constituit exquisitores denariorum et procuratores puerorum.

Nach einem zu p. 177 gehefteten Blatte Pergament im Wism. Stadtb. Da für die Predigermönche nichts ausgesetzt ist, so fällt die Errichtung des Testaments spätestens in das Jahr 1292, und dieses Jahr ist darum angenommen, weil die daneben stehende Seite des Stadtbuchs Inscriptionen aus demselben enthält. — Vgl. Nr. 2148.

(1292.) Wismar. 2144.

Die Stadt Wismar kauft einen Raum an zur Erweiterung der Negenchören oder der Johannis-Strasse.

Ciuitas emit a Conrado Reynoldi et a Nicolao de Horne spacium quoddam ad ampliandum uicum, qui protenditur de platea Lubicensi ad ciniterium beate virginis, ita quod non debent ibi stare currus, nec fenestre esse, que dicuntur windelage, que preoccupent uicum eundem, quia consules uolunt eum habere spaciosum et amplum pro commodo et vtilitate ciuitatis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 178.

(1292.) Wismar. 2145.

Heinrich von Hohen-Wendorf zu Wismar verlässt Marquard Herders ein Stück Feld hinter dem Neuen Teiche.

Hinricus de Howentorpe dimisit Marquardo Herderi campum vnum situm ab illa parte piscine ciuitatis, continentem quintum dimidium iuger, vnde ipse et pueri sui siue heredes dabunt sibi annuatim in festo Michaelis perpetuo IIII^{or} marcas et IIII^{or} solidos sine quolibet impedimento scilicet vadimonii uel querele. Hoc notum est consulibus.

Nach einer getilgten Inscription des Wism. Stadtb. B, p. 178. Da der Alt-Wismarsche Mühlenteich damals noch nicht von der Stadt erworben war, und die Bezeichnung „ab illa parte piscine" dem noch gebräuchlichen „hinter dem Neuen Teiche" entspricht, so wird dieser hier zu verstehen sein. Der Neue Teich nahm die Weide zwischen dem Lübschen Thor und dem Meklenburger Thor ein.

(1292.) Wismar. 2146.

Werner Heinrichs Sohn zu Wismar und seine Mutter verpfänden einen Hopfengarten auf dem Kruseken-Berge.

Wernerus filius Hinrici et mater sua Jutta inpignorauerunt ortum suum humuli situm super Crusekenberge Hennekino monacho pro XXVII marcis et XXXII denariis. Ad hoc Bertoldus Werneri et Johannes Moderiz pro defectu promiserunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 179. Die Inscription ist getilgt. Der Kruseken-Berg ist jetzt unbekannt. Wahrscheinlich lag er vor dem Alt-Wismar-Thor. Vgl. p. 213: „Thidericus Godiar emit ab Wernero Jutten sone ortum humuli situm extra portam antiquo Wismarie pro L marcis, quem ipse sibi coram consulibus cum matre resignauit."

(1292.) Wismar. 2147.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen dem Lübischen Bürger Holt 30 Mark Rente für 420 Mark Lübisch mit Vorbehalt des Rückkaufs.

Nos consules Wismarienses notum esse uolumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos pro bono ciuitatis nostre concorditer et racionabiliter uendidimus honesto viro domino Holt, burgensi Lubicensi, et suis ueris heredibus redditus XXX marcarum denariorum Lubicensium, qui nobis dederunt et iam plenarie persoluerunt pro qualibet marca dictorum reddituum XIIII^{or} marcas denariorum Lubicensium. Vnde nos ad hoc presentibus obligamus, quod medietatem ipsorum reddituum persoluemus eisdem anno quolibet in festo sancti Michaelis et aliam

medietatem in festo pasche intra ciuitatem Lubicensem sub nostris periculis, laboribus et expensis. Et quoniam isti redditus sunt wicbeldegeld, idcirco, si non soluerimus eos dictis personis XIIII diebus post solutionis terminos memoratos, extunc, quod ad illum terminum pertinet, quocienscumque processu temporis hoc occurrerit, tenemur soluere duplicatum. Jn quibus si defectum aliquem paterentur, ad illum supplendum nos consules presentis temporis et futuri, assumpti et assumendi in consilium, in solidum obligamur, quia dictam pecuniam totam in structuram domus nostre lapidee nos recognoscimus conuertisse, reseruata tamen nobis et nostris posteris libera potestate, quod ipsos redditus de prefatis personis reemere possimus pro tanto, sicut eos uendidimus, quandocumque nostre uel successorum nostrorum fuerit voluntatis. Et si, quod deus auertat, inter nos uel dominos nostros aut alios et inter ciuitatem Lubicensem aut inter alium locum, vbi forte prefate persone fecerint processu temporis mansionem, orte fuerint dissensiones aut inimicicie, nos tamen hiis non obstantibus intra ciuitatem Lubicensem modis prehabitis omni tempore persoluemus redditus antedictos. Testes sunt domini consules nostre ciuitatis vniuersi, presentes et preteriti, tam assumpti in consilium, quam eciam assumendi.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 180. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtr., S. 35, und darnach im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 82.

(1292.) Wismar. 2148.

Aufzeichnung über den Kauf eines Hauses in der Mühlenstrasse zu Wismar.

Domina Alheydis, mater Johannis Storm, emit hereditatem quandam in platea molendini a Volquino de Naquinstorpe, quam sibi coram consulibus resignauit; et ipsa dabit inde collectam et vigilabit inde sicut alter conciuis, quamdiu uixerit. Qua mortua, medietas eiusdem hereditatis quicquid soluerit, dabitur fratribus minoribus, et quarta pars fratribus predicatoribus, et alia quarta pars dari debet ecclesiis Wismariensibus. Ad hoc filius suus dominus Johannes consensit. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 180. — Nach der unter dem Jahre 1293 mitgetheilten Inschrift, welche auf den 1519 gefertigten Chorstühlen des ehemaligen Dominicaner-Klosters zu Röbel sich befindet (Bd. II, Nr. 761), wurden die Predigerbrüder erst 1293 in Wismar aufgenommen. Ausser in der obenstehenden Inscription werden dieselben aber auch p. 183 in Stadtb. B (apud fratres predicatores) schon genannt. Vielleicht bezieht sich, wenn nicht ein einfacher Irrthum zum Grunde liegt, die Zahl 1293 auf die feierliche Installation des Convents.

(1292.) Wismar. 2149.

Dietrich, Herrn Rikolfs Neffe, Rathmann zu Wismar, kauft von dessen Wittwe und Sohn dessen Erbe an der frischen Grube daselbst.

Theodericus nepos Ricolfi emit hereditatem integram eiusdem Ricolfi super recenti fossa, in qua personaliter morabatur, quam dominus Ricolfus de Reyneuelde, filius suus, et domina Wendela relicta predicti Ricolfi per tutorem sibi coram consulibus resignarunt et warandare promiserunt per diem et annum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 182.

(1292.) Wismar. 2150.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen eine Worth.

Consules emerunt aream vnam sitam in vico retro hereditatem domini Hassonis de Crucowe a domino Nicolao de Coppere presbitero, quam per tutorem resignauit eisdem.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 182.

(1292.) Wismar. 2151.

Willküre des Rathes zu Wismar über Spielschulden.

Decreuerunt consules, tam presentes, quam preteriti, arbitrantes, quod nullus, siue senior siue iunior fuerit [1], magis detesserare poterit, quam in paratis denariis penes se habuerit. Si vero aliquis magis super eum acquisiuerit, ipse [2] super eo coram iudicio nullam penam sustinebit ab eodem.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 183. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsalterth., S. 10. In dem Rathswillekürobuch, angelegt 1340, lautet fol. 27[b] die Fassung etwas anders: [1] fuerit fehlt, [2] ipse pordens super eo siue pro eo nullam penam a lucrante in iudicio sustinebit. — Vgl. noch Stadtb. B, p. 155 (1290): „Relicta Theoderici Lasken taliter concordauit cum filio suo Tidemanno, ita quod eam dimisit liberam et solutam de hereditate patris sui; vnde dedit sibi quinquaginta marcas denariorum, quas dedit fratri suo Hermanno Lasken. Et elegit hoc coram consulibus, si vnquam tesserauerit, quod predicti denarii non sibi, sed fratri suo Hermanno Lasken pertinebunt." („quas — pertinebunt": getilgt.) — Vgl. Wolder de Stobelow etc. in der Note zu Nr. 1675.

(1292.) Wismar. 2152.

Ulrich von Mödentin und Friedrich Babbe, Ritter, mit ihren Frauen überlassen deren Bruder, dem Rathmann Willekin Hanenstert zu Wismar, ihren Antheil an der Erbschaft seiner Mutter.

Dominus Olricus de Modentin et dominus Fredericus Babbe, milites, cum suis vxoribus, sororibus domini Willekini Hanenstert, resignauerunt ipsi domino Willekino suam hereditatis portionem, que vulgariter anual dicitur, que ipsis ex parte matris sue infra ciuitatem cedere posset. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 187.

1292. Febr. 1. Demmin. 2153.

Bogislav, Barnim und Otto, Herzoge von Pommern, bestimmen dem Kloster Dargun die Gerechtsame der Fischerei auf dem Cummerower See und der Peene, namentlich im Verhältnisse zur Stadt Demmin.

Buguzlaus, Barnym et Otto dei gracia duces Slauorum vniuersis hanc litteram uisuris salutem in domino. Cum labor et cura presencium, timor et sollicitudo futurorum hominis animum inmemorem reddant preteritorum, dignum est, ut ea, que ad posterorum noticiam peruenire volumus, scripti memoria perhennentur. Hinc est, quod notum esse uolumus vniuersis presentibus et futuris, quod, cum nos ex mera gracia et liberalitate nostra ciuitati nostre Dymmin super libertatibus ac iusticiis suis priuilegia de nouo dare disponeremus, incidit nobis in memoriam, quod fratres monasterii Darghunensis cum dicta ciuitate nostra super piscatione sua in stagno Virchenpeniz et captura angwillarum, quam habent in prima parte Pene, iam sepius discordarunt. Quam discordiam sopire et ex toto delere cupientes, dominum abbatem dicti monasterii accersiuimus, qui cum suis fratribus comparens coram nobis sua secum priuilegia super dicta piscatione et angwillarum captura apportauit; quibus perspectis et diligenter examinatis inuenimus, predicti monasterii fratres tam piscaturam, quam angwillarum capturam longe ante tempora ciuitatis Dymmin a progenitoribus nostris bona fide ac iusto titulo possedisse. Cum igitur ratione principatus atque ducatus nobis ab omnipotente deo misericorditer impensi quibuslibet religiosis, maxime tamen illis, quorum monasteria a nostris progenitoribus fundata sunt et dotata, libertates, proprietates ac possessiones suas illibatas summopere conseruare et nostrorum elemosinas non solum non minuere, verum eciam pro modulo nostro ampliare debeamus: idcirco, quicquid fratres monasterii Darghunensis per sua poterunt priuilegia demonstrare, quid a progenitoribus nostris ipsis sit collatum, hoc totum

gratum et ratum habentes presenti scripto confirmamus, precipue tamen ipsorum clausuram, quam habent in prima parte Pene, et piscaturam, quam habent in stagno Verchenpeniz, sub nostra protectione et cura suscipimus speciali, conferentes eis proprietatem dicti stagni. Jnsuper ad instar progenitorum nostrorum damus eis libertatem et potestatem in quouis genere sagenarum et recium piscandi in dicto stagno ac linum suum per longum et latum de littore ad littus mittere et trahere; nec alicui circumsedencium de sua captura quicquam dare tenebuntur, nec alicui umquam hominum tam in piscatura, quam angwillarum captura de cetero licebit eos impedire. Verum cum ad ea, que pacis sunt, intendamus, et non minus iusticie, quam pacis zelatores et amatores esse uelimus, cupientes, tam monasterium Darghun, quam ciuitatem nostram Dymmin de cetero concorditer ac quiete agere, et omnem occasionem ac materiam litis et future calumpnie ab ipsis radicitus amputantes, statuimus ac pro lege perpetua irrefragabiliter haberi uolumus, quod ipsis Dyminensibus licitum sit, cum nauibus suis causa merces emendi uel uendendi, deducendi seu adducendi, tam stagnum, quam clausuram fratrum dicti monasterii, quam habent in prima parte Pene, sine tamen impedimento uel lesione ipsius clausure, pertransire. Jtem in stagno Virchenpeniz licenciam habebunt piscandi cum hiis tantum instrumentis, videlicet cum worpenet uel stokenet, cum hamis scilicet hantangele et vlotangele, hoc tamen diligenter preobseruato, quod tam in piscatura, quam angwillarum captura nullum exinde dictis fratribus impedimentum generetur; nullam eciam superadducent sagenam, nec magnam, nec paruam, sed nec instrumenta, que uvlgo cropelwade et drachgarne dicimus, nec funem angwillarum, quem alrepe nominamus, sed simpliciter sint contenti instrumentis suprascriptis; in quibus si modum excesserint et fratribus impedimento fuerint et ipsos molestauerint eo, quod inconcessa captant, merito et ipso iure concessa perdunt, licebit ipsis fratribus, eos de stagno, quoadusque resipiscant, amouere, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, ex parte nostra auxilio Dymminensis aduocati. Ne ergo hanc nostram ordinationem, donationem et confirmationem cuiusquam hominum ignorancia, malicia, astucia seu inique machinacionis dolus in posterum circumuoluat, immutet, infringat uel in aliquo temerare presumat, presentem paginam exinde confectam nostrorum munimine sigillorum roboramus. Testes sunt: dominus Jnzylerius episcopus Buduensis, magister Hinricus de Kerkberg, Hinricus de Grambowe plebanus in Trepetowe, Hinricus Grus plebanus in castro Dymin, clerici; dominus Johannes tunc abbas, Johannes tunc prior, Johannes de Pomerio, Hinricus de Robele, monachi in Dargun, frater Fridericus magister in Monekehusen; Nicolaus Draco marscalcus et Otto filius suus, Gobele, Wizseke, Stango, Hermannus de Ost, Hinricus Vos de Wolde, milites, Hinricus magister coquine, Johannes spisere, Hinricus Vos, Rauen camerarius noster, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum in castro Dimin et datum per manus Lodewici Storm notarii nostri, kal. Februarii, anno domini M° C° C° nona-

gesimo secundo, indictione quinta, epacta nulla, concurrente septima, ciclo lunari primo, in vigilia purificationis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von grüner und weisser Seide hangen drei grosse, runde Siegel aus grün gefärbtem Wachs. Alle drei sind im Wappen gleich: sie führen einen rechtshin sprengenden gerüsteten Reiter, mit einem Schilde mit dem pommerschen Greifen und einer Lanze mit gegattert gezeichneter Fahne; die Hufe der Rosse und die Helmbüsche stehen in den Umschriften. Das erste Siegel (Bogislavs) hängt schon an der Urkunde Nr. 1687. Die Umschriften der drei Siegel sind:

1) S . BVGVZLAI . DGI . GRA . ILLVSTS . DVCIS . SLAVOR . Z . KASSVBIA
2) S. BARNIM . IVNIORIS . DI . GRA . ILLVSTS . DVCIS . SLAVOR . Z . KASSVBIA
3) S . OTTONIS . DI . GRA . ILLVSTRIS . DVCIS . SLAVOR . Z . KASSVBIA

Ein zweites Original dieser Urkunde ist auf gleiche Weise ausgefertigt, nur hängt an der ersten Stelle Otto's, an der zweiten Barnim's, an der dritten Bogislav's Siegel. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 191. — Vgl. 1292, Aug. 14, und Bd. I, Nr. 604, Bd. II, Nr. 1071.

1292. Febr. 6. (Lübek.) 2154.

Constantin, Gewandschneider in Lübek, macht sein Testament.

In nomine domini. Amen. Ego Constantinus dei gratia compos mentis — —. Lego — — filio meo Nicolao XII marcas denariorum redditüum in Go[r]nowe[1] sub domino Johanne de Cernin militi (!). — — Actum anno domini M° CC° LXXXXII°, proxima feria quarta post purificationem beate Marie virginis.

Auf der Rückseite: Testamentum Constantini pannicide.

Nach dem Original auf der Lübecker Registratur gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek II, S. 938. — Statt [1] „Goznowe" ist „Gornowe" zu lesen; vgl. Nr. 1910.

1292. Febr. 24. Rostock. 2155.

Die Stadt Rostock verpachtet dem Apotheker Meister Johann und Lübbert Howenicht einen Hof auf der Wik auf vier Jahre.

Ciuitas locauit magistro Johanni apothecario et Lubberto Howenicht curiam sitam in Wic ad IIII annos, et quolibet anno dabunt XII marcas, VI in pascha et VI in natiuitate domini. Actum anno domini M° CC° XCII°, Jnuocauit me. Thidericus Friso, L. Pes et Lubbertus in Laghestrate tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 45 b. — Nach der Höhe der Pacht und den sonstigen Verhältnissen zu schliessen, ist dieser Hof weder der in Nr. 1901, noch der in Nr. 1918 besprochene.

1292. März 17. 2156.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, macht die Statuten der Bremischen Provincial-Synode, insonderheit in Betreff der Gewaltthätigkeiten gegen die Geistlichen, bekannt.

In nomine domini. Amen. Gyselbertus dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam. Execrabilis horribilium scelerum et multa presumptio per impunitatis licentiam contra clerum nostris temporibus sic excreuit, vt quidam perditionis filii, qui obstinatis animis ad exercenda queque nefaria uelociter currere sunt edocti, nunc ad illam crudelitatis seuiciam non verentur manus extendere, quod episcopos capere audeant, includere et carcerali custodie mancipare. Propter hoc clericalis dignitas contempnitur, dum ecclesiarum prelati, filii Syon incliti, velut uasa testea conteruntur. Certe, ne in hiis magis insolescat crudelis ceruicositas impiorum, ne[1] superbia deum odientium libere semper ascendat: nos una cum Raceburgensis, Zverinensis ac Lubicensis ecclesiarum episcopis, suffraganeis nostris, necnon totius prouincie prelatis, tam regularibus, quam secularibus, et plurimis clerisis, tam religiosis, quam aliis, in nostra Bremensi ecclesia in prouinciali concilio congregati[2], deliberatione diligenti habita, concensu et approbatione predictorum omnium accedente, statuimus, vt, si nos vel aliquem successorum nostrorum aut etiam[3] aliquem coepiscoporum nostre prouincie in sua vel aliena diocesi capi contigerit, in illa diocesi, in qua captus detinetur, et in sua cessetur generaliter a diuinis. Similiter a diuinis cessari precipimus[4] in territorio, quo capitur vel per quod captus deducitur, si captioni vel deductioni huiusmodi dominus dicti territorii consensum prestiterit vel iuuamen. Quodsi infra mensem in captiuitate idem episcopus detentus fuerit, totam prouinciam supponimus per sententiam, quam nunc ferimus, ecclesiastico interdicto. Jtem cum huiusmodi sceleris patratores[5] ipso facto sint excommunicatione ligati a canone sententie promulgate, volumus et precipimus, ipsos ab omnibus ecclesiarum rectoribus nostre prouincie excommunicatos expressis eorum nominibus nunciari singulis diebus dominicis et festiuis et a Christi fidelibus usque ad satisfactionem condignam arcius euitari. Jllos etiam, qui ipsis communicare presumpserint, preterquam in casibus a[6] iure concessis, si canonice moniti a communione talium se[7] non abstraxerint, siue layci fuerint siue clerici religionis vel ordinis cuiuscunque, precipimus, a locorum ordinariis auctoritate nostra ac dicti consilii excommunicationis vinculo innodari. Jnsuper dicti sacrilegi personam standi in iudicio non habeant, testimonium ipsorum[8] nichil fidei afferat, et tanquam rei lese crimine maiestatis inter viuos ab omnibus prorsus legitimis actibus sint exclusi, et post mortem, nisi a sede sibi[9] apostolica de absolutionis beneficio prouiderint, bestialem cum bestiis recipiant sepulturam. Feoda, si qua ab ecclesia tenuerunt[10],

ipso facto amittant, nec infeodentur de nouo, qui talibus beneficiis ex eorum maleficio se reddiderunt indignos. Filiis etiam patratorum huiusmodi sceleris, tam capientium scilicet, quam captos detinencium, in clericatu positis ad ecclesiasticos ordines, beneficia ecclesiastica et honores, nisi parentes ipsorum celeri sibi satisfactione prospexerint, prohibitus sit ascensus. Ad hec statuimus et sententiamus in hiis scriptis, vt, si qui clerici, monachi aut regulares, cuiuscunque ordinis, religionis, status, conditionis aut gradus existant, qui predictos sacrilegos ad ecclesiasticam scienter receperint sepulturam, sint suis officiis, beneficiis locisque priuati et a clericali ordine penitus alieni.

Item de episcopis alienis per nostram prouinciam transeuntibus sic uolumus obseruari. quod in territorio nostre diocesis vel prouincie[11], in quo eos capi contigerit, si dominus eiusdem territorii captioni eorum assensum et opem prestiterit, ac per totam diocesin, in qua capti detinentur, donec ad eorum liberationem diuina officia intermittantur et capientes ac ipsos captos detinentes per totam nostram prouinciam usque ad satisfactionem condignam excommunicati publice nuncientur.

Statuimus insuper et inviolabili constitutione firmamus, vt, si qui domos vel curias episcoporum vel[12] aliorum prelatorum vel canonicorum per vim confregerint aut alias dotes ecclesiarum dederint in ruinam, quive ad hoc consilium et auxilium. opem vel operam prestiterint efficacem, vt sacrilegi inuasores a diocesano loci, cum ad eius noticiam peruenerit, excommunicentur per totam diocesin et usque[13] ad condignam satisfactionem excommunicati publice nuncientur. Si uero usque ad uite sue exitum in sua pertinatia perstiterint, ecclesiastica careant sepultura. Quos si parrochialium ecclesiarum clerici ex certa scientia ad sepulturam receperint, pro ipso suis beneficiis ex hac nostra sentencia, quam in hiis scriptis exnunc ferimus. sint priuati: et[14] ea libere conferat, ad quem pertinet collatio[15] eorundem. Si uero religiosi, monachi vel canonici, eos sepelire presumpserint, in eo loco, in quo sepulti fuerint. ecclesiasticum ponimus interdictum, donec corpus effoderint[16] et super nostri transgressione statuti diocesano loci et ecclesie, in cuius iniuriam hoc fecerunt, emendam exhibeant[17] competentem; addentes, vt, si dominus terre. ciuitas, oppidum vel[18] quecunque communitas in domibus, curiis vel[18] ecclesiarum dotibus reperti fuerint culpabiles, vt premittitur, terrarum domini eisdem penis circa[19] singulares personas annotatis superius subiacebunt. Necnon et ipsius terra, ciuitas, communitas vel oppidum, nisi monitione premissa satisfecerint, a diocesano loci supponatur ecclesiastico interdicto, quod vsque ad condignam satisfactionem per totam diocesin precipimus inuiolabiliter obseruari.

Item si canonicum cathedralis aut alterius collegiate ecclesie aut[20] personam ecclesiasticam alias in dignitate seu[20] personatu constitutam[21] capi contigerit et captum detineri: statuimus, vt usque ad liberationem ipsius et exhibitionem debite satisfactionis in diocesi, in qua captus detinetur, cesselur generaliter a diuinis.

Sacrilegi quòque expressis eorum nominibus per totam prouinciam singulis diebus dominicis excommunicati publice nuncientur.

Jtem si quisquam de prelatorum vel canonicorum familia captus fuerit, nulla aduersus eum coram ipsius domino, prelato scilicet vel canonico, instituta querela, taliter diffinimus, quod[22] eius captiuatores vel detentores, canonica ammonitione[23] premissa, ab ordinario loci excommunicationi subdantur, donec captum pristine libertati[24] restituant et ei ac domino satisfactionem exhibeant competentem.

Jtem statuimus, vt in singulis nostris, suffraganeorum nostrorum ac archidiaconorum nostre diocesis et prouincie sinodis ab hiis, qui eis president, clerici profani excommunicentur, anathematizentur et vna cum laicis contra libertates ecclesiasticas statuta edentibus aut eis vtentibus, qui ipso facto canonis sententia sunt ligati, excommunicati publice nuncientur. Predicti eciam profani clerici, si comprehendi poterint, carcerali custodie mancipentur et pane doloris et aqua angustie per eorum uite tempora sustententur.

Jtem prohibemus, ne pugna vel duellum in cimiteriis committantur. Que si facta fuerint, non a secularibus iudicibus, sed spiritualibus satisfactio ordinetur, quod sub pena excommunicationis districtius precipimus obseruari.[25]

Jtem statuimus, vt ecclesiarum, monasteriorum vel[18] aliorum piorum locorum aduocati nichil in personis aut bonis earundum ecclesiarum, monasteriorum aut piorum locorum sibi plus debito usurpantes et[26] contenti hiis, que ipsis iura permittúnt, hoc est penis delinquencium moderatis, ex iusto iuditio prouenientibus, ab iniuriis ac[27] iniuriosis grauaminibus omnino desistant, et personas ecclesiasticas, procuratores aut nuncios ecclesiarum siue ecclesiasticarum personarum in petendis ac percipiendis decimis, censibus vel aliis redditibus eorundem et in pignoribus pro eisdem decimis, censibus siue redditibus, ut in quibusdam locis assolet, capiendis non inpediant, et requisiti eos impediri a suis subditis modo aliquo non permittant. Quodsi a dictis aduocatis vel eorum nunciis secus fuerit attemptatum, canonica circa[19] ipsos, vbi commode fieri possit et verisimile sit ad eorum posse noticiam peruenire, ammonitione premissa ex habundanti, tribus diebus dominicis de ambone maioris ecclesie illius diocesis, in qua dicti aduocati delinquunt, publica fiat monitio[28], vt ab iniuria desistant et de commisso infra terminum de ambone sibi statuendum satisfactionem exhibeant congruentem. Alioquin[29] ab ordinario loci excommunicentur ac per totam diocesin excommunicati publice nuncientur. Ceterum, si dominus terre fuerit aduocatus et per se uel per su[o]s deliquerit in premissis, tota illius terra, vel si singularis sit persona, parrochia, in qua moratur, post mensem a termino de[30] ambone statuto ab eodem loci ordinario supponatur ecclesiastico interdicto.

Preterea raptores, invasores et detentores rerum mobilium seu immobilium, ad mensam episcopalem, ecclesiam[31], monasteria, capitula, alia pia loca seu personas ecclesiasticas pertinencium, si, legitima monitione premissa, infra terminum[32]

a loci ordinario sibi statutum restitutionem et satisfactionem plenariam cum effectu non duxerint faciendam, hoc obseruari uolumus et teneri, quod supra de aduocatis, dominis terrarum[33] et personis singularibus est statutum.

Ceterum, vt fortiori caritatis vinculo vniti, alter alterius (h)onera portantes, contra premissorum statutorum transgressores ac alias delinquentes instancius procedamus, et ut ipsi maiori rubore perfusi[34] cicius resipiscant, [h]ac[35] sinodali constitutione sanximus, vt nos et successores nostri et quilibet supradictorum coepiscoporum nostrorum suffraganeorum invicem debeamus tenere et obseruare nostras sententias et per nostras dioceses exequi, dum ab eorum latore fuerimus requisiti. Verum si in personas spectabiles, illustres vel alios nobiles terrarum[36] dominos sententias proferre contigerit, postquam a sede metropolitica, cui nunc fauente domino presidemus, fuerint approbate, ipsa sede mandante[37] per totam nostram prouinciam ab omnibus[38] fideliter exequantur. Archidiaconorum etiam per nostram diocesin et prouinciam constitutorum sententias nec nos, nec successores nostri, nec aliquis coepiscoporum suffraganeorum nostrorum absque cause cognitione relaxabimus vllo modo.

Jtem omnibus et singulis prelatis ac clericis nostre diocesis et prouincie prohibemus, ne in domibus suis vel commestionibus scolares uagos, qui goliardi vel histriones alio nomine appellantur, per quos non modicum uilescit dignitas clericalis, vllatenus[39] recipiant, illos maxime, qui in sacris ordinibus constituti[40] a clericali habitu apostatantes et ordine laicalem habitum assumpserunt. Quod cum premissis statutis omnibus et singulis sub excommunicationis pena precipimus firmiter obseruari.

Postremo, ne circa hec aliquis excusationis uel ignorantie possit uelamen pretendere, statuimus, volumus et mandamus, vt hec salutaria statuta semel quolibet anno in episcopali synodo vel capitulo publice recitentur.

Verum quia plus firmitatis afferre uidetur[41], quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur, suprascriptis omnibus eciam includimus et inclusum esse volumus diocesis nostre honorabile capitulum ecclesie Hamburgensis.

Jn quorum omnium ac singulorum premissorum testimonium et approbationem, tocius concilii accedente[42] consensu, sigillum nostrum vna cum sigillis suffraganeorum nostrorum[43] presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno domini M°CC°XCII°, feria secunda post dominicam, qua cantatur Letare Jerusalem[44], pontificatus nostri anno decimo nono[45].

Nach der im bischöflich Ratzeburgischen Archiv zu Neu-Strelitz befindlichen Original-Ausfertigung. Das an rothen seidenen Fäden hangende runde Siegel zeigt im gegitterten Felde den Erzbischof auf einem mit Thierköpfen verzierten Sessel sitzend, wie er die rechte Hand zum Segnen erhebt und in der linken den Stab führt. Umschrift:

— — — ЄRΠ : SCΩ : BRΩMЄΩ : ΩCCLIЄ : ΠRChIЄPISCO..

Das Rücksiegel, parabolisch, zeigt eine links gewendete knieende Gestalt mit aufgehobenen Händen unter einem kleinen Baldachin. Umschrift:

✠ SCC . . ARGPI :· BRAM ·

Der Abdruck bei Lappenberg, Hamb. U.-B. I, S. 718, aus einem andern Originale, weicht von dem unsrigen in folgenden Stellen ab: [1] in (statt ne) — [2] congregatis — [3] aliquam successorum nostr. aut e.: fehlt — [4] precipimus etiam — [5] pertractores — [6] in — [7] si — [8] eorum — [9] sibi a sede ap. — [10] tenuerint — [11] prouincia — [12] vel: fehlt — [13] exc. et per tot. dyocesin usque — [14] et is — [15] coll. pertinet — [16] effodiant — [17] emendam exhibeant competentem: vor diocesano — [18] aut — [19] contra — [20] vel — [21] constitutam: fehlt — [22] ut — [23] monitione — [24] lib. prist. — [25] ordinetur, prout secundum deum expediens videbitur et consultum (statt: ordinetur — obseruari) — [26] et: fehlt — [27] et — [28] mentio — [29] alioquin extunc — [30] moratur, per mensem do — [31] ecclesias — [32] infra term. prem. — [33] terr. dom. — [34] profusi — [35] hac (R.: ac) — [36] illustres aut alias nobiles, scilicet terr. — [37] fuerint confirmate ipsa (sodo: fehlt) mandante — [38] ab omnibus: fehlt — [39] nullatenus — [40] const. ordin. — [41] videbitur — [42] ad hoc acc. — [43] vna bis nostrorum fehlt. — [44] Jerusalem: fehlt. — [45] decimo nono: fehlt. (Lappenberg ergänzt: decimo octavo.) — Aeltere Abdrücke bei: Lünig, Spicil. eccl. I. Forts., Anh. 117; Mansi, Concil. XXIV, p. 1093; Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I, 2, S. 82; Schröder, P. M. I, S. 810 (aus Lappenbergs Quelle), und bei v. Westphalen II, S. 2216 (nach der vom Ratzeburgischen Original genommenen Abschrift im Copiar II der Ratzeburger Kirche).

1292. März 19. 2157.

Gottfried, Bischof von Schwerin, ertheilt denjenigen Ablass, welche das Heil.-Geist-Hospital in Hamburg unterstützen werden.

G. dei gratia Zuerinensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum devotionis et ad opera karitatis allicere cupientes, nos, de omnipotentis dei misericordia et apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad hospitale sancti Spiritus in Hammenborg manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, item ad altare eiusdem domus, quod consecratum est in honore beate Marie uirginis et duodecim apostolorum, quadraginta dies et karenam. Datum anno domini M° CC° nonagesimo secundo, feria quarta post Letare.

Nach dem Original, auf Pergament, im Privatbesitze in Berlin, mitgetheilt von dem Pastor Ragotzky zu Triglitz. Das Siegel fehlt. — Gedruckt in Jahrb. XXIII, S. 188.

1292. März 20. Dargun. 2158.

Arnold von Schönfeld, Ritter, trägt dem Kloster Dargun zum Altare in der neuen Kloster-Capelle zwei Hufen in Zwiedorf auf und auf seinen Todesfall vier andere Hufen daselbst.

Vniuersis · hanc litteram visuris Arnoldus miles dictus de Sconenvelde salutem in omnium saluatore. Tenore presencium protestor vniuersis, quod ego

de consensu coniugis mee domine Beatricis ac ceterorum heredum meorum contuli monasterio Dargunensi ad structuram noue capelle, vt in ea construatur altare in honorem beatorum apostolorum Symonis et Jude, duos mansos sitos in villa Twidorp, quos quidem mansos a dicta ecclesia in feodo tenui, sed hereditare potui, de quibus eciam omnia, que spectant ad altare predictum, videlicet calix, liber missalis et cetera necessaria sunt comparanda, quatinus vna cum predicta coniuge mea particeps fiam omnium missarum in dicto altari dicendarum; hoc addito: si quispiam abbas, qui tunc ibidem pro tempore fuerit, dictorum mansorum censum tam capelle, quam altari memorato perpetuo deseruire noluerit et hanc meam donacionem infringere voluerit, licebit amicis meis de dictis mansis se intromittere et de ipsorum redditibus necessaria capelle et altaris m[inistr]are; hoc eciam adiecto, quod, primum cum mortuus fuero, predicti mansi duo cum aliis quatuor mansis in Twidorp sitis dicte ecclesie Dargunensi sine vlla contradictione cum omni iudicio libere et absolute pertinebunt. Jn cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo communiui. Testes huius rei sunt: Fridericus et Hinricus dicti Wlpes, milites, Fridericus de Broke, Johannes de Gutcekowe, Rauen, famuli, et alii quam plures. Acta sunt hec Dargun, feria quinta post Letare, anno domini M° CC° nonagesimo secundo, indictione quinta.



Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel aus grünem Wachs mit einem rechten Schrägebalken, welcher mit zwei Reihen von Rosetten belegt ist; Umschrift:

✠ · S' · ARNOLDI · MILITIS ⁝ DE ⁝ SChO.....T

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 196, Nr. XC.

1292. März 22. Eberswalde. 2159.

Konrad, Propst zu Brandenburg, ertheilt in päpstlicher Vollmacht die Dispensation zu der Ehe des Fürsten Heinrich von Meklenburg mit Beatrix von Brandenburg.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Conradus dei gracia Brandenburgensis ecclesie prepositus salutem et sinceram in domino caritatem. Litteras sanctissimi domini Nicholai sacrosancte Romane sedis summi pontificis recepimus in hec uerba: *[Hier folgt Nr. 2138.]* Huius igitur auctoritate mandati et examinatis causarum perfecte meritis, cum in omnibus et singulis premissis ueritas suffragetur, ut predictus Hinricus dictaque Beatrix matrimonium

insimul contrahere ualeant et in eodem contracto licite permanere, de prudentum virorum consilio dispensamus et nos dispensasse presentibus profitemur. In cuius rei euidenciam pleniorem presentes conscribi fecimus et sigilli nostri munimine consignari. Et nos Hildebrandus Cennensis, Hinricus Leninensis, Ludolfus Corinensis abbates, ordinis Cisterciensis, Hinricus prior fratrum ordinis predicatorum in Struzberg, Ludolfus prepositus in Barnow, qui predictis interfuimus, ad maiorem euidenciam et testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Euerswolde, anno domini M° CC° nonagesimo secundo, XI. kalendas Aprilis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen 6 Siegel:

1) ein parabolisches Siegel mit einem stehenden Geistlichen, der in der Rechten vor der Brust einen Palmzweig, in der Linken ein offenes Buch hält; Umschrift:

..ONRADVS DI . CRA . BRADABVRG[A .] AAAA . PP[V]S

2) ein parabolisches Siegel mit einem stehenden Abte, der in der Rechten den Krummstab, in der Linken vor der Brust ein Buch hält; Umschrift:

✠ SIGILLVM . ABBATIS DA AAN..

3) ein parabolisches Siegel mit der Figur eines Abtes, wie auf dem Siegel Nr. 2, mit der Umschrift:

✠ SIGILLVM . ABBATIS . DA LANIN

4) ein parabolisches Siegel mit der Figur eines Abtes, wie auf dem Siegel Nr. 2; Umschrift:

✠ SIGILLV ABBATIS DA . AhORIN

5) ein parabolisches Siegel mit zwei stehenden Figuren, rechts einer weiblichen und links einem Engel mit erhobenen Händen (Verkündigung Mariä?), in einer Doppelnische, über welcher eine halbe männliche, bärtige, segnende Figur (Gott Vater?) steht und unter welcher eine kleine Figur anbetend kniet; Umschrift:

✠ S' PORIS . FRM . PDICATOR' . IN . STRUZBARA *

6) ein rundes Siegel mit der Verkündigung Mariä: in einer Doppelnische links Maria sitzend, rechts der Engel Gabriel stehend; Umschrift:

✠ S' . LVDOLFI . PPTI . T . BARNOVA

1292. April 13. Waren. 2160.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Stadt Malchow die lange Brücke bei der Stadt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus in perpetuum. Gesta nobilium successus deleret temporum, nisi ea vox firmaret testium uel stabilitas literarum. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos de bona voluntate, considerata vtilitate totius terre inhabitantium, necnon ali[en]orum aduenientium, communitati in Malchowe longum pontem dicte ciuitati adiacentem, nobis voluntarie resignatum a Woltero dicto Poten et Erico Mechtildis filio, contulimus perpetuo possidendum cum omni iure, vtilitate, vsufructu et actione, cum quibus

eorum antecessores seu possessores predicti pontis [pontem] possederant sepedictum. Vt autem hec nostra collatio firma et inuiolabilis perseueret, prefate communitati litteras nostras contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Warne, anno domini M° CC° LXXXXII., dominica Quasi modo geniti. Testes huius collationis sunt: Nicolaus Gallus, Conradus Buno, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Hermannus de Rumbishaghene, Bartholdus de Hauelberge, Henricus Brusehauere, Fredebernus de Barsse, Gerardus H[u]s[cu]mer.

Nach einer beglaubigten Abschrift des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin, mit Ergänzungen aus einer sonst weniger genauen, anscheinend etwas älteren simplen Copie.

1292. Waren. 2161.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt der Stadt Waren den von seinem Oheim verliehenen Warenschen Wohld.

Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam visuris nos dei gratia Nicolaus dominus de Werle recognoscimus tenore presentium firmiter ac fideliter protestantes, nos adhibito discretorum vasallorum ac militum nostrorum maturo consilio, sicuti noster predilectus patruus dominus H(enningus)[1] de Werle ciuitati Warnne pratum, pascua, ligna, sita in confiniis villarum subsequentium: Schonenberge, Vederowe, Jamene, Paletze, Specke, vsque ad confinium ville dicte Bokenn integraliter contulit, similiter perpetuo possidenda iam prehabite ciuitati nostre libere contulisse. Jn cuius rei euidentiam presentem litteram sigilli nostri caractere duximus roborare. Testes, qui nostre donationi presentes fuerunt, sunt milites subscripti: dominus Pritzebur, dominus Schade, dominus Reinecke Crispus, dominus Gotfridus de Bulowe et Knobbo aduocatus, ac alii quam plures fide digni. Datum Warne, anno gratie M° C° C° LXXXX. secundo, in die cinerum.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Wenn der Name [1] Henningus richtig überliefert ist, so muss diese Bestätigung von dem Sohne des Fürsten Heinrich I., also von dem Vatermörder, gegeben sein. Nun haben aber zwei angeblich vom Original genommene und beglaubigte Uebersetzungen aus dem Anfange des 16. Jahrh. (im Haupt-Archiv zu Schwerin) statt Henningus nur „H.“; und da der Name Henningus st. Johannes für diesen Fürsten ungewöhnlich ist, die in Waren ausgestellte Urkunde Nr. 2160 für Malchow dem Sohne des Fürsten Johann anzugehören scheint, auch schwerlich der Vatermörder Nicolaus in den Besitz dieser Stadt gelangte, so vermuthen wir, dass „Henningus“ eine unrichtige Ergänzung von H. oder Hen. st. Henricus ist.

1292. Vor Malchow. 2162.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt den Verkauf mehrerer Hebungen aus der Tibbolds- oder Vormühle bei Malchow zu Lehnrecht.

Que confirmat uox testium uel uiuax littera, debent manere merito inconcussa. Hinc est, quod tam ad presentium, quam futurorum noticiam uolumus deuenire, quod nos, uidelicet Herderus et Marquardus fratres, de bona uoluntate et matura deliberatione nostra, amicorum et heredum nostrorum, uendidimus Marquardo de Wic et genero suo Gotfrido et eorum heredibus in molendino nostro dicto Tibboldismolen[1] viginti et quatuor tremodia annone, duodecim siliginis et duodecim brasei ordeacei, quam annonam in predicto molendino recipient et in terminis mansorum eiusdem molendini. Hanc etiam annonam, si eis placuerit, noster molabit molendinarius sine matta et in ciuitate ad eorum libitum presentabit. Habebunt etiam ad usus eorum duo iugera in prato nostro. Nos uero de predicto molendino et mansis adiacentibus ordinabimus, quicquid nostri profectus et nostre fuerit uoluntatis, ita tamen quod per huiusmodi ordinationem eorum prouentibus nichil ualeat deperire. Jtem si nos uel heredes nostri residua bona, que in sepedicto molendino habemus, uendere decreuerimus, nulli uendemus potius, quam predicto Marquardo et Gotfrido suo genero prelibato. Jdem vero nobis facient, si sua bona uendere uoluerint, uice uersa. Redditus predictos in festo Michaelis recipient, nec nos quicquam recipiemus, nisi eorum redditus prius fuerint integraliter persoluti. Nos uero Nicolaus dei gracia dominus de Werle huic uenditioni consensum adhibuimus et predicto Marquardo et genero suo predictos redditus iure feodali contulimus et eorum heredibus, postquam a nobis poposcerint, conferemus absque omni seruicio et petitione, urbium similiter et [pontium][2] structuris. Jn cuius rei testimonium presens scriptum ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius sunt: Nicolaus Gallus, Mathias Ketelhot, Conradus Buno, Ludolfus et Hartwicus fratres de Oldenborch, Reynekinus Crispus et frater suus Eckehardus, Gherardus Huscummer, Johannes Hukishol, Gammo, Tidericus Clericus, milites, Reyneke Bune, Ericus Betemanni, Ericus patruus suus, Ratislaus de Zance, Conradus de Stocflete, Reinmerus de Malchowe, Nicolaus Gallus, Jacobus de Dersenna, Baroldus, [Wernerus][3] et Gotemer frater suus, Nicolaus Ketelhot, Hermannus Sparowe, Meinardus frater Erici, Johannes Clericus, famuli. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXXII. Datum Malchowe, in nemore ante eandem ciuitatem.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Malchow auf einem sehr langen Pergament, in sehr grosser und weiter Schrift. An einer Schnur von rother und gelber Seide hangen nur noch einige Reste von der Rückseite des Siegels. In Rudloffs Urk.-Lief., Nr. LII, S. 143, und bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 157, steht [1] Cibboldismolen; aber auch Urkunden von 1304 und 1363 geben Tibboldismolo [Tibbold = Thietbold]. 1488 kommt schon der Name „de Vormole" vor. — [3] Der nach Rudloff a. a. O. gegebene Name [Wernerus] ist in einer Falte gewiss schon in alter Zeit ganz abgescheuert. Vorher ist [2] pontium versehentlich ausgefallen.

1292. April 23. 2163.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt mit Zustimmung seiner Brüder dem Kloster Michelstein das Eigenthum der Gleviner Mühle mit allen den Freiheiten, mit welchen sie Rosin besitzen, und mit der Freiheit des Wasserlaufes und der Fischerei in dem Flusse vom (Rosinschen) See bis über die Mühle.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, perpetua pace frui. Acta hominum temporis labilitas et memorie debilitas destrueret aut mutaret, si non illa scripture ueritas et testium perhennaret dignitas et firmaret. Eapropter recognoscimus presentibus protestando, quod nos ob honorem domini nostri Jhesu Christi et reuerenciam intemerate uirginis Marie, fratrum nostrorum Guntheri uidelicet et aliorum consensu beniuolo accurrente, monasterio et conuentui Lapidis sancti Michahelis, ordinis Cysterciensis, dyocesis Halberstadensis, liberaliter donauimus proprietatem molendini apud Gleuin, cum suis terminis libere et perpetuo possidendam, forma et condicionibus subnotatis, ut videlicet ab omni peticione, seruicio et exactione nostra, successorum nostrorum aduocatorumque perpetue sit exemptum, quia taliter dictum molendinum Johannes Haghenmeister a nobis tytulo tenuit pheodali et nobis ad donacionem huiusmodi resignauit. Jnsuper conferimus monasterio suprascripto, ut omni libertate gaudeat in dicto molendino et fruatur, qua gaudet de bonis in Resin progenitorum nostrorum gracia ab antiquo. Damus eciam monasterio sepedicto, ut nulla occasione seu modo aqua de stagno superiacente a prefato molendino trahatur modo aliquo, ut alias deducatur. Preterea alueum supra et infra rotas purgandi prescriptis plenam conferimus libertatem, ut uidelicet defluxum et affluxum ordinent pro suo commodo et utilitate molendini sepius nominati. Preter hec, cupientes prefati monasterii et fratrum quietudini prouidere, concedimus eisdem, ut nulla in stagno offendicula fiant, que were uulgariter appellantur, preter ea, que nunc facta sunt, ne per hoc in captura anguillarum seu piscium prescriptum monasterium defraudetur, quam capturam eidem monasterio in suo alueo recognoscimus totaliter pertinere. Testes huius donacionis sunt et presentes fuerunt: Nicolaus Gallus, Mathias Ketelho't, Conradus Bůne, Johannes et Bernardus de Belin, Hermannus Mo'steke, milites; Henricus de Stolp, Johannes Monetarius [1], ciues in Guzterowe, et plures alii fide digni. Datum per manum Johannis de Retze, capellani nostri, anno domini M° CC° LXXXXII°, in die beati Georgii martiris.

Nach dem Original im Güstrower Stadt-Archiv. An rother und gelber Seide hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Der Name [1] Monetarius ist im Original mit einem grossen Anfangsbuchstaben geschrieben. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 159; Jahrb. XII, S. 317. — Vgl. Bd. I, Nr. 369.

1292. April 24. Lübek. 2164.

Burchard, Bischof von Lübek, und Hermann, Bischof von Ratzeburg, füllen einen Schiedsspruch in der Streitigkeit zwischen dem Dom-Capitel zu Ratzeburg und der Stadt Lübek.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Uniuersis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris Borchardus Lubicensis, Hermannus Raceburgensis dei gratia ecclesiarum episcopi salutem in domino sempiternam. Nuper inter illustrem principem ducem Saxonie et suos, ex parte vna, nobiles viros dominos Slauie et ciues Lubicenses, ex parte altera, orto bellorum disturbio, occasione huiusmodi werre inter viros religiosos canonicos ecclesie Raceburgensis, ex parte una, et ciues Lubicenses, ex parte altera, dissentionis questio super diuersis articulis est exorta. Conuenientibus igitur in nostra presentia preposito Raceburgensis ecclesie cum aliquibus canonicis pro se et suo capitulo, ex parte una, domino Henrico Stenekone et Aluino de Lapide et aliquibus consulibus pro se et consulibus et communi ciuitatis Lubicensis, ex parte altera, conpromiserunt in nos Borchardum Lubicensis et Hermannum Raceburgensis dei gratia ecclesiarum episcopos super iniectionibus manuum violentis, ut dicebatur, in personas ecclesiasticas, violationibus locorum sacrorum, spoliationibus, suspitionibus conspirationis et traditionis, confortationibus inimicorum consilio et auxilio, inclamationibus probrosis hinc inde et aliis iniuriis factorum uel uerborum, promittentes se et suos gratum et ratum habere, quicquid per nos arbitratum, ordinatum, statutum et pronuntiatum fuerit, inuiolabiliter seruaturos. Nos igitur deliberatione debita singula preposita ponderantes, deum habendo pre oculis, pro animarum salute et bono pacis, communicato discretorum et religiosorum virorum consilio, sic duximus ordinandum, ut suspitio de canonicis Raceburgensis ecclesie, quod homines ciuitatis Lubicensis ea intentione in Montem Palmarum verbis protraxerint, ut hostes ciuium Lubicensium interim preparati acrius in ipsos irruerent, nulla penitus habeatur, cum et ratio, leges diuine et humane talia de viris religiosis, sacerdotibus et clericis non consenciant huiusmodi aliquatenus opinari. Et cum dicti canonici se ultro optulerint expurgare, ipsos hac nostri arbitrii sententia arbitramur, decernimus et pronuntiamus ab huiusmodi, ut dicebatur, traditionis suspitione penitus innocentes. De iniectione violenta manuum in viros religiosos et violatione locorum sacrorum, ut dicebatur, cum persone ree huius sacrilegii certitudinaliter non sciantur, et consules coram nobis se excusare optulerint, quod hec nec mandauerint, nec rata habuerint, sed potius sub pena debita prohibuerint: ipsos et commune ciuitatis innocentes haberi decernimus, statuentes, ut, si qui sacrilegi, ad conscientiam reuertentes, in foro penitentie ab excommunicationis sentencia se absolui petierint, a nullo quam a nobis, uel cui nos in speciali commiserimus, absoluantur, cum

hoc nobis concedatur auctoritate crucis et ordinaria potestate. Hec autem absolutio non fiat, nisi res canonicorum penitens, si que ad eum peruenerint, restituat, si est soluendo; et nichilominus pro transgressione sacrilega sibi penitentia debita inponatur. Si que etiam res ad canonicos uel ad ipsorum familiam pertinentes apud quoscumque inuente fuerint, restitui integre et fideliter per consules procurentur. De promissione uero mille marcarum, cum exactio huiusmodi promissionis nimis fuerit temeraria, tamquam omni iuri contraria, decernimus ad solutionem mille marcarum Raceburgensis ecclesie canonicos non teneri. Dampna alia et iniurias uerborum uel factorum occasione huiusmodi discordie exortas et actiones competentes ex eis utrimque relaxamus et arbitramur, statuimus, pronunciamus et decernimus penitus relaxandas. Omnia autem et singula supradicta sententiamus, statuimus et arbitramur eaque obseruari volumus et mandamus sub pena mille marcarum argenti examinati, quas mille marcas secundum nostre voluntatis arbitrium dispensandas nobis decernimus applicari; in quam penam ipso facto incidere illos, qui verbo uel facto, per se uel per alios uel alium contra predicta omnia uel eorum aliquod presumpserint facere uel venire ipsamque non seruauerint uel inpediuerint obseruari. In cuius nostri arbitrii plenam noticiam presens scriptum sigillorum nostrorum testimonio vna cum sigillis domini Henrici Raceburgensis ecclesie prepositi et sui capituli, necnon sigillo ciuium Lubicensium fecimus communiri. Actum Lubeke, in consistorio consulum, presentibus dominis iam dicto Henrico preposito, Hildebrando dicte Raceburgensis ecclesie thesaurario et aliis quibusdam de canonicis, ex parte vna, necnon proconsulibus Henrico Stenekone et Aluino de Lapide cum reliquis consulibus ciuitatis Lubicensis, ex parte altera, et testibus specialiter ad hoc uocatis et rogatis: dominis Ludolfo thesaurario, magistro Helemberto cantore et fratre suo magistro Segebando, canonicis ecclesie Lubicensis, necnon fratribus maioribus ... priore et ... subpriore et fratribus minoribus ... gardiano et fratre Gerardo de Brunswich, militibus quoque Olrico de Bluchere et Hartwico de Ritzerowe, necnon quam pluribus aliis clericis et laicis fide dignis. Datum anno domini M°CC° nonagesimo secundo, in crastino beati Georgii martiris.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 531, aus „dem Originale auf der Trese (zu Lübek), mit angehängten drei Siegeln; das Lübekische Siegel fehlt." — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2221; Schröder, P. M. II, S. 2973.

1292. Mai 15. Röbel. 2165.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder verkaufen der Stadt Plau das Eigenthum der Dörfer Grapentin und Gedin zur Stadtfeldmark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus et sui fratres dei gracia domini de Werle vniuersis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum

peruenerit, in perpetuum. Ne acta seu statuta rerum temporalium a memoriis excidant posterorum, necesse est super hiis, que pro utilitatibus hominum ordinantur, confici publica instrumenta, sigillo autentico consignata. Vnde notum esse uolumus tam presentibus, quam futuris, nos de consultorum nostrorum maturo consilio proprietates, que vvlgariter egendhum dicuntur, uillarum scilicet Grapenthin et Gedhin pro trescentis marcis denariorum monete Rostokcensis nostre ciuitati Plawe et eius inhabitatoribus modernis et posteris uoluntarie uendidisse et uenditas beniuole porrexisse, ita ut omnia ad predictas uillas pertinencia, sicut nemora et pascua et quelibet alia intra earundem uillarum terminos constituta, ad vsum ciuitatis nostre predicte perueniant perpetua libertate. Preterea donauimus, ut prefate uille ab exactione, que dicitur annua petitio, et a denariis monetarum, necnon poncium constructionibus et ab opere, quod burgwerc dicitur, breviterque dicendo ab uniuersis angariis similiter et seruiciis, quocunque nomine censeantur, que pro re pubblica et pro defensione patrie fieri consueuerunt, immunes esse debeant et excepte, ita ut nichil nobis in eis iuris remaneat in obsequiis exigendis, concedentes eciam, ut agri earumdem uillarum pro commodo ciuitatis nostre, si burgenses decreuerint, unicuique ciuium domos proprias habentes distribui ualeant et donari. Jtem burgensibus ciuitatis nostre memorate contulimus iura uasallis nostris communia, super excessibus, que infra dictarum uillarum terminos perpetrari contigerit, iudicandi, et eorumdem excessuum emendationes partem terciam recipiant expedite. Vt autem predicte donationis seu libertatis priuilegium a nobis et a nostris successoribus inconmutabile perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Huius ergo facti rationabiliter ordinati testes sunt milites: dominus Nicolaus Gallus, dominus Johannes Coz, dominus Arnoldus de Wzcedhen, dominus Bernardus de Belin, dominus Heinricus de Cremun, dominus Nicolaus de Malin. Datum anno domini M. CC. XC. secundo, Robole, in ascensione domini.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Plau. Angehängt ist eine rothe seidene Schnur, von welcher jedoch das Siegel ganz abgefallen ist. — Gedruckt in den Wöchentl. Rostock. Nachr. 1824, S. 169; in Jahrb. XVII, S. 279; Lisch, Cod. Plawensis, S. 34; Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 161. — Vgl. Bd. II, Nr. 743.

1292. Juni 12. 2166.

Gottfried, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst beurkunden, dass der Graf Helmold von Schwerin die eingezogenen Stiftsgüter in seiner Grafschaft, namentlich die Schelfe, Drispet und Gallentin, zurückgegeben habe.

Godefridi, Bischoffs, vnd des Capittels zu Zwerin brieff, das ihnen Helmoldus, Graue zu Zwerin, ihre eingezogenen guter, alss die Schale[1], Trispet, Galentin vnd andere wider abgetreten. Datum 1292., post octauas Corporis Christi.

Nach Claudrian, Protoc. fol. 127*. — Neben ' Schale steht am Rande „Schelue." — Hederich berichtet aus der Urk., die er in dem Registr. eccl. Zwer., fol. 127*, fand, im Index: „Cedit Helmoldus comes Suerinensis uillis Scalis, Drispete et Gallentin, emptis ab illo per Hermannum I." — Vgl. Nr. 1766.

1292. Juni 15. (Lübek.) 2167.

Aus dem Testamente der Adelheid von Köln.

In nomine domini. Amen. Ego Alheydis de Colonia, soror Arnoldi de Colonia, sana dei gratia mente et corpore, sic meum facio testamentum. Si morte preventa fuero, — — Alheydi filie mee, claustrali in Zarntin, do IIII marcas argenti, dandas sibi successive ad sua necessaria per consilium meorum procuratorum. Si bona mea fuerint diminuta, tunc omnibus deficiet secundum numerum marcarum; et si quid residuum fuerit, detur Henrico meo filio et filie mee, claustrali memorate. — — Actum anno domini MCC° LXXXXII°, Viti.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 535, aus dem Original auf der Registratur zu Lübek. — Gedruckt in der Schlesw.-Holstein. Urk.-Samml. I, S. 136.

(1292?) 2168.

Adolf, römischer König, belehnt den Bischof Hermann von Ratzeburg mit den Reichslehen.

Ein Lehnbrief selbst ist nicht erhalten. Aber in der „Lista episcoporum ecclesiae Raceburgensis" (aus dem 16. Jahrh.) heisst es:

> Cum [Conradus episcopus] praefuisset annis octo, in domino decessit anno 1291., quinto kalendas Augusti. Hermannus XII. [sc. episcopus], frater Ulrici episcopi, ex familia de Blucher, regalia ab Adolpho, Romanorum rege, habuit."

Der Graf Adolph von Nassau ward am 5. Mai 1292 zu Frankfurt zum Könige gewählt und angeblich am 24. Juni zu Aachen gekrönt. Aus der Zwischenzeit finden wir bei Böhmer, Reg. Adolfi, nur wenig Urkunden verzeichnet, und zwar solche, welche zunächst Gunstbezeugungen für seine Wahl enthalten. Später aber, als 1292—93, dürfen wir die Belehnung des Bischofs Hermann auch nicht ansetzen, wenn anders dieser dieselbe binnen Jahr und Tag gesucht hat.

1292. Juli 17. Güstrow. 2169.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt dem Kloster Doberan die eine Hälfte der Mühle in Güstrow und verkauft demselben die andere Hälfte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus hanc litteram visuris salutem in domino sempiternam. Quoniam rerum gestarum ordinacio per reuolucionem temporum a memoria labitur

hominum, cautum est et utile, ut per scripture testimonium artius memorie inprimatur. Hinc est, quod ad posterorum noticiam cupimus litteris presentibus pervenire, quod nos de maturo fidelium militum nostrorum consilio, cum consensu nostrorum fratrum Guntheri et Johannis ceterorumque omnium fratrum atque coheredum nostrorum, proprietatem medie partis molendini in Guzstrowe censumque eiusdem annuum, videlicet quinquaginta tremodia bracii ordeacei et quinquaginta tremodia bracii auenatici, cum captura anguillarum et piscacionibus, que fieri possunt retibus, que dicuntur stokenet et worpenet, vendidimus pro quadringentis marcis puri argenti et pro quinquaginta marcis denariorum Lubicensium necnon pro decem marcis denariorum slauicalium venerabilibus domino Hildewardo abbati totique conventui in Doberan in liberam et perpetuam possessionem, ita vt non liceat nobis, neque heredibus, nec successoribus nostris censum eiusdem molendini occupare, minuere vel mutare, saluis nichilominus aliis ipsius molendini libertatibus remanentibus, quas ipsi firmiter seruare debebimus et ab aliis defendere ac tueri, scilicet ne quis in amne fluminis, quo prefatum agitur molendinum, sursum vel deorsum aliquod ex nouo construat molendinum, nec ipsum amnem, in quantum idem molendinum impediat, permittetur aliquis occupare. Liberum erit insuper eisdem fratribus de Doberan, totum eiusdem molendini censum sine theloneo, quocumque maluerint, libere deducere vel in quemcumque vsum sibi magis vtilem commutare. Nullus eciam molendinariorum extra ciuitatem Guzstrowe longe vel prope residentium in ciuitate predicta annonam afferre et extra ciuitatem molendi causa debet ducere ad suum vel ad alterius molendinum. Ceterum predicti fratres in Doberan habebunt ius et iudicium in eodem molendino, sicut habent vasalli nostri in bonis suis, scilicet ad sexaginta solidos. Si autem maiores excessus cuiuscumque generis ibidem contigerint, de quibus forsitan plus est dandum, inde nos duas partes tollemus et Doberanensis ecclesia partem terciam retinebit. Jnsuper iidem fratres de Doberan habebunt liberam facultatem, proprietatem hereditatis eiusdem molendini emere et aliquem de eorum fratribus ibi preficere, vel idem molendinum uel censum eiusdem, sicut a nobis emerunt, aliis, si ita maluerint, possunt vendere, vel eciam pro debitis obligare. Nullam eciam in molendinarios eiusdem molendini, postquam Doberanensis ecclesia hereditatem ipsius emerit, exactionem precariam seu quamlibet aliam neque nos, neque nostri posteri faciemus. Preterea proprietatem medie partis sepedicti molendini in Guzstrowe, quam patruus noster pie memorie quondam dominus Henricus de Werle prememoratis fratribus in Doberan vendidit, eis et monasterio Doberanensi, sicut et eam partem per nos personaliter venditam, in perpetuam et quietam possessionem nostro ac omnium coheredum successorumque nostrorum nomine confirmamus. Jn omnium premissorum firmum et euidens testimonium presentes litteras conscribi et appensione nostri sigilli fecimus communiri. Testes huius rei sunt: in primis: Wolphardus cellerarius, Henricus camerarius, Johannes magister

hospitum, Johannes infirmarius, Bertoldus subcellerarius, hii monachi et tunc officiales in Doberan; item testes sunt fideles et dilecti milites nostri, istius facti precipui promotores: Nicolaus dictus Hane, Johannes Moltiko, Fredhericus de Kerekdhorp, Johannes et Bernardus de Belin fratres, Hermannus Mustico, Mathias Ketelhot, Conradus Buno, Conradus de Cysendhorp et plures alii fide digni. Acta sunt hec anno gracie M° CC° XC° II°, kalendas Augusti XVI°, indictione V^a^, concurrente secundo, epacta nulla. Datum Guzstrowe, per manum domini Johannis dicti de Retze, capellani et notarii nostri.

Nach dem schön geschriebenen Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einer Schnur von rother, gelber und grüner Seide hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel in grünem Wachs. Eine zweite, gleichlautende Original-Ausfertigung von derselben Hand in demselben Archiv ist eben so ausgestattet, jedoch etwas kleiner und flüchtiger geschrieben, und trägt an rother und gelber Seide dasselbe Siegel aus ungeläutertem Wachs. Das grüne Siegel hat zwei Fingereindrücke auf der Rückseite, während das weisse Siegel nur einen Fingereindruck hat. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 819; v. Westphalen III, p. 1543; Franck V, S. 128; Gründl. Vorst. der rechtl. Befugniss, S. 24; Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 163. — Vgl. Nr. 1936.

1292. Juli 25. 2170.

Johann Gans von Perleberg, Ritter, schliesst ein Bündniss mit dem Grafen Helmold von Schwerin.

Nos Johannes miles dictus Gans de Parleberghe omnibus presentia visuris uel audituris volumus esse notum, quod nos cum nobili viro domino Helmoldo comite Zwerinensi conuenimus in hunc modum omnimodo concordantes, videlicet quod nos vnum cum ipso erimus et in omnibus iustis et rationabilibus causis suis ipsi astabimus contra emulos suos et quoslibet inuasores, excepto inclito principe reuerendo nobis domino Ottone marchione Brandenburgensi Longo et ceteris nostris consanguineis, in quorum preiudicium causa huius ordinationis nichilum faciemus. Testes huius ordinationis sunt: Huno dictus de Carwe, Johannes Huno, Arnoldus dictus de Beswede, milites, Guncelinus domicellus Zwerinensis, filius dicti comitis Helmoldi, et alii fide digni. In huius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno domini M° CC° nonagesimo secundo, in die beati Jacobi apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem aus der Charte geschnittenen Siegelbande hängt dasselbe Siegel, wie an der Urkunde Nr. 2049. — Gedruckt bei Lisch, Verwandtschaftl. Verbindungen des älteren Hauses Gans von Putlitz mit altfürstlichen Geschlechtern, Urk. Nr. III, und bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 1, S. 297.

1292. Juli 26. Güstrow. 2171.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft der Stadt Güstrow 40 Mk. jährlicher Hebung von seinem Antheile an dem Schoss der Stadt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicholaus dei gracia dominus de Werle vniuersis presens scriptum visuris salutem in eo, qui suis premium perpetue dat salutis. Ea que geruntur in tempore, ne simul euanescant cum tempore, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod ad noticiam cunctorum, qui presentem paginam susceperint, cupimus peruenire, quod nos de bona et libera uoluntate, consensu dilectorum fratrum nostrorum vnanimi accedente, maturo quoque consilio nostrorum prehabito uasallorum, uendidimus consulibus et ciuitati Guzstrowe annuatim de collecta communi, que uulgariter schot dicitur, XL^{a} marcarum redditus communis monete de parte nos legitime contingente pro quadringentis marcis denariorum, ad commune ius uasallorum nostrorum libere absque seruicio et sine omni calumpnia possidendos. Quodsi aliquem defectum uel aliquod obstaculum per nos uel quemcunque alium circa ea, que inscripta sunt serie superius prenotata, contigerit exoriri, illa nos spospondimus (!) expedire et defectum in omnibus restaurare. Testes huius sunt: Nicholaus Gallus, Fredericus de Kercdorpe, Johannes de Belin, Hermannus Musteke aduocatus, Vineko, Ludolfus de Grammelin, Gammo, Bune, Rolf Baroldus, milites, Jacobus de Dersentin; consules: Hinricus Stolp, Ludbertus de Plawe, Hinricus Felix[1], Helmicus de Gholdberge, Johannes de Lippia, Hinricus Polene, Ghodefridus de Molne, Johannes Monetarius[2], Thidericus Prepositus[3], Helmicus de Odwenestorpe et alii quam plures fide digni. Vt autem hec nostra uendicio rata et inconwlsa permaneat, presens scriptum super eo confectum sigilli nostri munimine decreuimus roborare. Acta sunt hec anno domini M° C° C° LXXXX° II. Datum Guzstrowe, VII. kalendas Augusti, proxima die post festum Jacobi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Gedruckt bei Franck V, S. 130; Besser, Beitr. S. 253, und Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 166, jedoch überall sehr fehlerhaft. — Ueber den Namen [1] Felix vgl. Bd. I, Nr. 607, Note, über [2] Monetarius oben Nr. 2163. [3] „Prepositus" ist im Original p̄pt̄s geschrieben; es lebt noch heute eine Familie „Prahst" in Güstrow.

1292. (Güstrow.) 2172.

Der Rath zu Güstrow verleiht dem dortigen Bürger Johann Schwicker für 100 Mark eine jährliche Hebung von 6 Mark aus dem von dem Fürsten Nicolaus von Werle erkauften Schoss.

Des Rhatts zu Gustrow brieff, darin sie anzeigen, das Johannes Swigker, ihr burger, sechs marck hebungen ierlich auff Pfingsten auffzuboren von dem

Schothe, welchs ihrem Hern Nicolao von Werle zugehoret, vor 100 Mk. gekaufft habe, die er von der Stadt Gustraw zu lehne empfangen vnd ohne ienige dienste. oder Schoss nach lehnrecht besitzen soll; do auch er oder seine Erben angeregte Hebungen verkauffen wolten, wollen vnd sollen sie dem keuffer dieselben vorlehnen, allein das er zuuor 10 sl. zur recognition des Lehns ihnen gebe. Actum anno domini 1292.

Aus Daniel Clandrians Registratur der Briefe der Domkirche zu Güstrow, S. 47.

1292. Rostock. 2173.

Der Rath der Stadt Rostock spricht die Wittwe Wasmuths auf das eidliche Zeugniss ihrer Freunde, dass sie nichts vom Vermögen des Mannes besitze, von jeder Verbindlichkeit gegen dessen Gläubiger frei.

Notum sit, quod amici domine Margarete relicte Wasmodi coram sede consulum iuramento firmauerunt, quod eadem domina nichil de rebus quondam mariti sui Wasmodi haberet; et consules commvniter eidem domine indulserunt, quod nullus horum, quorum maritus suus debitor fuerat, ipsam in posterum inpetere debeat, si res ope amicorum suorum aliquas uel propriis laboribus contraxerit. Th[idericus] Friso, Ludolfus Pes tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 86.

1292. Rostock. 2174.

Willekin, Schuster, vereinbart sich mit der Jacobigemeinde zu Rostock über die Anlegung von Thüre und Fenstern nach dem Jacobi-Kirchhofe hin.

Sciendum, quod inter parrochiam sancti Jacobi et Willikinum sutorem taliter est complanatum. Idem Willekinus vtetur ianua sua et fenestris versus cimiterium, et locum ante illud hostium mundum seruabit et in nullo occupabit; et quamdiu in fauore parrochianorum est, hunc vsum habebit. Ceterum, si fenestras siue gradum facere decreueri(n)t, intra murum suum hoc faciet et spacium extra murum suum in nullo occupabit.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 88.

1292. Aug. 8. Rostock. 2175.

Heinrich von Parkentin verkauft dem Kloster Dargun sein Erbe zu Rostock, mit Vorbehalt des Rückkaufes binnen Jahr und Tag.

Henricus de Parkenthyn vendidit ecclesie in Dargun hereditatem suam sitam supra platheam pistorum, que iure hereditario sibi cesserat, pro centum et viginti marcis denariorum et illam coram consulibus resignauit. Quam hereditatem Henricus predictus infra annum et diem reemere poterit denariis pro eisdem; et nullus alter reemere poterit, nisi Henricus prehabitus, uel cui ipse voluerit resignare. Actum anno domini M° CC° XC° secundo, feria VI^a^ ante Laurencii, Thyderico Frisone. Ludolfo Pede tabule presidentibus.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 90^b^. Getilgt. — Im Stadtb. 1295—1304, fol. 96^b^, heisst es (zum Juli 1298): „Henricus de Parkentyn vendidit Henrico Spicharineb hereditatem suam totam cum „bodis adiacentibus et curia et sicut sua fuerat, quam ipsi resignauit. Gerhardus de Lawe, Thidericus „de Sosato stant pro warandia pro LXXVII marcis denariorum, quos dominus abbas Dargunensis habuit „in eadem, Henricus ipse stat pro reliquo pro warandia". — Vgl. unten 1295, März, die Inscription: „Soror Wiba etc."

1292. Aug. 11. Tönsberg. 2176.

Erich, König, und Hakon, Herzog von Norwegen, ertheilen den Wismarschen, die durch ihre Schlüsser Hunals in Halland und Hialm ziehen, ihren Schutz und das Recht, ausstehende Forderungen daselbst einzufordern, sowie freien Verkehr.

Ericus dei gracia rex Norwegie et Haquinus eadem gracia dux Norwegie aduocato, consulibus ac communi ciuitatis Wismarie salutem in domino sempiternam. Volentes, quod incole ciuitatis vestre per castra nostra Hunals in Hallandia et Hialm transitum facientes securitatem plenariam habeant in rebus suis pariter et personis, prefectis et aduocatis ac aliis in iisdem castris existentibus per litteras nostras precipiendo mandauimus firmiter et districte, ac illud idem, quod sequitur, dilecto consanguineo nostro domino Jacobo comiti Hallandie, necnon et Stigoto marscalco diximus et iniunximus viua voce: quod, si qui sint ibidem, qui cuiquam de vestris incolis tenentur in aliquibus debitis obligati, debent illa sine dilacione et difficultate qualibet soluere requisiti; quod, si pro loco et tempore aliqua ibidem duxerint venalia, predicti castrenses non debent ab ipsis quicquam violenter recipere, sed emere, prout habere poterunt de beneplacito venditoris, et expedite soluere, prout conuentum fu[er]it inter eos; sed si forte uestris non placeret res suas et merces ibidem vendere, licentiam habent et potestatem liberam ipsas, quocumque eis placuerit, deferendi. Dictis igitur castren-

sibus sub obtentu gracie nostre precipimus firmiter per presentes, vt ea, que prediximus, diligenter obseruent, sicut graciam nostram diligunt et fauorem. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Tunsberg[is], anno domini millesimo CC° nonagesimo secundo, in crastino Laurencii martiris.

Nach einer Abschrift aus dem Ende des 16. Jahrh. im Raths-Archiv zu Wismar. — Vgl. Nr. 2178.

1292. Aug. 14. Demmin. 2177.

Bogislav, Barnim und Otto, Herzoge von Pommern, bestätigen die Privilegien der Stadt Demmin.

In nomine domini. Amen [1]. Bugslaus, Barnim et Otto duces Slauorum — — nos — meritis etiam consulum et burgensium nostrorum dilectorum de Dymin exigentibus — renouamus eisdem burgensibus ea privilegia, que tempore nostrorum progenitorum [2] habuerunt —. Termini vero dicte civitatis taliter distinguuntur, videlicet de vado ville Brunsow supra Babitz, exinde supra Penam, inde descendendo per Penam usque ad distinctiones et terminos domini Witzlai principis Ruyanorum, inde directe per medium paludis Crotznitz supra Treble usque ad metas principis iam predicti. — Preter ista nemus, quod dicitur Demminsche Wolth, cum Paghencnoke ad vsus tantum reponimus ciuitatis. Damus [3] siquidem iisdem burgensibus in stagno Cummerow piscandi liberam potestatem. Habebunt etiam liberam velificationem cum suis mercibus simul et piscationem per dictum stagnum et Penam infra et supra a rota molendini ante Malchin vsque ad salsum mare exeundo pacifice pariter [4] et intrando, ad[i]c[i]entes [5], ne que ab aliquo fiant clausure siue structure in Pena siue alibi ciuitati in preiudicium uel grauamen. Eandem libertatem piscandi, velificandi in aquis Treble et Tolensa possidebunt terminos infra nostros. — — Proprietates etiam harum villarum: Rustow, Rantekow, Metle, Woteneke, Sedorp, Thoze, Wolquardisdorp, Noszendorpe, Dronevitz, Dummersdorp cum omni iure — — dilectis dicte ciuitatis inhabitatoribus donare decreuimus perpetuis temporibus feliciter possidendas. — — Acta sunt hec in Dimyn, anno domini M. CC. XCII., in vigilia assumptionis virginis gloriose [6].

Nach einer Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Prov.-Archiv zu Stettin, den Abdrücken bei Dähnert, Pomm. Bibl. V, S. 88, und bei Stolle, Gesch. von Demmin, S. 839, und dem Auszuge bei Fabricius, Rüg. Urk., Regest. Bd. III, Nr. 371 (aus dem Original im Demminer Stadt-Archiv, welches an grün-, gelb- und roth-seidenen Fäden die drei herzoglichen Siegel trägt). Die Abweichungen dieser Quellen sind unwesentlich, meistens nur orthographische. ([1] In — Amen: fehlt D. — [2] prog. u. tomp.: haben D. u. St. — [3] Donamus: D. — [4] pacifice: fehlt F., pariter steht hinter intrando in der Stett. Abschr. — [5] adlicientes: D., adiacentes: d. s. — [6] gloriosa: D.) — Vgl. Nr. 2153.

1292. Aug. 15. Tönsberg. 2178.

Hakon, Herzog von Norwegen, ertheilt den Wismarschen verschiedene Freiheiten.

Haquinus dei gracia dux Norwegie viris prouidis et honestis, sibi in Cristo dilectis consulibus et communi ciuitatis Wismarie salutem in domino sempiternam. Cupientes vestre ciuitatis incolas ad ducatum nostrum venientes. sicut fecerunt progenitores nostri, fauorabiliter pertractare ac immunitates et libertates eorum augere potius, quam minuere, quamdiu circa nos et nostros vestre deuotionis beneuolentiam experimur, vniuersitati vestre notum faci[mus] per presentes, quod nos ad petitionem et instantiam discreti et honesti viri Hassonis de Gawezowe, nuncii vestri, vigorem legis nostre, quam seruare debent indigene, quoad homines vestros dominium nostrum visitantes ut hospites temperantes, ipsis de speciali gracia duximus indulgendum, quod, cum aliquis pro delicto ad vltimum supplicium sit ducendus, ipsi eum sequi minime teneantur. Jtem cum ad capturam allecium venerint, licite possunt merces suas in terris nostris deponere, baliui licencia non petita. Jtem si decedat aliquis in ducatu nostro, cuius heres est in ciuitate vestra predicta illius condicionis, quod pro petenda hereditate huiusmodi non potest personaliter aduenire, licitum est ei, ad obtinendam hereditatem talem procuratorem destinare legitimum infra annum, ita quod tam super illo, quare personaliter venire nequeat, quam et, quod missus sit procurator veri et legittimi heredis, testimoniales habeat litteras ciuitatis, quod si fiat, non debet super illa hereditate per quemquam de nostris officialibus uel aliis impediri. Declaramus etiam, quod, si aliquis inuentus fuerit habere falsatam farinam uel alias falsas res consimiles, debet excusare se iuramento suo, quod illud falsum non commisit, nec fuit illius conscius falsitatis; postquam autem iuramentum tale prestiterit, debet emptori pecunia sua restitui et falsum huiusmodi destrui, non imposita pena alia uenditori. Ad preces insuper nuncii vestri predicti articulos, uobis ex parte fratris nostri charissimi domini regis Norwegie concessos per arbitrium domini Magni, [quondam] regis Sweorum illustris, apud Calmar[n]iam, vestris incolis ad dominium nostrum venientibus de speciali gracia decreuimus concedendos, rogantes, ut homines dilectissimi fratris nostri et nostros ad vos declinantes recipiatis fauorabiliter et honeste. Jn suprascriptorum autem testimonium [sigillum] nostrum presentibus litteris est appensum. Datum Tunsbergis, anno domini M° CC° nonagesimo secundo, in festo assumptionis beate Marie virginis.

Nach einer Abschrift aus dem Ende des 16. Jahrhunderts im Raths-Archiv zu Wismar, welche mit dem Abdrucke desselben Privilegiums für Greifswald bei Thorkelin, Diplom. Arna-Magnaean. T. II, p. 134, fast ganz übereinstimmt. — Vgl. Nr. 1821, 1864, 1920, 2176.

1292. Aug. 15. (Lübek.) 2179.

Testament des Rudolf Boddin.

In nomine domini. Amen. Ego Rodolfus dictus Bodin, compos racionis, mentis et corporis, sic meum facio testamentum. Si morte preventus fuero, volo, quod de bonis meis dentur propter deum L marce denariorum in diversis elemosinis. Uxori mee do C et L marcas denariorum et totam subpellectilem meam dimidiam: residua bona mea singula do pueris meis. Sed de predictis L marcis ad elemosinas deputatis dabuntur in Zwerin fratribus minoribus II marce denariorum, fratribus predicatoribus et minoribus in Lubeke et Hamborch cuilibet loco I marca denariorum, item V marce denariorum Wittenborch ad altare kalendes. Jtem de eisdem L marcis denariorum dabuntur pueris fratris mei in Stenvelde IIII marce denariorum, et pueris sororis mee in Dobersche VIII marce denariorum, et VIII solidi domino Ludero plebano in Wittenborch. Jtem de eis per integrum annum cantabitur die quolibet missa pro defunctis. Eldena dabitur I marca denariorum. Residuum de hiis L marcis dabitur propter deum. Preter premissa do Alberto famulo meo X marcas denariorum. Procuratores constituo Hinricum Bodin et Reinerum de Godebuze et Leffardum Rufum et Johannem Crispum et Hinricum Parlin. Bona, que habeo Lubeke et Hamborch, vtraque Lubeke permanebunt ad usus puerorum meorum. Hec omnia rata tenebo, quin eis notorie contradicam. Testes sunt domini consules Johannes Tatere et Hinricus Rufus. Actum anno domini M° CC° LXXXXII., in assumptione.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 537, aus dem Original auf der Registratur zu Lübek. — Vgl. unten 1297, Juli 6.

1292. Aug. 21. Freienstein. 2180.

Otto, Konrad, Albrecht, Johann und Otto, Markgrafen von Brandenburg, errichten einen zehnjährigen Landfrieden mit dem Bischofe Gottfried von Schwerin, dem Fürsten Wizlav von Rügen, den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin und den Fürsten Johann (zu Gadebusch) und Heinrich von Meklenburg, insbesondere zur Wiedereinsetzung des vertriebenen Fürsten Nicolaus von Werle.

Wie Otto vnd Conrad vnd Albrech vnd Johann vnd Otto, van der genaden gotes marcreuen to Brandenborh, bekennen vnd tugen openleke mit

dessen briuen, dat wie vns mit dan (!) edelen heren, her Godeken, den bisscope to Szuerin, vnd mit hern Wizlaw, den worsten van Rugen, vnd mit den greuen Helmolde vnd hern Clawese van Zwerin vnd mit hern Johanne vnd Henrike van Mekelenborh alsus gedanne wis gedegedingt hebben vnd louet, dat wie eynen rechten lantvrede mit en halden scoln tu teyn iaren. Des scole wie setten eynen richter uter marke, vnd de vorbenomede herren de scolen setten eynen richtere vte deme lande to Weneden; de beyde richtere scolen richten alle de broke, die tusschen vns vnd vnsen mannen, af eyne half, vnd en vnd eren mannen, af ander half, gescheyn mah. Swie den broke getan heuet, oder van wes wegene he gesculh, he scal den werden (!) dun binnen vier weken; weder dede he des nicht, wie vnd de vorbenumeden herren scolen gemeylike werder em viende wesen also lange, wente he de broke weder dan is; wert auer gene, de dessen broke vnd scaden getan heuet, lanthvluchtich, van sinem gude scal men dem clegere gelden. Vppe de rehde, dat die vorbenumede lantvrede besta, vnd och dor di rechticheyt, vnd dat neyn orloge in den landen ne werde, so scole wie vnd de vorbenumeden herren Clawese van Weneden. de van sinem rechten gude vnd erue geworpen is, werder in sin erue setten vnd sines gudes helpen; vnd swie vns vnd den vorbenumeden Clawese hiran vnd an sinem rechten gude hindert, des viende wille wie wesen. Wil auer her Niclaus van Wenden, hern Janes sone, deme vorbenumeden Clawese, hern Hinrihkes sone, sines rechten erues vnd gudes gunnen vnbeworen, so ne scal men den vorbenumeden herren, hern Clawese, nicht an sime gude hintderen. Were dat also, dat her Niclawes van Wenden mit hern Bugzlaw weder vns in eyner werren queme, wolde sic her Niclaws afeuenen, des scol wie eme gunnen vnd scoln mit der vorbenumeder herren hulpe mit hern Bugzlaw also lange orlogen, want die vorgesproken herren vns van hern Bughzlaw muchten helpen minne oder recht, als sie vnd vnse man spreken, dat et recht si; wolde oc sic her(n) Bugzlaw afeuenen, des scole wie eme oc gunnen. Oc scole wie dartu helpen, dat greuen Helmolt vnd Clawese van Zwerin van hern Bugzlaw gesche minne oder recht. Js dat also, dat wie bo"wen oder trechen willen in der viende lant, de(r) vorbenumeden herren scoln vns helpen, als sye aller vrunlikesd mûgen vnd konen, vnd uppe ere eygene kost; dat sulue scole wie weder dun. Swelk vnser des anderen bedarf vnd siner hulpe, de scal eme komen, also he aller beste mach, in sine slote, vnd deme scal men de kost geuen; swenne man eme dat weten let, darna binnen teyn dagen scal he eme tu hulpe kommen. Echtmer, is dat also, dat de hertoge van Sassen nicht genûgesam en wille sin an rechte oder sine man oder her Ribe, vnd wenne wie dat vormûgen mit den van Zwerin vnd mit den van Mekelenborh, dat si en rechte dûn, so scole wie ere hulpere sin. Jst dat also, dat wie vnd de vorgesprokene herren slote wunnen Claweses, hern Hinrikes sone, de scole wie eme weder geuen; wunne wie auer slote hern Niclaws, her

Jans sone, de scole wie vnder vns behalden vnd ene mede dwingen, dat he Clawese, sinen vedderen, sin guot werder late. Swent et uppe eyne sûne kumt, willen de vorgesproken herren slote hern Niclaws van Wenden, de wie gewunnen hebben, weder geuen, dat scal vns wilsam sin; willet si auer penninghe nemen, der scol wie vnsen del nemen vnd hebben na mantale: we ne scoln oc vns sunder de vorbenumede herren, nocht de herren sunder vns nummer geeuenen, noch vreden, noch dagen, noch sûnen. Vppe de rede, dat alle ding, die hirvor bescreuen sin, werden gehalden, so hebbe we dit belouet mit twintieht ridderen, der namen wie hebben scriuen laten in ener cedelen, vnd hebben vnse briuen gegeuen vnd beingesilelt (!) laten mit vnsen ingesigeln. Disse brief is gescreuen vnd gegeuen na der bort vnses herren dusent iar tweihundert iar vnd deme anderen iare vnd negentichen. in der stat to Vriensteyn, des dunredages vor sente Bartolomeus dageh.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An der Urkunde hangen drei pergamentene Siegelbänder, welche alle ausser dem oberen Streifen des ersten Siegelbandes abgeschnitten sind. Auch lässt dieser Pergamentstreifen nicht erkennen, dass ein Siegel daran gehangen hat; ebensowenig hat die Urkunde Einschnitte zu noch mehr Siegeln. — Gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 81. Nr. CCXXIV; Riedel, Cod. dipl. Brand. III, Bd. 3, S. 5. — Vgl. unten 1292, Sept. 1, Nr. 2182.

1292. Aug. 29. Stavenhagen. 2181.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Ritter Heinrich Voss von Wolde zur Entschädigung für seine Dienste in der Kriegsnoth, besonders zur Erbauung des Schlosses Kobelbruck, die Bede, Münzpfennige, Dienste und Gerichte von den Dörfern Luplow und Rosenow.

In nomine domini. Amen. Nos Nycolaus dei gratia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus, ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, quod de bona et libera uoluntate nostra seu consensu heredum nostrorum, successorum dilecto et fideli nostro Hynrico militi dicto Vohs de Wolde ac suis ueris heredibus dimisimus et contulimus pro seruitio nobis facto in necessitate nostre gwerre, uidelicet ad constructionem castri Cobelbruck, et aliis temporibus nobis competentibus, omnem precariam, denarios monete et omne seruitium, cum iudicio maiori et minori, cum omni fructu et utilitate et cum omni iure, quod ad nostrum dependebat domineum, de villis Lupegloue et Rosenow, perpetualiter possidendum, ita quod nos, nec nostri heredes, successores, siue iudicii nostri exsecutores incolas predictarum villarum in nullo debeamus aggrauare.

Vt autem collatio nostra firma et inuiolabilis perseueret, presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus roborari. Huius facti testes sunt: Nycolaus Hane et Matthyas Ketelhot, Hinricus et Conradus Vulpes, necnon Reynerus et Echardus Cruse, milites, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Stouenhaghen, anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, in die decollationis beati Johannis baptiste.

Nach einer durch Daniel Clandrian im J. 1584 von dem Originale genommenen und beglaubigten Abschrift im Haupt-Archiv zu Schwerin. Nach einem Transsumpt vom J. 1381 (in beglaubigter Abschrift im Haupt-Archiv) hing am Original das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Gedruckt in Jahrb. XXVI, S. 95. — Vgl. daselbst S. 76, und unsere Note zu Bd. II, Nr. 1450, über das Schloss Kobelbruck.

1292. Sept. 1. 2182.

Nicolaus, Fürst von Werle, Sohn des Fürsten Heinrich, verbündet sich mit den Fürsten Wizlav von Rügen, Johann (zu Gadebusch) und Heinrich von Meklenburg und mit den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin.

Wi Nicolaus, van godes genaden iuncherre van Werle, heren Hinrikes sone, betuget in dessen breuen, dat wi vs mit vsen wrunden, den edelen herren, heren Wizlawe, vorsten van Ruyen, Helmolde vnde Nicholawese, den greuen van Zwerin, Johanne vnde Hinrike, den herren van Mekelenborch, vorenet hebbet vnde en gelouet hebbet mit vsen mannen, dat wi bi en bliuen scolen mit al vser macht, vnde scolen vs nimmer sonen, et en si mit eren willen. Weret oc also, dat vser to kort wrdhe vse man, de mid vs gelouet hebbet vnde de tu vs gekeret sin vnde noch keren willet, de ne scolen sic nicht euenen, et en si der vorgesprokenen edelen herren wille. Vorhtmer, wolden de vorbenumeden edelen herren ene sone angan, de en lic dhuchte, der scolen sie weldech wesen. Vppe desse dhinc, de hir bescreuen sint, hebbet gelouet dese man: her Dhideric Buzel, her Deneke van Cropelin, her Johan van der Swingen, her Gerart Ketelhut, her Clawes Huskummer, her Rolof Barolt, Heyno Prammule, Rolof Luch, Werner Prammule, Conrat Pren, Thideman Ketelhut, Gherat Pren vnde anders riddere vnde knapen vnde man, de me noch bescriuen scal. Vppe dat desse dhing stede vnde vast bliuen, so hebbe wi dessen bref besegelet mit vseme ingeseghele vnde mit vser manne ingheseghelen. Dese bref is gegeuen in dhen iare vnses heren godes dusendesten twehunderdesten vnde twe vnde negentegisten, de (!) manendages vor vnser wrowen sente Marien daghe, also sie geboren wart.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An erster Stelle hängt an einem Pergamentstreifen das hieneben abgebildete grosse runde Siegel des Fürsten Nicolaus von Werle (des Vatermörders) mit einem Schilde, auf welchem der vorwärts gekehrte werlesche Stierkopf mit ausgeschlagener Zunge steht. Die Rundung ist mit der Umschrift fast ganz abgebrochen, und es ist nur noch kaum zu lesen:

✠ SI — — . . G — — G

Dies ist das einzige Exemplar des Siegels, welches bisher bekannt geworden ist. Es sind noch viele Löcher in den Rand der Urkunde ganz und halb eingeschnitten, aber es sind nicht mehr Siegel angehängt und auch sicher nicht angehängt gewesen. — Gedruckt ist diese Urkunde auch bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 82 (Nr. CCXXV). — Vgl. Nr. 2180.

1292. Sept. 5. 2183.

Das Schweriner Dom-Capitel bestimmt unter vorausgesetzter Zustimmung des Bischofs Gottfried, wie es im Bützower Capitel mit dem Gnadenjahre der Domherren gehalten werden soll.

In nomine domini. Amen. Volradus dei gracia prepositus, Johannes decanus, Johannes thesaurarius totumque ecclesie Zwerinensis capitulum notum esse volumus et tenore presencium protestamur, quod, constitutis in nostra presencia honorabilibus viris domino Hinrico decano et domino Lubberto thesaurario ecclesie Butzowensis ex parte tocius capituli eiusdem ecclesie ad hoc communiter destinatis et requirentibus a nobis, quid de canonicis ibidem decedentibus deberet pro anno gracie obseruari, et quanta libertate domus et aree canonicorum eorundem gaudere deberent: nos, super hiis deliberacione habita diligenti, dum tamen venerabilis in Christo patris ac domini nostri Godefridi episcopi Zwerinensis ad hoc auctoritas et consensus accesserit, ita duximus declarandum et futuris temporibus absque contradictione qualibet obseruandum: quod, si quis canonicorum Butzowensis ecclesie discesserit ante festum sancti Michaelis uel eciam ipso die ante horam nonam, fructus et redditus prebendales anni tunc instantis pro anno gracie optinebit; si vero post horam nonam quandocunque obierit, tunc non solum redditus instantis anni, sed eciam proxime subsequentis integraliter optinebit. Ob-

laciones autem percipiet idem defunctus, quandocunque discesserit, a die mortis sue, donec fuerit vnius anni circulus reuolutus. De libertate vero domorum ac arearum canonicorum ipsorum modis predictis iuxta ecclesie nostre consuetudinem decreuimus obseruandum. Jn cuius rei testimonium venerabilis patris ac domini nostri predicti Zwerinensis episcopi ac nostri sigillorum appensionibus presentes littere roborantur. Datum anno domini M° CC° nonagesimo secundo, feria sexta ante (ante) natiuitatem sancte Marie.

Nach dem Diplom. eccl. Butzow., Cap. XVI [fol. XI].

1292. Sept. 15. Güstrow. 2184.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Kloster Dobbertin das Eigenthum des Dorfes Sehlstorf und desgleichen von 8 Hufen zu Woserin.

Nicolaus, Her von Werle, gibt dem Closter Dobbertin den eigenthumb des Dorffs Bosscelessdorpe gantz vnd gar, wie es in seinen schieden belegen. So sollen auch die Jnwoner desselben von dem lantding gefreiet sein. Dazu gibt er auch dem Closter den eigenthumb von acht Hufen in Wozerin mit aller gerechticheit, gleich wie es mit den andern gutern des Closters gehalten wirt, nömlich mit dem vierten teile in holtzungen, wisen, weiden vnd andern. Actum anno 1292. Datum Gustrow, 17. Calend. Octobris.

Nach Clandrian's Dobb. Reg., Nr. CCXCI.

1292. Sept. 27. 2185.

Das Dom-Capitel zu Güstrow transsumirt die Briefe, welche die Fürsten von Werle über die vom Propste Gottfried zur Stiftung von 6 Vicareien erworbenen Güter gegeben haben.

Ein brieff mit des Capittels Jnsigel besigelt, dem die Priuilegia von den Einkunfften oder Hebungen zu den sechs Vicareien, welche der Probst Gotfridus geordnet hat, sein einuorleibet, alss erstlich: Hern Nicolai von Werle brieff vber das Dorff Rachow, sub dato 1275., in Gnogen, 16. Cal. Septembris[1]; der ander: Hern Hinrici von Werle vber 7 Hufen zu Babin[2]; der dritte: Hern Nicolai von Werle vber das dorff Goldenitz[3]; der vierte: Hern Nicolai von Werle vber 2 Hufen zu Kützе[4]; der funffte ist Hern Nicolai von Werle brieff, darin er den eigenthumb 3½ hufen zu Lewekendorp dem Probste Gotfrido verkaufft, vnd gibt dieselben der Kirchen zu Gustrow mit allem Lehnrechte zu besitzen. Actum Anno 1292. Datum in die Cosmæ et Damiani.

Clandrian: Registratur v. kurtzer Extract der Brieffe vnd Instrum. in der Thumbkirchen zu Güstrow, pag. 100. — S. [1] Bd. II, Nr. 1371, [2] Bd. III, Nr. 1639, [3] Nr. 1817, [4] Nr. 1861.

1292. Um Sept. 29. 2186.

Der Rath zu Rostock verpflichtet die Grundbesitzer, den Nachbaren zur Herstellung einer Mauer zwischen ihren Grundstücken behülflich zu sein.

Arbitrati sunt consules noui et veteres, quod vnusquisque iuuabit vicinum suum ad faciendum glint inter se, qui murus habebit in altitudine a terra sursum pedes XII, in spissitudine vero II. Actum anno domini M° CC° XC° secundo, circa festum beati Mychaelis. Si vero altiorem murum uel spissiorem habere voluerint, in ipsorum arbitrio stabit.

Nach dem Rostocker Stadtb. D, fol. 43. — Fol. 61[b] (1291): „Thimmo mittem Cole expendit XII marcas ad edificacionem muri inter ipsum et heredes Johannis Sterrenberg. Pro hiis XII marcis tollet de hereditate predictorum heredum in festo Jacobi annuatim I marce reditus, quousque sibi XII marce persoluantur." — Aehnliche Fälle sind um jene Zeit häufig in dem Stadtb. D zu finden. Nach dem obigen Beschlusse des Rathes, im J. 1293, ward auf fol. 102 eingezeichnet: „Johannes pistor dictus Monekestrata consumpsit edificando inter se et hereditatem Andree et sui pueri tantum, quod habet in ipsa hereditate vnius marce redditus pro XII marcis, secundum statuta ciuitatis, quam reemendi habebit liberam facultatem semper in pascha".

1292. Sept. 30. 2187

Das Kloster Rehna verschreibt der Nonne Elisabeth Rieke für die 100 Mark Lüb., welche es von deren Verwandten empfangen und auf den Ankauf von Zehnten verwandt hat, eine Leibrente von 8 Mark.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus prepositus, priorissa totusque conventus ancillarum Christi cenobii sancte Marie in Rene salutem in domino. Tenore presencium recognoscimus, nos de consangwineis et amicis nostre conmonialis domine Elizabet, filie Hermanni Diuitis, recepisse centum marcas denariorum Lubicensium, conuersas in comparacionem decimarum, quas racionabiliter emimus a domino nostro Raceburgensi episcopo. Quare nos et monasterium nostrum ad hoc sumus in solidum obligati, quod eidem Elizabet toto tempore vite sue ministrare teneamur octo marcas denariorum dicte monete, dimidias in festo beati Martini et dimidias pentecoste, anno quolibet expedite. Qua defuncta iidem redditus ad nos integraliter reuertentur. In cuius rei testimonium presens scriptum venerabilis patris ac domini nostri Hermanni Raceburgensis

episcopi et nostro sigillis est concorditer communitum. Datum anno domini M° CC° LXXXXII., in crastino festi sancti Michaelis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An den Pergamentstreifen fehlen die beiden Siegel. — Vgl. Nr. 2188.

1292. Sept. 30. 2188.

Das Kloster Rehna verschreibt der Nonne Elisabeth Rieke für die 100 Mark Lüb., welche es von deren Verwandten empfangen und zum Erwerb des Dorfes Frauenmark verwandt hat, eine Leibrente von 8 Mark.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus prepositus, priorissa totumque collegium ancillarum Christi cenobii sancte Marie, Raceburgensis ecclesie diocesis in Rene, orationes in virginis filio gloriose. Tenore presencium recognoscimus notumque esse singulis et constare cupimus vniuersis, nos de consanguineis et amicis nostre conmonialis domine Elizabet, filie Hermanni Diuitis, recepisse centum marcas denariorum Lubicensium, conuersas in comparationem ville, que dicitur Vruuemarke, quam rationabiliter emimus a militibus dictis de Ekelenvorde. Quapropter nos et posteri nostri ad hoc sumus perpetualiter, quamdiu ex dei gratia cenobium nostrum substiterit, obligati, quod eidem Elizabet toto tempore vite sue ministrare teneamur octo marcas denariorum dicte monete, medietatem huius pensionis annue in festo sancti Martini, reliquam uero medietatem pentecosten, anno quolibet expedite. Qua defuncta idem redditus ad nos integraliter reuertentur. Ut autem huic facto non succedat obliuio, sed eius conuentio inconcussam optineat firmitatem, in argumentum fidei presens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno domini M° CC° LXXXXII., in crastino festi Michaelis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt an zweiter Stelle das sehr beschädigte Siegel des Klosters Rehna, abgebildet in Bd. II, zu Nr. 884. Das erste Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgerissen. — Vgl. Nr. 2187.

1292. Nov. 18. Schwetz. 2189.

Mestwin, Herzog von Pommern, bestätigt dem Kloster Oliva die Dörfer „Raycow, Radestow, Bresna mit dem halben See, Ostricza und Scowarnikow".

In nomine domini. Amen. Nos Mistwinus dei gracia dux Pomeranie omnibus — — —. Datum in Swecz, anno domini M. CC. XC. secundo, in octava sancti Martini episcopi. Testes sunt: Pribislaus do[m]icellus[1] de Belgrard, gener noster, dominus Woyslaus canonicus et custos ecclesie Caminensis,

Paulus palatinus de Swecz, frater Henricus cellerarius de Polplin, Hieronymus castellanus de Dersovia, Andreas subcamerarius ibidem et alii quam plures fide digni.

Nach einem aus dem Geh. Staats-Archive zu Berlin uns gütigst mitgetheilten Auszuge dieser Urkunde aus dem daselbst aufbewahrten Copiar. Olivens. vidimat. de a. 1638. Nach Jacobson's Angabe in v. Ledebur's Neuem Archiv für die Geschichtskunde des Preuss. Staates, 1836, II, S. 238, Anm. 54, befindet sich das Original dieser Urkunde im Provincial-Archiv zu Königsberg. — Ueber den „Pribislaus domicellus [das Cop. gibt ' dornicellus] de Belgrard", den Sohn Pribislavs I. von Parchim-Richenberg, vgl. Nr. 1819 mit der Note.

1292. Nov. 19. (Neu-)Brandenburg. 2190.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verbündet sich mit seinen Vettern, den Markgrafen Otto und Konrad, zur Wiedereinsetzung des Fürsten Nicolaus, des Sohnes des Fürsten Heinrich von Werle, in seine Erblande.

Nos Albertus dei gracia marchio Brandenburgensis presentibus recognoscimus protestantes, quod nos et dilecti filii nostri cum uiginti militibus promisimus dilectis patruis nostris dominis Ottoni et Conrado marchionibus Brandenburgensibus, quod ipsos iuuare debemus fideliter, ut Nicolaus domicellus de Werle, filius domini Henrici, hereditati sue restituatur, et dicti patrui nostri ad hoc nos iuuare debent uice uersa. Pro iam dicto adiutorio nobis a nostris patruis inpendendo, ut dictus Nicolaus sue hereditati restituatur, promisimus nostris dictis patruis quinque milia marcarum, ponentes eisdem nostris patruis pro quatuor milibus marcarum terram Schiuelbeyn sub hac forma, quod eandem terram Schiuelbeyn cum quatuor milibus marcarum in die assumptionis beate Marie nunc futura post ad unum annum redimere debemus; si uero in iam dicto tempore dictam terram non redimeremus cum predicta pecunia, extunc erit terra Schiuelben nostrorum patruorum, et ipsam amplius nos redimere non licebit. Pro mille autem marcis residuis promisimus nos cum uiginti militibus dictis nostris patruis sub hac forma, quod predictas mille marcas dabimus nostris patruis post assumptionem Marie virginis nunc futuram post ad duos annos ipso die. Si uero dictam pecuniam nostris patruis tunc non daremus, extunc cum uiginti militibus Nouam Brandenborch intrabimus, non inde exituri, donec predicta pecunia nostris patruis persoluatur. Si uero nos conti[n]geret in noua ciuitate iacere ciuibus Maydeburgensibus, tamen predicti milites nostris patruis debent iacere in Brandenborch; et postquam soluti nos ipsi fuerimus aut inducias habuerimus a ciuibus Maydeburgensibus, intrare debemus cum predictis uiginti militibus Brandenborch, non inde exituri, donec mille marce nostris patruis persoluantur. Si autem nos mori contingeret, quod absit, in soluendo et iacendo supplebit Otto noster filius uices nostras. Pro iam dicto adiutorio nobis inpendendo, ut restituatur domicellus

Nicolaus sue hereditati, et pro terra Schiuelben, ut detur nobis copia redimendi eandem terram, posuerunt nobis nostri patrui castrum Wolueshagen cum uiginti uillis proxime iacentibus sic, quod, si nos non iuuarent, ut predictum est, et nobis terram Schiuelben redimendam denegarent, extunc dictum castrum Wolueshagen cum uiginti uillis proximis erit nostrum tamdiu, donec a nostris patruis predicta omnia retradantur. Item recognoscimus presentibus, quod, si dominus Bughen nostros dilectos patruos iuuaderet aut ipsorum uasallos spoliando, eosdem nostros patruos iuuare debemus sine omni dilatione; et ipsi nostri patrui nos similiter iuuare debent sine omni dilatione, si dictus dominus Bughen nos et nostros uasallos attemptaret indebite spoliare. Vt autem predicta omnia a nobis inuiolabiliter obseruentur, presens scriptum inde factum conscribi iussimus et sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum Brandenborch, anno domini M° CC° LXXXXII°, XIII° kalendas Decembris.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 18, S. 213, aus dem Original im Geh. Staats-Archiv zu Berlin. — Dass der Ausstellungsort dieser Urkunde Neu-Brandenburg ist, geht aus Nr. 2191 hervor. — Gedruckt auch bei Gercken, Cod. dipl. V, S. 284, und darnach bei Boll, Gesch. von Stargard I, S. 320. — Vgl. ausser Nr. 2191 auch Nr. 2180 u. 2182.

1292. Nov. 19. Neu-Brandenburg. 2191.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, gibt seinen Vettern, den Markgrafen Otto und Konrad, die Versicherung, ihnen für den Fall des Rückkaufs des ihnen verpfändeten Landes Schievelbein 100 brandenb. Pfund Auslagen zu zahlen.

Nos Albertus dei gratia marchio Brandenburgensis recognoscimus presentibus protestantes, quod, si redemerimus a patruis nostris Ottone et Conrado marchionibus Brandeburgensibus terram Schiuelbein termino deputato, dabimus eisdem nostris patruis pro expensa centum talenta de Brandenburg. Ceterum, si quid expenderunt nostri patrui pro firmatione dicte Schiuelbein, quod notorie ostendere poterunt, de hoc eisdem faciemus debitam recompensam. Super quo presens damus scriptum nostro sigillo roboratum. Datum Noua Brandenburg, anno domini M° CC° XCII°, die Elisabethe vidue.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 18, S. 214, nach Dregers Abschrift aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archivs und der Dickmannschen Samml. fol. 152. — Gedruckt auch bei Gercken, Cod. dipl. Brand. I, S. 227, und darnach bei Boll, Starg. I, S. 322. — Vgl. Nr. 2190.

1292. Nov. 30. 2192.

Helmold, Graf von Schwerin, vertauscht an das Kloster Reinfeld gegen Acker in „Lositz" (bei Uelitz) eine gleiche Fläche auf der Feldmark Rastow, und genehmigt, dass diese zur Feldmark Uelitz gezogen werde.

Nos Helmoldus dei gracia comes Zwerinensis omnibus hoc scriptum audituris in perpetuum. Justum est et racio suggerit equitatis, ut ea, que piis locis liberaliter conferuntur, rata sint et nullo necessitatis articulo uarientur. Hinc est, quod ad uni[uersorum], tam futurorum, quam presencium, uolumus noticiam deuenire, quod nos ad commodum et profectum monasterii in Reyne[u]elde quosdam agros uille nostre Razstowe ad quantitatem duodecim iugerorum permutauimus pro qui[busdam] agris uille Losiz dicte quantitatis, quos agros in districtu[1], sicut nunc per quosdam cumulos est distincta, p[refato] monasterio resignamus ipsos agros ad uillam Vliz perpetuo pertinendos. Volumus etiam, quod subditi frat[rum] d[icti] monasterii hanc distinctionem, sicut per' cumulos nunc distincta est, succedente tempore debeant renouare. Aquas tamen defluentes a districtu ipsorum fratrum primo, qui distinguit agros fratrum de Zulestorpe ab agris ipsorum infra usque ad aggerem dictum Cozowe, nostris usibus reseruamus, habentes in hoc potestatem liberam, si forsan molendinum ibidem ponere uoluerimus, vel aliquam retencionem aquarum, que in wlgo stowinghe dicitur, fecerimus, vel quidquid cum ipsius aque decursu decreuerimus ordinandum. Testes huius rei sunt: Johannes de Dambeke, Ludolfus aduocatus, milites; Conradus canonicus Zwerinensis, capellanus noster, Johannes de Plawe, cleri[ci], et alii fide digni. Datum per manum domini Johannis de Warsowe, capellani nostri, anno domini M° CC° nonagesimo secundo, in die beati Andree apostoli.

Nach dem zweifelhaften Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rothen seidenen Fäden hängt das in Bd. II, zu Nr. 1201, abgebildete runde Siegel des Grafen mit einem rechtshin schreitenden Rosse. [1] Für districtu lies: distinctione. — Vgl. Nr. 1804 und 1809.

(1292—1299.) 2193.

Gottfried, Bischof von Schwerin, bestellt den M. Rudolfus de Valva zu seinem Procurator bei dem päpstlichen Stuhl.

Nouerint vniuersi, quod nos Godefridus dei gracia episcopus Zwerinensis magistrum Rodolphum de Valua procuratorem nostrum constituimus in Romana curia ad impetrandum litteras, tam simplices, quam legendas, iusticiam uel graciam continentes, contradicendum, in loca et iudices conueniendum, recusandum, omnia et singula faciendum, que in premissis et circa premissa uerus et legitimus potest

facere procurator; dantes eidem presentibus potestatem in premissis et premissorum quolibet alium uel alios procuratorem uel procuratores pro se nostro nomine substituendi et reuocandi, quandocunque et quocienscunque sibi uisum fuerit oportunum; non obstante, si magister Guido de Nouario noster reperiatur in antedicta Romana curia procurator, quem cum dicto magistro Rodolpho procuratorem nostrum in premissis articulis uolumus permanere; gratum et ratum habituri, quicquid per ipsos uel eorum alterum, substitutum uel substitutos ab eis uel eorum altero, in omnibus et singulis sepedictis fuerit procuratum. Jn cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum etc.

Nach dem im Haupt-Archiv zu Schwerin aufbewahrten Transsumpt des Petrus Raymundi de Montebruno, praeposit. Agathensis, d. d. Auinione, XIX. kal Januar. 1333. — Dr. Jacobus, Domherr zu Bologna, beurkundete am 7. Jul. 1278, dass der Lübische Sachwalt am päpstlichen Hofe, M. Gottfried, sich die Notare „Angelum I[n]terampnensem et Rodulphum de Valua" substituirt habe. (U.-B. d. St. Lübek I, S. 363.) Am 20. Nov. 1299 quittirte der M. Angelus von Terni über seine Forderung an Lübek und die der Erben des „quondam M. Rudolfi de Valua, olim in Romana curia procuratoris." Darnach wird also des Bischofs Gottfried Vollmacht in die Jahre 1292—1299 fallen.

1292—1297. Rostock. 2194.

Hebungen der Stadt Rostock aus Schlachthäusern.

Hermannus fartor conuenit domum anteriorem mactatoriam pro VI marca denariorum. Cum ipso stat Westfalus fartor.

Rost. Stadtb. D, fol. 45^{b}, zum J. 1292.

Wernerus fartor conuenit domum mactatoriam noue ciuitatis ad vnum annum pro VI marcis. Sic dabit quolibet termino XXIIII solidos. Actum anno tercio, feria quarta prima quadragesime.

Daselbst fol. 93^{b}.

Ciuitas locauit Henrico Albo fartori domum mactatoriam exteriorem et suis veris heredibus perpetuo.

Daselbst fol. 38^{b}, zum J. 1294.

Henricus Westfalus tenet domum mediam mactatoriam pro V marca, item Hermannus anteriorem pro IIII marcis pro censu areali.

Daselbst fol. 40^{b}, zum J. 1297.

1292—1300. Rostock. 2195.

Einnahmen der Stadt Rostock von den verpachteten Wiesen.

1292.

Ciuitas locauit Ditmaro Colre pratum super Wendesche Wic ad IIII annos, et quolibet anno dabit VIIIf marcam semper Martini. Actum anno domini M° CC° XC° secundo, in purificacione.

Ciuitas locauit Ditmaro Colre pratum super Wic ad IIII annos, et quolibet anno dabit VIIIf marcam semper Michaelis. Actum anno domini M° CC° XC° secundo, in purificacione.

Ciuitas locauit Sclauis, scilicet Minisken, Radeken, Jo[hanni] scerebardes broder, Nicolao, Johanni Bistervelde, Miliken, pratum super Wic communi manu pro XX marcis.

Ciuitas locauit Frederico, Gotscalco Frisoni, Johanni Aquevectori, Petro Dano pratum de Warnemunde ad aquilonem et pratum dictum Pachenwerder pro C et X marcis.

Rost. Stadtb. D, fol. 45[b].

1294.

Jsti conuenerunt pratum magnum anno IIII°, circa Petri, pro C et X marcis denariorum: Gotscalcus Friso, Fredericus, Rodolfus, Jacobus Croger, Johannes Vector Aque et Hermannus. Martini et in natiuitate domini.

Daselbst fol. 44[b].

1296.

Bernardus Copman tenet pratum iuxta horreum pro XIII marcis.

Daselbst fol. 38[b]. Die voraufgehenden Einzeichnungen sind vom J. 1296.

Th[e]chen, Thessico, Johannes frater bartscerre, paruus Henricus specsnider stant pro XXIIII[1] marcis de prato versus Bertoldestorp et soluent Michaelis.

Martinus de Porswichs VIII marcas, de Strome XXIIII solidos.

Daselbst fol. 41[b]. — [1] Ursprünglich: XVIII.

Ciuitas vendidit Henrico Monacho pratum vnum, uersus nemus situm iuxta pratum domini terre, pro LX marcis denariorum, quod ciuitas in quolibet festo beati Michaelis reemere poterit denariis pro eisdem. Et dabuntur eidem ligna ad substruendum feno.

Fol. 44.

Johannes Rufus VI marcas de prato iuxta domum laterum fratrum minorum. Michaelis.

Jtem Gerhardus carnifex XII marcas de prato, quod Meniko tenuerat.

Anno nonagesimo VI° Johannes tonsor barbarum, Thessike, Thekel et Nicolaus, Slaui, conuenerunt pratum iuxta vallum pro XVIII marcis, et dabunt in festo beati Martini.

Detmarus Colre et Bernardus Copman XIII marcas Martini de prato iuxta Bertoldestorp.

Nicolaus de Molendino XII marcas de prato, quod tenuerat Wernerus.

Daselbst fol. 149ᵇ, 150ᵃ.

(1300.)

Martinus habet pratum Porswichs pro VII marca, item pratum ad Strome pro XXIIII solidis. Michaelis et Martini.

Jsti Slaui tenent pratum versus Bertoldestorp, prout prius ten[u]ere: Thechel, Tessike, Bunt (?), Johannes frater barbitonsoris, pro XIIII marcis. Michaelis.

Daselbst fol. 153ᵇ. — Die nächstfolgende Einzeichnung, von derselben Hand und mit gleicher Dinte geschrieben, trägt die Jahreszahl 1300.

(Vor 1293.) Wismar. 2196.

Testament des Heinrich Swarte zu Wismar.

Ego Heinricus Niger, si non rediero, do de meis bonis domine nostre sancte Marie in Wismaria VI marcas denariorum, sancto Georgio II marcas, sancto Nicholao II marcas, fratribus minoribus II marcas, domui sancti Spiritus et hospitali vnum iuger in campo Dargezoywe, et aliud iuger optinebit uxor mea; item Henrico Cortescillig, filio sororis mee, X marcas et Sweneken, filie fratris mei, VI marcas, Cristine, nepti mee, et fratri suo Theoderico II marcas. Omnia vtensilia domus, scilicet sartaginem, dolia et necessaria ad hec pertinentia, lectisternia et ortum humuli, vaccas, oues, ymmen, porcos uxor mea optinebit integraliter inante absque omni impedimento. Preterea omnia bona, que habeo in hereditate, annona in domo et in campo, in paratis denariis et debitis, que nobis tenentur, in dimidio pertinebit (!) uxori mee et in dimidio michi; sed de prescriptis bonis, que nobis ambobus pertinent, VI marce, quas recepi de vna hereditate in vsus uxoris mee et meos, dabuntur propter deum, nisi aliquis heres uenerit, qui predictas VI marcas legitime requirere possit. Omnibus debitis meis persolutis et denariis ad ecclesias erogatis, quicquid de meis bonis residuum fuerit, presentabitur Hermanno pellifici, connato meo, et quicquid ipse cum eis fecerit, ratum erit et nullus heredum uel amicorum meorum ipsum in hoc debet impedire. Si autem non rediero, et si morior, medietatem domus nostre, que me contingit, uxor mea, si sibi et amicis suis placuerit, pro XXXV marcis ad

se poterit redimere ad partem suam, que eam contingit. Insuper duobus pueris Johannis de Memele Tidemanno et Ludeconi do de meis bonis II marcas denariorum.

Nach einem zu p. 95 des Wism. Stadtb. B gehefteten Blatt. Die Abfassung fällt, da die Predigerbrüder nicht bedacht werden, höchst wahrscheinlich vor 1293. — Gedruckt bei Burmeister, Alterth. des Wism. Stadtr., S. 42.

1293. 2197.

Gottfried, Bischof von Schwerin, und das dortige Dom-Capitel bestätigen die vom weil. Domherrn Erpo im Dome daselbst gestiftete Vicarei.

Godefridus, Bischoff, vnd das Capittel zu Szwerin confirmiren, das Erpo, weilandt Canonicus zu Zwerin, in der Thumbkirchen daselbst eine ewige Vicarey gestifftet vnd zwey hufen im dorfe Sconowe darzu gelegt hat. Datum anno Domini 1293.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 84*. — Vgl. Nr. 1752.

(1293?) 2198.

Gottfried, Bischof von Schwerin, wird zum Schiedsrichter in einer Streitigkeit der Fürsten Johann (zu Gadebusch) und Heinrich von Meklenburg mit dem Grafen Helmold von Schwerin erwählt.

Die Urkunde ist nicht erhalten; wir kennen sie nur aus den Citaten Hederich's (in seinem Index), der sie im Registr. eccles. Zwerin. auf fol. 94 fand:

Godefridus episcopus eligitur anno 1293, quo etiam arbiter constituitur inter dominos Megapolenses et Helmoldum comitem. — Helmoldus comes Suerinensis, auunculus Joannis et Henrici dominorum Megapolensium. — Godefridus episcopus arbiter inter Joannem et Henricum dominos Megapolenses et Helmoldum Suerinensem cum conditione, ut, si intra mensis spacium litem non componat, ipse neutris ferat auxilium.

Die Jahreszahl 1293 wird dadurch etwas unsicher, dass Hederich irrthümlich annimmt, erst in diesem Jahre sei Gottfried zum Bischofe gewählt.

1293. Schwerin. 2199.

Johann, Decan zu Schwerin und Archidiaconus zu Plau, beurkundet, dass die Stadt Plau die Einbusse, welche sie der Pfarre daselbst durch Legung der Dörfer Grapentin und Gedin zugefügt hat, durch eine Erweiterung des Pfarrgutes ausgeglichen hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes dei gratia Swerinensis ecclesie decanus ac archidiaconus in Plawe omnibus Christi fidelibus, ad quorum

noticiam presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Vt, que gesta fuerint, perpetua firmitate consistant, oportunum est et necessarium valde, ea scriptis autenticis commendari. Hinc est, quod, cum inter Theodericum rectorem ecclesie in Plawe, ex vna parte, et commune ciuitatis predicte, ex altera parte, dissensio verteretur eo, quod communitas ciuitatis decreuerat, agros villarum Grapentin et Ghedin pro vtilitate publica distributos singulis domibus adiacere, et sic contingeret, agricolas de suis habitationibus amoueri, propter quod parrochianus sacerdos emolimento temporali, quod ab eisdem percipere consueuerat, priuaretur, perinde, ne aliquid iniuriose ageretur, neque sacerdoti, qui condicionem ecclesie sue meliorem facere potest, non peiorem, contingeret preiudicium generari, idem consules et ciues doti ecclesie quandam semitam ex vno latere curie et aream duodecim pedum spacium habentem ex alio latere ad amplificationem eiusdem libere contulerunt, insuper quinque iugera agrorum et ortum, in quo solet plantari humulus, et participationem in pratis ac pascuis et in sua portione legittima, cum lingna vel pascua fuerint diuidenda, ac alio vsufructu predicte doti et sacerdoti, qui pro tempore prefuerit, participium tribuerunt, ita vt hiis omnibus libertas rationabiliter compensari noscat[ur] [1]. Hanc compositionem, de consilio et voluntate nobilis domini Nicolai de Werle ordinatam, sigilli nostri munimine roboramus. Testes huius sunt, qui in dubiis testimonium perhibere poterunt veritati: dominus Hinricus de Cutzin, dominus Ludolphus de Carow, necnon consules predicte ciuitatis Plawe, qui tunc, cum h[e]c [2] agerentur, exstiterunt, hi igitur: T[id]ericus, Johannes de Monte, iunior Marlow, Godfridus de Goldberch, Albertus de Mallchow, Wernerus de Burow, Bernardus de Malchow, Tidericus de Bruseuitz. Datum Swerin, anno domini 1293.

Nach der Plauer Raths-Matrikel. (Diese hat: [1] noscant — [2] hec.) — Gedruckt in Jahrb. XVII, S. 280; Lisch, Cod. Plawensis, S. 35. — Vgl. Nr. 2165.

1293. Malchin. 2200.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Stadt Güstrow das Eigenthum des Dorfes Tebbezin, mit der Erlaubniss dasselbe zu legen, sowie den dritten Theil der Gerichtsbarkeit in der Stadt und auf der Stadtfeldmark.

In nomine domini. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis huius scripti cognitoribus salutem in omnium saluatore. Actiones hominum, quia transitorie sunt, expedit scripturarum testimonio perhennari, ne per obliuionem ex lapsu temporis diuturni de ipsis veritas supprimatur. Nos igitur, qui profectibus ciuitatis nostre Guzstrowe pleno affectu intendimus, merito ut tenemur,

omnibus presentibus et futuris, ad quorum noticiam presens venerit pagina, cupimus innotesci, quod de beneplacito et consensu dilectorum fratrum nostrorum domicellorum ac maturo concilio discretorum ipsi ciuitati Guzstrowe vendidimus proprietatem tocius uille Thebbecin cum omni vtilitate et fructu in agris, nemoribus, aquis, pratis et plane in quolibet, tam magno, quam parwo, in eiusdem uille disterminacionibus comprehensis, sicut eandem habuimus et ad nos est hereditarie deuoluta. dantes memorate ciuitati plenam facultatem destruendi dictam villam et, si placuerit, sibi iterum reedificandi, uel quolibet modo alio de ipsa secundum opcionem consulum ciuitatis et ciuium commodum disponendi. Omne autem debitum, siue in dandis peticionibus, cum per nostrum dominium dande fuerint, siue in castris, vrbibus, pontibus edificandis, siue in expedicionem eundo, dicte uille coloni, quamdiu ibidem morantes fuerint, ad emendacionem ciuitatis consulibus eius facient atque dabunt. Jnsuper vendidimus prefate ciuitati terciam partem nostri iudicii super omnibus excessibus, tam minoribus, quam maioribus, ac aliis iudiciariis auctoritatibus intra moenia et extra contingentibus in cunctis locis, que ciuitatis necnon et uille Thebbezin termini in se claudunt, ut fructuum de hiis omnibus proueniencium ipsa ciuitas terciam capiat porcionem, aduocato tamen minore semper suos quatuor solidos capiente, qui ad eum perlinere videntur. Judicio siquidem presidere non debet solus aduocatus, nisi saltem vna uel duabus personis de ciuitatis concilio coassumptis, nec aduocato absente, nisi quis ibi fuerit suo nomine, soli consules poterunt iudicare. Pro quibus, videlicet proprietate uille sepedicte et iudicii tercia parte, ab ipsa ciuitate perpetuo et libere sine quolibet obstaculo possidendis nobis ducente et quinquaginta marce denariorum sunt date, sicut consules nobiscum conuenerant, nomine ciuitatis. Testes huius sunt: milites: dominus Nycolaus Hane, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Hermannus Mosteke, Mathyas Ketelhot, Thanquardus de Ghetze, Conradus Buno, Ludolfus et Hartmannus de Grammelin, Henricus Lucowe; armigeri: Johannes de Ghetze, Gothemarus de Retsowe, et alii quam plures fide digni. Ne autem hec nostra ordinacio ab aliquo successorum nostrorum possit infringi in posterum uel mutari, presentem cartulam de ipsa conscriptam nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum Malchin, anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, per manum domini Johannis de Retze nostri capellani.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. Das Siegel ist von der Schnur von rother und gelber Seide abgefallen. — Gedruckt bei Besser, Beitr., S. 254, und bei Lisch, Hahn Urk. I, B. S. 167.

1293. Rostock. 2201.

Tiedemann Witte, Müller, verkauft den vierten Theil der Mühle bei dem Judenkirchhofe vor Rostock an Heinrich Bumann, und der Priester Heinrich, sein Bruder Bertram und seine Schwester den auf sie vererbten Antheil an Gerhard Vöge.

Tydeman Albus molendinarius vendidit Henrico Buman quartam partem, quam habuit in molendino sito iuxta cimiterium Judeorum, et ius tale, quod habuit in ipso molendino, et sibi resignauit. Thydericus Friso, Ludolfus Pes tabule presidebant.

Jtem sciendum, quod dominus Henricus sacerdos cum fratre suo Bertrammo et sorore sua Elyzabet resignauit in ipso molendino quartam partem Gerhardo Vogen, que quarta pars molendini ad dictum sacerdotem fratremque suum et sororem fuerat deuoluta.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 109b. — Vgl. Nr. 1626.

1293. Wismar. 2202.

Inschriftliche Nachricht über die Aufnahme der Dominicaner in Wismar.

Anno domini MCCXCIII. frater Tydericus de Hamele, pater et fundator istius conuentus, cum suis confratribus a burgimagistris Wismer hospicio excipitur caritatiue et hilariter pertractatur, et a magnifico domino Magnopolensi et Stargardie matura deliberacione et consensu heredum suorum spiritu dei instigante fratri predicto pro claustro fratribus predicatoribus construendo locus datur et assignatur, necnon a quibusdam ciuibus postmodum locus denotatur et ampliatur, et tam a clero, quam a populo memoratus frater cum suis benigne et alacriter recipitur.

Nach dem Abdruck in Schröders P. M., S. 824. Die Spuren dieser Inschrift, an welche sich sechs andere anschlossen, sind noch in der mittleren Fensterblende des Chores der Schwarzen-Kloster-Kirche wahrzunehmen, aber nicht mehr zu lesen; es ist schwarze gothische Minuskelschrift auf weissem Grunde. Die Inschrift kann nicht älter sein als 1397, da der Chor in diesem Jahre consecrirt wurde, und ist vielleicht sogar jünger als 1468, da die letzte Inschrift ein Ereigniss dieses Jahres berichtet, und das Ganze, so viel man erkennen kann, gleichzeitig geschrieben ist. — Das Jahr 1293 wird auch in Bd. II, Nr. 761, angegeben; vgl. jedoch die Note zu Nr. 2143.

1293. Jan. 6. Parchim. 2203.

Der Rath zu Parchim beurkundet die von dem dortigen Bürger Wolder Grote bestimmten Almosen aus den Einkünften des von ihm gestifteten Altars in der Georgenkirche.

In nomine domini. Amen. Consules in Parchem omnibus presencia uisuris sev audituris salutem in salutis auctore. Ne acta in tempore vna cum fluxu temporaneo evanescant, expedit ea non solum proborum testimonio, verum eciam litteris inde compositis perhennari. Jdeoque notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, quod Wolderus Magnus, ciuis in Parchem, ob diuine gratie respectum et in salutem anime sue ac sue vxoris de reditibus sui altaris, quod in ecclesia beati Georgii construxit in honore beatorum apostolorum Symonis et Jude, elemosinas assignauit perpetuis temporibus duraturas. Exordium istarum elemosinarum erit tale, quod Wolderus vnum talentum denariorum assignauit ad oblatas procurandas omnibus ecclesiis in Parchem constitutis: ecclesie domine nostre singulis annis vndecim centenarios magnarum oblatarum assignauit, communicantibus et infirmis decem et septem centenarios paruarum oblatarum; item ecclesie beati Georgii ac suo altari singulis annis quindecim centenarios magnarum oblatarum et quinquaginta oblatas assignauit, ad hoc autem prefate ecclesie tria milia paruarum oblatarum et quatuor centenarios assignauit communicantibus et infirmis. Jtem Wolderus fratribus de ordine minorum quatuor milia et quinque centenarios magnarum oblatarum assignauit; item capelle apud sanctum Spiritum ad missarum solempnia tres centenarios magnarum oblatarum et quinquaginta oblatas assignauit; item capelle apud sanctum Nicolaum vnum centenarium magnarum oblatarum assignauit. Jtem prefatis ecclesiis quartam dimidiam marcam quindecim denariis minus assignauit, ex quibus vinum debet procurari, ita quod quelibet stopa non sit emptum (!) precio minori, quam pro censu decem et octo denariorum: ecclesie domine nostre nouem stopas singulis annis assignauit, ecclesie beati Georgii duodecim stopas, fratribus minoribus tredecimam dimidiam stopam, capelle apud sanctum Spiritum duas stopas, capelle in hospitali vnam stopam assignauit, sub tali conditione, quod fratribus ac ecclesie sancti Georgii singulis mensibus vnicuique vnica stopa vini diriuetur, ecclesie autem domine nostre singulis mensibus tria quartalia vini sunt presentanda. Jtem si in prefatis capellis diuine (!) contingerent suspendi, tunc vinum et oblate ad ipsas assignate debent ad vsum illarum collocari, ad hoc autem cuilibet capelle singulis annis octo solidos assignauit. Jtem rectori ecclesie antique ciuitatis Wolderus sex solidos assignauit, duobus suis capellanis quatuor solidos propter memoriam sui ac sue vxoris singulis dominicis diebus perpetuo habendam; item in anniuersario suo ac vxoris sue pre-

fato rectori ecclesie sex denarios assignauit, duobus capellanis suis sex denarios, triginta sex scolaribus tres solidos ad dicendum vigilias ac missas tres, ita quod tercia missa fuerit de spiritu sancto, ad quas sacerdos sui altaris sex denarios tenetur offerre. Jtem custodi antique ciuitatis in ipso anniuersario sex denarios assignauit, vt vigilias pulset. Jtem sacerdos iam dicti altaris in ipso anniuersario sacerdotibus vtriusque ciuitatis ac scolastico cum duodecim solidis seruicium exhibebit. Jtem proximo die sequenti, cum anniuersarius Wolderi expirat, idem sacerdos fratribus de ordine minorum cum sedecim solidis tenetur seruicium ministrare propter memoriam Wolderi ac vxoris eius in singulis sermonibus ipsorum perpetuo habendam. Jtem rectori ecclesie in noua ciuitate quatuor solidos assignauit, suo capellano duos solidos, vt memoriam obseruant (!) pretaxatam. Jtem ecclesiastico in Stenbeke quatuor solidos assignauit propter memoriam patris sui Ecberti ac filie eius nomine Grete singulis dominicis diebus perpetuo habendam. Jtem Wolderus prefatus sacerdoti, cui altare suum fuerit porrectum, lumen vnum hereditabit octo talenta cere habens ad deuotionem corporis Christi, ita vt illud lumen dictus sacerdos post obitum suum suis successoribus hereditabit successiue; item iam dictus sacerdos tenetur, ipsum lumen cum suis successoribus custodire ac singulis annis semel renouare, videlicet in natiuitate domini, octo talenta cere optinens. Jtem vnam marcam assignauit Wolderus, cum qua decem talenta cere debe[n]t emi, ex qua duo lumina sunt facienda, vnumquodque lumen dimidium talentum cere continens, que accendi debent singulis dominicis diebus, festiuis diebus ac sabbatis, cum missa dicetur prememorati altaris; de ipsa autem cera facienda sunt parua lumina, que wlgariter dicuntur spintlicht, prout ad dictum altare singulis annis habundantia poterit reperiri; de prefatis decem talentis cere dicta lumina singulis annis integraliter debent aucmentari. Jtem quatuor solidos Wolderus assignauit, qui quolibet anno conponi debent, vt, cum opus fuerit, quod preparamenta eiusdem altaris ex illis denariis poterunt aucmentari. Jtem sacerdos prefati altaris debet interesse canonicis horis more aliorum sacerdotum, et ab ipso nisi vnica sola missa requiratur, quam singulis diebus ad ipsum altare perpetuo tenetur arcius obseruare; dominicis autem diebus missam celebrare debet de dominica, festiuis diebus de festo, sextis feriis de sancta cruce, sabbatis de domina nostra, ferialibus diebus pro defunctis. Jtem quartam dimidiam marcam assignauit ad stipam pauperibus erogandam; item quatuordecim solidos assignauit ad calcios, ad necessaria duodecim pauperum procuranda, ita quod vnumquodque par emptum sit pro censu quatuordecim denariorum. Jtem Wolderus quintam dimidiam marcam assignauit, cum quibus tres albi panni debent procurari; de ipsis pannis duodecim pauperes vestiri debent, ita quod vnicuique septem vlne diriuentur. Sex scolaribus de ipsis pannis sex paria calligarum diriuentur, vnumquodque par alteram dimidiam vlnam continens, ita quod in anniuersario Wolderi ac sue vxoris vnicuique scolari lectio duorum psalteriorum obligetur. Sex autem vlne de dictis

pannis sunt superstes (!), quas Wolderus monialibus, que in noua ciuitate in vna domo sunt congregate, assignauit ad soccos, illis autem, quibus maior necessitas fuerit inflicta; ad hoc autem ipsis monialibus quatuor solidos assignauit propter memoriam sui ac sue vxoris in ipsa domo perpetuo habendam. Jstas autem elemosinas prenotatas sacerdos sepedicti altaris partiri debet consulibus presentibus, provt laudem dei diligat pariter et honorem; verum si idem sacerdos circa istas elemosinas et in aliis causis, que essent contra deum, ita indebite ac inhoneste procedderet, quod deo et hominibus displiceret, idem sacerdos debere[t] suo beneficio priuari, non causa liuoris, sed pro legi[ti]ma causa, que per ipsum posset experiri, et per consequens alius sacerdos ad dictum altare debet beneficiari, qui ad hoc dignus poterit inueniri. Jtem cum sacerdos sepedicti altaris ex hoc mundo migrauerit, patroni illius altaris ipsum altare in spacio quatuor septimanarum porrigere debent vni sacerdoti, qui ad hoc ydoneus et conpetens videatur, non tamen, quod in illis quatuor septimanis aliqua missa negligatur. Patroni illius altaris sunt patrui Wolderi, videlicet Nicolaus, Theodericus; istis obitis plebanus antique ciuitatis cum adiutorio consulum possidebit ius patranatum (!). Preterea ad istas elemosinas prefatas Wolderus viginti marcas nouem solidis minus assignauit, ac sacerdoti sui altaris vi(n)ginti marcas denariorum singulis annis, de quibus vna cum suo scolari commode poterit sustentari. Hii autem denarii prefati habentur in hiis villis: videlicet in villa Cobendin dictus sacerdos extorqueri (!) debet decimam octauam dimidiam marcam ac triginta duos pullos, qui pro vndecim solidis quatuor denariis minus conputentur; in villa Pencelin vndecimam dimidiam marcam et duos pullos, sex top lini, qui pro duobus solidis conputentur; in villa Scolentin prememoratus sacerdos extorqueri debet vndecimam dimidiam marcam et sex pullos, qui pro duobus solidis pro quadam area in ipsa villa conputentur. Ad istas elemosinas sepius nominatas consules in Parchem propter deum et ad peticionem Wolderi se obligauerunt, si reditus sepedicti altaris in persolutionis tempore quodam modo fuerint occupati, ipsorum mediante auxilio in locum sepius assignatum dirigentur. Jtem prememoratum altare cum elemosinis ad hoc assignatis debet esse beneficium speciale, vt nullus superueniens (qui) illud debeat destruere, sed in perpetuum debet integraliter permanere. Testes huius donacionis sumus consules in hoc anno: Hermannus Rampo, Folpertus, Landbertus de Merica, Johannes Pannicida, Johannes Molenbeke, Bertoldus Longus, Goldeke, Gherardus Calmeri, Johannes Koliseren, Olemannus, Hermannus filius Seldenhemi, Hennekinus Stuto. Ne autem aliquorum successorum malicia presens donum trahat in calumpniam, paginam hanc inde conscriptam sigilli nostri munimine ac sigilli Wolderi fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° LXXXX° tercio, in die festiuo epyphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin mit zwei wohl erhaltenen Siegeln an rothseidenen Schnüren:

1) dem hieneben auf Kosten der Stadt abgebildeten grossen Stadtsiegel von Parchim. Dieses ist in den ältesten Zeiten der Stadt angefertigt und noch heute in dem Originalstempel vorhanden, hat aber im Laufe der Zeiten mannigfache Schicksale erlitten. An der vorstehenden Urkunde und den beiden Ausfertigungen der unten folgenden Urk. vom J. 1298 (im Haupt-Archiv zu Schwerin) hängt das Siegel in seiner ältesten Form, so wie es hier abgebildet ist, mit der reinen, deutlichen Umschrift:

✠ SIGILLVM CIVITATIS IN PARChAM

Aber bald nach dieser Zeit muss das überflüssige Wort IN anstössig geworden sein; man grub es daher aus und befestigte in der sehr vertieft eingegrabenen Lücke eine kleine Platte, auf welche statt des Wortes IN ein Kreuz ✠ gravirt war, so dass jetzt die Umschrift lautete:

✠ SIGILLVM CIVITATIS ✠ PARChAM

Diese Aenderung erscheint nach Cleemann, Chronik von Parchim, S. 207, wo auch allein diese Form mit dem Kreuz abgebildet ist, zuerst im J. 1305 an einer Urk. im Archiv der Stadt Parchim (welches keinen älteren Siegelabdruck besitzt). Cleemann lässt das zweite, eingeschobene Kreuz sehr breit und ungeschlacht abbilden, obgleich es gerade so gestaltet ist, wie das erste Kreuz im Anfange. Gerade so und ohne andere Aenderungen kommt das Siegel in einem wohl erhaltenen Abdruck an einer Urkunde von 1385 „in sunte Marcus dage" im Schweriner Archive vor. Das Siegel an der in den Maltzan. Urk. II, S. 114, abgedruckten Bündnissurkunde vom 8. Mai 1353 ist gerade an der entscheidenden Stelle, wie viele andere Exemplare, zerbrochen; es ist in den Maltzan. Urk. a. a. O. die Lücke verschentlich nicht angedeutet. Späterhin nahm man noch eine unbegründete Neuerung vor, indem man in dem Worte CIVITATIS die Buchstaben IVI so veränderte, dass man statt des Buchstabens V ein W eingrub, welches sich dicht an die zwei I lehnte IWI. Die Platte mit dem ✠ ging aber mit der Zeit ganz verloren. In diesem unvollkommenen Zustande ist der Stempel noch vorhanden und nach einem Abdruck von demselben die Abbildung bei Milde, Siegel des Mittelalters, Heft IV, Taf. 17, Nr. 38, gegeben, wo aber statt des ursprünglichen IN und des jüngeren ✠ irrthümlich DA ergänzt ist. Wenn Cleemann a. a. O. sagt, dass schon an einer Urkunde vom J. 1349 (S. 328) die Aenderung der Buchstaben IVI vorkomme und auch schon das ✠ fehle, so beruhet dies auf einem Irrthume, da noch im J. 1385 auf einem Abdruck an einer echten Original-Urkunde im Schweriner Archive die Stelle IVI unangetastet und das ✠ vorhanden ist. Die Angabe Cleemanns, dass das ursprüngliche C auch in späteren Zeiten in ein A verwandelt worden sei, ist ebenfalls irrig.

2) An zweiter Stelle hängt ein schildförmiges Siegel: ein Schrägebalken aus der rechten Schildesecke ist mit 3 Rosen belegt, in dem linken und dem unteren Schildwinkel steht ein Stern; Umschrift:

✠ SIGILLVM . MAGNI . WOLDARI

— Vgl. Nr. 2204, auch Nr. 1968, 1978 und 2137.

1293. Jan. 6. Parchim. 2204.

Der Rath zu Parchim bezeugt, dass der Bürger Wolder Grote verschiedene Schenkungen an die dortige Geistlichkeit aus den Einkünften des von ihm gestifteten Altares gemacht habe.

In nomine domini. Amen. Consules in Parchem omnibus presencia visuris sev audituris salutem in salutis auctore. Cum mater erroris obliuio gesta hominum obfuscare soleat ac delere, expedit ea, que maturo discretorum aguntur consilio, linguis testium aut litterarum noticie (!) perhennari. Jdeoque notum esse cupimus vniuersis, quibus scriptum presentis pagine fuerit expositum, quod Wolderus Magnus, ciuis in Parchem, ob diuine gracie respectum et in salutem anime sue ac sue vxoris de reditibus sui altaris, quod in ecclesia beati Georgii construxit, elemosinas assignauit perpetuis temporibus duraturas. Hinc est, quod Wolderus rectori ecclesie antique ciuitatis Parchem singulis annis sex solidos, ac duobus suis capellanis quatuor solidos assignauit propter memoriam sui ac sue vxoris singulis dominicis diebus perpetuo habendam. Jtem prefato rectori in anniuersario suo ac sue vxoris sex denarios, duobus suis capellanis sex denarios, triginta sex scolaribus tres solidos assignauit ad dicendum vigilias ac missas tres, ita quod tercia missa fuerit de spiritu sancto, ad quas sacerdos sui altaris sex denarios tenetur offerre. Jtem in tempore anniuersario sex scolaribus sex paria calligarum de albo panno assignauit, vnumquodque par alteram dimidiam vlnam continentem, ideo quod vnicuique scolari lectio duorum psalteriorum obligetur. Jtem in illo anniuersario sucerdos sui altaris sacerdotibus vtriusque ciuitatis ac scolastico cum duodecim solidis tenetur seruicium ministrare, ad hoc autem custodi antique ciuitatis sex denarios assignauit, ut vigilias pulset. Hee autem elemosine prenotate extorqueri debent singulis annis a sacerdote, cui altare Wolderi fuerit porrectum. Testes huius donacionis sumus consules in hoc anno: Hermannus Rampo, Folpertus, Landbertus de Merica, Johannes Pannicida, Johannes Molenbeke, Bertoldus Longus, Gherhardus Calmeri, Goldeke, Johannes Koliseren, Hermannus filius Seldenhemi, Olemannus, Johannes Stuto. Ne autem aliquorum successorum malicia presens donum trahat in calumpniam, presentem tenorem inde scriptum munimine sigilli nostri ac Wolderi Magni fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXX° tercio, in die festiuo epyphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An demselben hangen dieselben beiden Siegel wie an Nr. 2203, aus welcher diese Nr. 2204 nur ein Auszug ist.

1293. Jan. 7. Wismar. 2205.

Vier Wismarsche Bürger verbürgen sich für eine von Adam, Domherrn zu Schwerin, und dessen Angehörigen dem Priester Wulverich zu zahlende Leibrente.

Anno domini M° CC° LXXXX° tercio, in crastino epiphanie domini, constituti in nostra presentia Wernerus Paskedach, Hermannus Parsowe, Johannes Mustelin et Ludolfus de Cwerin, ciues nostri, coniuncta manv promiserunt ex parte domini Ade canonici Cwerinensis, patris et suorum fratrum, se prompte et sine protractione daturos domino Wluerico sacerdoti XII marcas denariorum usualis monete temporibus uite sue in quolibet festo pasche, excepto tamen proximo festo pasche nunc instante. Si vero dominum Wluericum mori contingeret ante instans festum pasche et postea infra vnum annum, predicti promissores domino Hermanno, fratri suo, si uixerit, predictos denarios presentabunt, uel cuicumque alter eorum viuens commiserit esse dandos. Si vero predictorum promissorum aliquem mori contingeret, alii promissores superstites unum eque certum et probum in locum eius eligent et assument, qui se coram consulibus obligabit ad promissionem et debitum persoluendum, ad quod se obligauerunt alii promissores. Et in hoc suffecit domino Wluerico et suis fautoribus et amicis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 188. — Getilgt.

(1293.) Wismar. 2206.

Gödeke Watsack zu Wismar kauft eine Worth an der faulen Grube.

Aream quandam cum prato adiacenti, sitam infra plankas super fossa aduocati, emit Godeco Wadsak ab Hennekino Tanquardi, quam sibi coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 188.

1293. Jan. 13. 2207.

Wizlav, Fürst von Rügen, erkennt sein Land Tribsees als ein Schweriner Stiftslehn an.

In Christi nomine. Amen. Witzlaus dei gracia princeps Ruyanorum uniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis seu audituris salutem in domino et rei geste agnoscere ueritatem. Jnter cunctas sollicitudines nostras illa debet esse precipua, ut ius suum vnicuique conseruemus. Sane iamdudum comperimus

et oculata fide cognouimus ex tenore priuilegiorum et munimentorum diuersorum, quibus sufficienter infrascripta ecclesia est munita, quod incliti principes domini Johannes et Albertus, Saxonie, Angarie et Westfalie duces, zelo deuotionis accensi, pro remedio animarum suarum ecclesie beatissime virginis genitricis dei et sancti Johannis apostoli et euangeliste in Zuuerin totam terram nostram Tribuzes uulgariter nuncupatam, tunc indubitanter de ditione eorundem ducum Saxonie existentem, prout protenditur in Stralesund inclusiue, quam nunc habemus et possidemus et sicut ad dictam Zuuerinensem ecclesiam idem totum nostrum dominium citra mare iure dyocesano pertinet, libere contulerunt et liberaliter donauerunt cum omni iure, iurisdictione, seruicio, commoditate et utilitate, si qua nunc est uel esse seu prouenire de eadem terra quomodolibet poterit in futurum. Verum quia omnia bona et iura quelibet, que predicta Zuuerinensis ecclesia ad presens possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione uel regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, debent presertim apostolica et imperiali auctoritate firma et illibata eidem Zuuerinensi ecclesie ipsiusque episcopis in perpetuum permanere ac omnia integra firmiter conseruari eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt uel fuerint, usibus omnimodis profutura: nos, prouide inter alia considerantes, quod secundum sanctiones canonicas et legitimas priuilegia ecclesiarum rationabiliter concessa debent ab omnibus inuiolabiliter obseruari, quodque in donationibus, que fiunt ecclesiis, inmensitas optima est mensura, fideliter recognoscimus ac deuota professione fatemur, quod memoratum nostrum totum dominium prefate ecclesie Zuuerinensi, matri nostre, lege dyocesana subiectum, citra mare salsum, sicut premittitur, situatum, beniuole et equanimiter cum omnibus suis iuribus ex predictis causis recepimus et tenemus in pheodum a prelibata ecclesia Zuuerinensi, que nos tanquam mater nostra domino sociauit, ipsamque non solum quoad mediam partem decime eiusdem terre, quam ab ipsa in pheodum tenemus, sed etiam quantum ad districtum et totum nostrum dominium supradictum dominam nostram immediatam existere publice profitemur. Quas quidem largitiones, donationes, concessiones et recognitiones pie deuotionis promptitudine pro ampliatione iurium pretacte ecclesie ratificamus et corroboramus pro nostris uiribus[1] ac presentis scripti patrocinio, iuramento eciam nostro interposito et heredum nostrorum nomine communimus, iniungentes nihilominus quibuslibet nostris heredibus districtissime, ne aliquid circa premissa uel eorum quodlibet[2] in preiudicium sepedicte ecclesie immutare seu quomodolibet attemptare presumant. Si quoque eueniet, quod si, quod deus auertat, nos seu filios nostros dilectos absque liberis decedere contigerit, memoratum nostrum dominium, prout ipsum citra mare, sicut premittitur, nunc habemus, cum omnibus suis terminis, commoditatibus, utilitatibus, fructibus, prouentibus, iurisdictionibus, prerogatiuis, honoribus et iuribus quibuslibet ad ipsam Zuuerinensem ecclesiam libere et integraliter deuoluetur. Renunciamus

insuper pro nobis et pro nostris liberis heredibus doli mali, quod metus causa, rerum non sic existentium, et in factum actioni et exceptioni, et generaliter cuilibet auxilio iuris canonici, consuetudinarii et ciuilis, per que premissa uel eorum quodlibet posset directe uel indirecte quomodolibet uiolari. In quorum omnium testimonium et euidentiam pleniorem sepedictam ecclesiam Zuuerinensem presentibus litteris, nostri et nobilis viri domini Nicolai de Werle, nostri consanguinei predilecti, qui, dum premissa per nos agerentur, nobis una cum fidelibus nostris uasallis consilio et assensu aderat, sigillorum appensionibus roboratis, prouide duximus muniendam. Testes huius rei sunt: Hermannus abbas in Hilda, Ludouicus et Nicolaus fratres dicti Cabolt, Mattheus Moltke, Nicolaus de Kalant, Henricus et Bertoldus fratres dicti de Ost, Johannes Morderus, Hermannus Metescouue, Marquardus cum Thorace, Pritbur de Wilmenitz, milites, ad premissa specialiter requisiti, et quam plures alii fide digni [3]. Datum anno domini millesimo CCLXXXXIII., in octaua epiphanie domini.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 83 (Nr. CCXXVII), aus einer Abschrift in der Dregerschen Samml. T. XI. iuris publici, welche so beglaubigt ist: „Exscriptionem hanc ad primas literas membra„neas, uerum non sigillatas, relectam et correctam iisque ad uerbum consonam esse, ego Daniel „Clandrian, imperiali authoritate notarius, hac manu mea testificor." In dem Protocoll, Nr. 589, sagt D. Clandrian von dieser Urk.: „2 Sigel, so daran gewesen zu sein scheinen, sind dauon ab, vnd ist der brief oben auch etwas eingefressen." — Das Schweriner Haupt-Archiv besitzt eine Abschr. vom J. 1328, welche vor den Zeugen abbricht, und andere vollständige aus dem 16. Jahrh. — [1] Iuribus: Clandrian, alribus: Schw. Abschr. — [2] aliquod: Schw. Abschr. — [3] Die Worte der Schweriner Abschriften: ad premissa specialiter requisiti et quam plures alii fide digni: fehlen bei Clandrian. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 2975; Gerdes VIII, S. 692. — Vgl. Bd. II, Nr. 915 und 930.

1293. Jan. 26. Neu-Brandenburg. 2208.

Das Kloster Wanzka bezeugt, dass Henning Schlichting und Pfarrer Konrad in Warnshagen zur Bewidmung eines Altars in Neu-Brandenburg jährliche Hebungen aus Mechow (bei Feldberg) gekauft haben.

In nomine domini. Amen. Nos Bertradis diuina miseracione abbatissa in Wanzek, Johannes dictus de Bukow prepositus ibidem totusque conuentus sanctimonialium eiusdem loci vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis cum scinceris oracionibus salutem in eo, qui est omnium uera salus. Cum secundum varietatem temporum acta statuta uarientur et humana, non debet reprehensibile iudicari, si ea, que nostris temporibus peraguntur, testibus ydoneis et litterarum serie confirmentur. Hinc est, quod notum esse uolumus vniuersis presentem paginam intuentibus dilucide protestantes, quod Henningus dictus Slychtynck vna cum domino Conrado plebano in Warnshagen emit octo talentorum redditus Brandenburgensium denariorum in villa nostra Meghowe, sex videlicet talenta in bonis quondam Conradi dicti de Haren, ciuis in Noua Brandenburch,

reliqua uero duo talenta a nobis in eadem villa in bonis Snelle, ciuis dicte ville, scilicet XXX^ta V sol. cum decima minuta et vna gallina, que wlgariter dicitur rochun, et V sol. ibidem in taberna; hos uero octo talentorum redditus viris prenominatis vendidimus pro nonaginta talentis monete Brandenburgensis ad dotacionem vnius altaris in Noua Brandenburch; et quod communi consensu eisdem contulimus predictos redditus ad prefatum altare perhenniter spectandos sub hac forma, vt dominus Conradus iam dictus ad curriculum vite sue hoc altare officians hos redditus plene percipiat et ex toto, extunc autem ipso mortuo Henningus Slichtinck, sui filii et fratres eiusdem, quoad uixerint, istud altare non puero, nec inabili persone conferant, sed sacerdoti ydoneo propter deum, et post eorum omnium decessum sepedicti altaris collacio ad nos, omni contradictione postposita, revolvatur, et tunc nos similiter et nostri successores non puerum, nec inabilem personam, sed sacerdotem ydoneum cum consensu consulum ciuitatis prius nominate ad altare sepedictum presentabimus propter deum, quandocunque locus et tempus fuerit presentandi. Actum et datum in Noua Brandenburch, anno domini M° CC° XCIII°, in crastino conuersionis beati Pauli apostoli. Huius autem facti testes presentes fuerunt: frater Wolderus de Monkehusen, frater Jo dictus Wůt, dominus Ludolfus plebanus in Leppin, dominus Jacobus de Blankense, dominus Willekus de Zachow, dominus Hinricus de Schonenbeke, sacerdotes; dominus Fredericus miles de Wudensweghe, dominus Heyno Manduuel, dominus Jo de Wyzec, dominus Eckhardus de Kanzow, dominus Enghelbertus de Holztendorpe, milites, prefectus de Woldecke, Henningus prefectus de Brandenburch, Ansem de Wyzec, Gherardus Lenze et alii quam plures fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Dasselbe trägt an eingehängten Pergamentstreifen 2 Siegel:

1) ein rundes Siegel, welches auf gegittertem Grunde zwei sitzende weibliche Figuren mit dem Heiligenscheine zeigt: die Figur zur Linken segnet die gekrönte und die Hände anbetend emporhebende zweite Figur; Umschrift (ergänzt nach einer Urk. d. d. 1330, „fer. quinta ante nativit. Marie"):

✠ S : C[ONVENTVS : CCCLESI]C : SANCTC : MARIC : VIRGINIS : IN : WANDIK

2) ein parabolisches Siegel: in einer dreibogigen Nische steht das Brustbild der Jungfrau Maria mit dem Christkinde; darunter ein Geistlicher, rechts gewendet, vor einem Altare stehend mit dem Kelche in der Hand; auf dem Altare steht ein Kreuz, und im Rücken des Geistlichen ein strahlendes Licht; Umschrift:

— S' IhS PPOSITI DC WA — —

— Gedruckt in Bolls Gesch. des Landes Stargard I, S. 323.

1293. Febr. 5. Gammelin. 2209.

Gerhard von Dorne und seine Frau vermachen der Ratzeburger Kirche zwei Hufen in Pätow zu ihrer Memorie.

Vniversis Christi fidelibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Gherardus dictus de Dorn et domina Abele dicta de Chemelin, uxor eius, omnibus in per-

petuum. Quoniam propter continuam temporis fluxibilitatem nullius rei certitudo sub celi ambit[u co]n[ti]n[et]ur, expedit, ut res geste, ne simul euanescant cum tempore, instrumentis publicis et d[ictis] au[ten]tici[s ob]firmentur. Hinc est, quod tam singulis, quam vniuersis cupimus esse notum, quod nos de bona et vnani[mi] u[olun]tate ac integro cordis consensu, dei et gloriose dei genitricis Marie intuitu, sitos in uilla Potechowe, cum omni vtilitate, sicut nos habuimus, excepto summo iudicio, ecclesie Raceburgensi legauimus duos mansos, quatenus propter hoc in eadem singulis annis ecclesia [obit]us nostri memoria diuinitus peragatur. Porro ante obitum nostrum uolumus, ut quor[undam eti]am a[mico]-rum nostrorum pie recordationis, qui communicato domini Raceburgensis prepositi ad hoc consilio per nos nomina[tim] dominis ibidem specificabuntur, annuatim memoria pro dictis [ma]nsis conformiter peragatur. In cuius rei testimonium prelibate ecclesie presens scriptum contulimus [s]igilli nostri munimine roboratum. Datum Chemelin, anno domini M° CC° LXXXX° III°, in die beate Aghate uirginis.

Nach dem beschädigten Original im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz, ergänzt aus dem Copiar I der Ratzeburger Kirche. Das Siegel fehlt mit dem aus der Urk. geschnittenen Streifen. — Unvollständig gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2223, und bei Schröder, P. M. II, S. 2978.

1293. Febr. 11. 2210.

Gottschalk Preen, Ritter, schenkt der Kirche in Ratzeburg 100 Mark zu seinem Seelenheil, und verpfändet derselben dafür 2 Hufen zu Kalsow.

(V)niuersis.) Godschalcus miles dictus Pren omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Cum sit caritatiua precauti[o], competenti vite tempore ad cultum diuinorum obsequiorum stipendia elargiri, super hiis omnibus presencia inspecturis volumus esse liquidum, quod nos de maturo consilio et pio consensu heredum nostrorum ad structuram ecclesie beate virginis in Razeburgh centum marcas in remedium anime nostre et heredum nostrorum contulimus deuotius assignando, pro quibus duos mansos scitos ad villam Calzowe aut prouentus annuales eorundem obligauimus, donec idem a nobis vel heredibus nostris habunde in pecunia redimatur pretaxata. Ceterum cum rede[m]pt[i] fuerint, sepedicta pecunia commutabitur pro annualibus redditibus, qui interim ad structuram renouandam structurario causius committentur, hac conditione apposita, quod post obitum nostrum annuale seruitium, item post obitum nostre dilecte coniugis a predicto structurario ann[u]ale seruitium die anniuersarii nostri et etiam vxoris nostre quilibet nostrorum (!) de vna marca venerabilibus dominis prefate ecclesie seruitium procuretur. Vt igitur hec rata et inconwlsa permaneant,

sigillo nostro ea duximus munienda. Datum anno domini M. CC. XC. (I) III°, in crastino Scholastice virginis.

Nach dem Copiar II der Ratzeburger Kirche im Archive zu Neu-Strelitz. — Diese flüchtige, spätere Abschrift enthält das Jahr 1291. Vgl. jedoch Nr. 2211, welche im Original die Jahreszahl 1293 hat.

1293. Febr. 11. 2211.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, beurkundet, dass der Ritter Gottschalk Preen d. ä. der Ratzeburger Kirche 100 Mark geschenkt und für diese zwei Hufen zu Kalsow verpfändet hat.

Nos Henricus dei gracia dominus Magnopolensis recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod constitutus coram nobis fidelis noster miles et vasallus dominus Gozscalcus Pren senior de consensu nostro ac heredum suorum dedit seu legauit ecclesie Raceburgensi pro remedio anime sue et vxoris sue necnon heredum suorum centum marcas slauicalis monete, ponendo et assignando eidem ecclesie pro hiis duos mansos in Calsowe sitos siue prouentus eorundem tamdiu percipiendos, quousque ab ipso vel heredibus suis pro centum marcis prehabitis redimantur. In cuius rei testimonium presens scriptum sygillo nostro ac heredum suorum iussimus muniendum. Datum anno domini M° CC° LXXXX° III°, in crastino beate Scolastice virginis.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Wismar auf einem Blättchen Pergament. Angehängt sind zwei Siegel an Pergamentbändern. Das zweite ist weggebröckelt, das erste aber auch schon so zerstört, dass man nur noch nothdürftig darin das fürstliche Siegel erkennt, anscheinend Heinrichs I., abgebildet in Bd. II, zu Nr. 872. — Die Rückseite der Urkunde hat die alte, vielleicht gleichzeitige Registratur: „Super duos mansos in Calzowe." — Gedruckt bei v. Westphalen II, S. 2223; Schröder, P. M. II, S. 2977.

1293. März 9. 2212.

Heinrich Mörder, Ritter, verkauft dem Kloster zum heiligen Kreuz in Rostock 11 Hufen in Alt-Willershagen im Lande Tribsees und die halbe Viehtrift und den Krug daselbst.

In nomine domini. Amen. Vniversis, ad quos iste littere peruenerint, Hinricus dictus Morderus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Nouerit vniuersa natio presencium et queuis successio futurorum, quod XI mansos in Antiqua Wilhereshagenn in terra Tribusezs, quos de paterna hereditate iure successionis habui, et in dicta villa medietatem platee, que vulgariter vestrate nuncupatur, et tabernam in eadem villa venerabilibus in Christo domino preposito Lodewico, priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii sancte Crucis in Ro-

stoch de consensu vxoris mee et heredum meorum vendidi prō V^{c} et LIIII^{or} marcis denariorum vsualis monete, cum omni fructu et vtilitate ac omnibus pertinenciis suis, terris, pascuis, siluis, pratis et aquis et earum vsibus, prout in longum et latum in suis limitibus continentur, sicut iam eidem monasterio sunt assignati, cum plena libertate ac iudicio sanguinis ac mutilatione membrorum, que colli et manus vulgariter dicitur, et cum iuris plenitudine, quod in predictis bonis mihi et meis heredibus in futurum competere potuisset. Que omnia in manus dicti prepositi et priorisse loci predicti ad perpetuos vsus eiusdem conuentus resignaui libere et in totum, hac tamen condicione apposita mihique et meis in perpetuum reseruata, quod, cum causa criminalis in bonis predictis immerserit, que colli et manus dicitur, aduocato monasterii iudicio presidente, meus aduocatus aut heredum meorum presens adesse debeat et de pena pecuniaria, que delinquentibus imposita fuerit, dimidiam partem accipere, altera medietate monasterio resignata. Jtem cum, sicut premissum est, predicte empcioni inclusa sit taberna in Antiquo Wilhereshagene, adiecta est talis condicio, quod sepedicta taberna perpetue erit in proprietate memorati monasterii sancte Crucis, ita quod nullus in dicta villa vendet cereuisiam vel eciam in Dethmerestorp, nisi fuerit de voluntate prepositi seu tabernarii, quem prepositus ibi instituerit. Si autem casus contigerit, quod tabernarius ecclesie cereuisiam non haberet, tunc cuilibet liceret cereuisia; quandocunque vero tabernarius monasterii dixerit se habere cereuisiam venalem, tunc alii omnes vendere cessabunt; et quocienscumque postea quidquam de cereuisia vendiderint, pro excessu solue[n]t octo solidos, quos meus aduocatus et ecclesie aduocatus simul extorquebunt, et medietatem tollet sepedictus prepositus, altera autem medietas mihi et heredibus meis cedet. Vt autem contractus huiusmodi in nullo vnquam tempore valeat infirmari, presentes litteras inde confectas appensione mei sigilli ad maiorem rei certitudinem communivi. Testes huius rei sunt milites: Gotfridus, Redagus, Gerardus de Oldendorp, Jordanus de Cropelin, Johannes Kabolt, Gerhardus Linstow, Hinricus Dechow et Hermannus frater suus, Rodolfus Bar[o]lt, Thidericus Kartelvis et alii quam plures, qui presentes, cum hec ordinacio fieret, affuerunt. Acta sunt hec anno domini M° CC° nonagesimo tercio, secunda feria post Letare.

Nach einem Transsumt vom J. 1593 im Provincial-Archiv zu Stettin, gedruckt in Fabricius Rügen. Urk. II (III), S. 85.

(1293. März 29.) Elbing. 2213.

Meinhard von Querfurt, Landmeister von Preussen, die Comthure und Brüder des deutschen Ordens schreiben an die Städte Rostock, Greifswald und Stralsund, dass sie und ihre Städte Thorn, Kulm, Elbing u. a. den König

[Erich Menved] von Dänemark aufgefordert haben, die fremden Kaufleute in seinem Reiche bei ihren Privilegien zu schützen, und versprechen nöthigenfalls zur Vertheidigung derselben ihre Hülfe.

Honorabilibus viris . . schultetis et consulibus ciuitatum Rozstoc, Gripeswolde et Stralessunde frater Meinherus de Querenvord, ordinis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani magister terrarum Prvscie, ceterique commendatores et fratres ibidem vniuersi cum deuotis oracionibus et sincero cordis affectu, quicquid possunt. Quia vestri gracia ordinem nostrum et nos ac omnia nos contingencia fauore, amicicia et promocione estis semper hactenus prosequuti, specialiterque, quia nuper ad vos missum nostrum nuncium fratrem Wilhelmum dilectum benigne receptum ac beniuole tractatum ad nos amicabiliter remisistis, toto corde ad multarum vobis graciarum assurgimus vbertatem. Ceterum receptis litteris vestris in partibus terrarum nostrarum, vbi fiunt insultus frequencius paganorum, prepediti ibidem hiis et aliis negociis diuersis non poteramus tam cito cum ciuitatum nostrarum ciuibus conuenire, vt vobis de communi consilio super vestris litteris rescriberemus, et quod interim vestrum nuncium detinuimus, nobis vestra discrecio, petimus, non habeat pro ingrato. Verum quanto poteramus cicius, conuenimus cum ciuibus et consulibus ciuitatum nostrarum Thorun, Colmen, Elbinge et aliarum, ibique nostri et predictorum consulum omnium consensus fuit et bona voluntas, vt vestris peticionibus et litteris in omnibus annuamus. Et scripsimus domino regi Dacie, tam nos, quam predicti consules nostri, litteras efficaces et quanto plus poteramus motiuas, vt quoslibet mercatores in regni sui terminis non permittat inauditis statutis et theloneis ac quibuslibet aliis iniuriis ammodo pregrauari, ac priuilegia super naufragiis et aliis quibuscunque per ipsum et patrem ac progenitores suos data aliqualiter non infringat, sed foueat in iuribus et graciis, prout seruatum exstitit ab antiquo. Si vero preces principum et dominorum nostras vestrasque ac aliarum ciuitatum sibi super hiis supplicancium noluerit exaudire, et si forte pro reformandis hiis necessarium fuerit labores aggredi et expensas, ciues nostri supradicti vobis astabunt et auxilium exhibebunt, ad quod nos ipsos vestri causa volumus beniuole promouere, cupientes in premissis et quibuslibet aliis facere, quecunque fuerint vobis grata. Datum Elbingi, in die pasche.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübeck II, S. 70, aus dem Original auf der Trese zu Lübeck. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel sind nur noch Bruchstücke vorhanden. — Der Landmeister Meinhard war in den Jahren 1290 u. 1291 um Ostern im Felde; 1292 führte er in den ersten Monaten des Jahres einen Zug an die Memel aus und eilte Pfingsten wieder ins Kulmer Land; 1293 machte er einen Winterfeldzug und einen Zug im Sommer; 1294 brach er im Winter auf, kehrte aber bald zurück. (Voigt, Gesch. Pr. IV. S. 43—93.) Wir setzen dies Schreiben ins Jahr 1293. Noch in diesem Jahre bestätigte der König Erich am 9. Aug. 1293 (zu Roeskilde) den Bürgern von Stralsund alle Freiheiten auf den dänischen Märkten und die bisher übliche Höhe des Zolls (Fabricius II (III), Nr. CCXXXIII), und in einer zweiten Urkunde (Fabricius CCXXXIV) das Privilegium vom J. 1257 hinsichtlich der Freiheit vom Strandrechte.

1293. Rostock. 2214.

Ludue, Wittue des Klosters Willer, verkauft ihr Erbe bei den Nicolai-Schulen zu Rostock.

Domina Ludue, relicta Willeri custodis, et Henricus Albus, tutor eiusdem, vendidit Henrico Papen carnifici hereditatem suam iuxta scolas sancti Nycolai sitam et sibi resignauit, Henrico Albo promittente warandiam. Thydericus Friso, Ludolfus Pes tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 109. — Die Aufzeichnung fällt nach Ostern.

1293. Rostock. 2215.

Heidenreich, Hospitalmeister am H.-Geist-Hause zu Rostock, verkauft einen neben dem Garten der Landesfürstin belegenen Garten.

Heydenricus magister domus sancti Spiritus vendidit Johanni Crampen et sue vxori Cristine ortum vnum, situm iuxta ortum domine terre. qui fuerat relicte Bennonis, et sibi resignauit. Lu[dolfus] Pes, Thy[dericus] Friso [tabule presidebant].

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 111.

1293. Rostock. 2216.

Die Vorsteher des Hospitals zum heiligen Geist in Rostock verkaufen an Gerhard Rieke einen Garten auf der Wik vor der Stadt.

Henricus Miles et Henricus Ploys, prouisores domus sancti Spiritus, vendiderunt Gerhardo Diuiti ortum vnum, situm in Vico versus domum laterum fratrum maiorum, qui fuerat domus sancti Spiritus, et sibi resignauerunt promittendo warandiam diei et anni.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 114. — Vgl. Stadtb. 1295—1304, fol. 2^b, aus dem J. 1295: „Johannes Sterrenberg — vendidit Henrico de Bukowe — — ortum vnum iuxta domum laterum ciuitatis situm in Vico."

1293. Rostock. 2217.

Schwester Wibe überlässt den sämmtlichen zum Capitel gehörigen Beguinen ihr am [Beguinen-] Berge belegenes Haus, jedoch mit Vorbehalt einer Wohnung in demselben für sich und ihre Schwester.

Soror Wiba resignauit sororibus omnibus ad capitulum pertinentibus domum suam, in monte sitam, perpetuo possidendam, tali tamen condicione, quod ipsa soror Wiba et sua soror habeant ad vsum suum cameram quandam et curiam ad dealbandum fila sua.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 121^{b}. Getilgt. — Vgl. Stadtb. 1317 — 1320, fol. 34^{b}, zum August 1318. — Eine Beguine, Christine von Anklam, Dietrich Möhch's Schwester, kommt oben in der Note zu Nr. 1800 mit ihrem vollen Namen vor; sonst war es sehr gewöhnlich, die Beguinen nur mit ihren Vornamen zu nennen. Vgl. Nr. 1800. Auf die „Schwester Wibe" bezieht sich vermuthlich folgende Einzeichnung in Stadtb. D, fol. 122^{b}: „Hermannus Loyst de consensu filiorum suorum et heredum vendidit Arnoldo de Greuesmolen et sorori Wibe, filie magistri Jordani, et sorori Gerdrudi, filie Henrici de Sywan, hereditatem suam paruam, sue domui continuam, cum curia et domo lutea et stillicidio retro ipsam domum luteam a stanga versus curiam vsque ad domum luteam et pariete lapideo." (Vgl. unten 1295, März: „Soror Wiba" etc.) — 1287 kommt ein „Fredericus gener bacginarum" vor (seine Gläubiger verkauften sein Haus, Stadtb. C, fol. 156). — „Conradus filius bagginc" verkaufte 1297 3 Mk. Renten aus seinem Wohnhause. (Stadtb. 1295 — 1304, fol. 73^{b}.) „Conradus gener begginarum recognouit, quod pueri sui priores Gerhardus et Wiba habeant secum LXX^{a} marcas denariorum, qualiter de rebus suis euenerit; pro hiis ipsis suam posuit hereditatem mediam." Daselbst, fol. 104^{b}, zum J. 1299. — „Conradus bagginc" wird noch 1304 genannt, und in demselben Jahre verkaufte „Gerhardus filius Conradi bagginc" „mediam hereditatem in angulo contra bagginas, sicut patris sui fuerat. — Sic hereditas eadem integra est Henrici." (Stadtb. 1304 — 1314, fol. 12, 70.) — 1309 (das. fol. 83^{b}) kommt „Johannes gener bagginc" vor, aber ein Familienname hier so wenig, wie in den obigen Stellen.

1293. April 8. 2218.

Johann, Fürst von Meklenburg, bezeugt, dass das Kloster Rehna von den Brüdern Friedrich, Ludolf und Ulrich Maltzan mit Zustimmung ihrer übrigen Brüder Hebungen aus dem Dorfe Zehmen erworben hat.

Johannes dei gratia dominus Magnopolensis vniuersis presentia uisuris salutem in domino. Nouerint singuli, ad quos presentes peruenerint, quod nostro consensu accedente dominus Hermannus prepositus sanctimonialium in Rene a domino Frederico et Ludolfo et Vlrico Moltzan dictis, fratribus, cum consensu etiam aliorum fratrum, quinque marcarum reditus denariorum Lubicensium in vsus Renensis ecclesie in villa Scemne dicta cum iuditio totius ville, quo nostri vasalli etiam vtuntur, pro quinquaginta marcis denariorum Lubicensium comparauit, ista uero conditione interposita: si predicti fratres reditus supradictos aliquo forte dierum a predicta ecclesia emere decreuerint, permittitur, ut pro quinquaginta marcis denariorum Lubicensium resumant, dummodo in festo pentecostes eidem

ecclesie predicti denarii persoluantur. Jn huius rei testimonium presentem quidem paginam sigillo nostro ac domini Frederici et Ludolfi de Moltzan militum ac fratrum sigillis decreuimus muniendam. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, quarta feria proxima post dominicam, qua cantatur Quasi modo geniti.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Angehängt sind drei Pergamentstreifen:

1) An dem ersten fehlt jetzt des Fürsten Johann (zu Gadebusch) Siegel.

2) An zweiter Stelle hängt das hierunter abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Friedrich Maltzan mit einem ganzen Weinstock und der Umschrift:

✠ S' . FREDERICI . [MOL]ZAN . MILITIS.

3) An dem dritten Bande hängt das hierunter abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Ludolf Maltzan, welches längs getheilt ist und in der rechten Hälfte zwei rechts gekehrte Hasenköpfe, in der linken Hälfte einen halben Weinstock enthält; Umschrift:

✠ SIGILLVM . L[VDOLFI .] MOL[TZAN]







Mit der Familie Maltzan scheint die alte, ausgestorbene Familie Hasenkop in alter Zeit nach den Wappen in enger verwandtschaftlicher Verbindung gestanden zu haben; vgl. Lisch, Maltzan. Urk. III, S. XIX. Auch von dieser Familie ist das hieneben abgebildete Siegel des Ritters Friedrich Hasenkop aus dem Ende des 13. Jahrh. vorhanden. Von demselben ist zwar kein alter Abdruck mehr aufbewahrt, aber vor einiger Zeit ist noch der Originalstempel vorhanden gewesen. Dieser ward im J. 1828 auf dem Ratzeburger Stadtfelde gefunden (vgl. Jahresber. II, S. 84), war eine Zeit lang in Ratzeburg und kam dann nach Wismar und in die Gegend von Wismar, wo er verloren gegangen sein soll. Der Ritter Friedrich Hasenkop kommt z. B. am 21. Dec. 1298 vor. — Bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 92, Nr. 36, ist die vorstehende Urkunde schon gedruckt und daselbst sind die hier mitgetheilten Siegel in Steindruck beigegeben. — Die hier abgebildeten Holzschnitte sind von dem Landrath, Freiherrn von Maltzan († 1864) auf Rothenmoor etc. geschenkt.

(1293.) Wismar. 2219.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen eine Durchfahrt.

Viam, que est inter horreum Marquardi de Walmerstorpe et curiam Alberti fabri, emerunt consules ad usum ciuitatis ab ipso Marquardo et Alberto, dantes Alberto quintam dimidiam marcam et Marquardo duas marcas.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 190.

(1293.) Wismar. 2220.

Johann Möhlenstrate zu Wismar kauft ein Erbe daselbst hinter dem Chor der Nicolaikirche.

Johannes Molenstrate emit hereditatem quandam, sitam retro chorum ecclesie beati Nicolai, ab vxore Dhegenhardi de Mandrowe, quam ipsa cum filio suo Dhegenhardo sibi coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 194.

1293. April 14. 2221.

Testament des Dompropstes Gottfried zu Güstrow.

Anno domini M° CC° nonagesimo III°. Ego Godefridus prepositus ecclesie Gustrowensis, senciens egritudine inualente iam dissolucionem mei corporis imminere, quia ciuitatem manentem hic in presenti uita, que est transitoria, non habemus, ut in celesti ciuitate Jerusalem, ubi null[a] est momenti transmutacio, sed pacis uisio et requies sempiterna, beatorum consorciis merear aggregari, in manus omnipotentis dei spiritum, quem michi tribuit, recommendo. Condens itaque de concessis michi facultatibus testamentum, quia iustum arbitror, ut, que dei sunt et que nobis donauit, ipsi et pro ipso libenter reddere debeamus, ecclesie Gustrowensi, de qua beneficia sum adeptus, ut diuinus cultus in ipsa sollempnius augeatur, lego sex perpetuas uicarias, quarum tribus primo institutis uillam Rachowe integraliter cum tribus mansis in Babbin et uno manso in Kusitze deputaui, aliis autem duabus uicariis secundario institutis decem mansos in Gholdenitze cum duobus mansis in Babbin assignaui; ad ultimam quoque uicariam unum mansum in Kusitze, tres mansos et dimidium in Lewekendorp apposui. Vicarii autem dictarum uicariarum ad oblatas, uinum et luminaria, quibus indigent in celebracione suarum missarum, unum mansum et dimidium in Domherenhaghen

habebunt. Eisdem quoque uicariis per discrecionem suam maiorem forte consequentibus dignitatem, uicarias suas hac dignitate adepta illico resignabunt. Item ad ornatum dicte ecclesie et decorem optuli bibliam integram in quinque uoluminibus, nowm missalem, vnum calicem integrum et alius calicis medietatem, septem quoque marcas argenti Brandeburgenses, quibus michi tenetur Hermannus miles de Langhevorde, si quando poterunt extorqueri, in subsidium ad organa comparanda. Volens eciam meis in Christo dilectis tam uicariis omnibus quam canonicis consolacionem fieri cunctis annis in die Bartholomei apostoli, dimisi eis decem tremodiorum redditus in Bodendike, vt de quinque gaudeant tremodiis ipsa die Bartholomei, siue uoluerint inuicem epulando, siue denarios distribuendo, ita uidelicet, quod, si in distribucione cuilibet canonicorum duo denarii, cuilibet uicariorum denarius unus detur. Dies uero Bartholomei pro consolacione iam dicta celebriter peragetur, duobus cantoribus, ut moris est in festiuitatibus obseruatis, sequenciam „Celi enarrant" sollempniter decantando. Die prima post Bartholomei anniuersarius dies mei obitus recoletur, quocumque eciam tempore me de hoc seculo emigrare contigerit, et tunc reliqui quinque tremodii in Bodendike siti distribuentur canonicis simul et uicariis secundum proporcionem superius annotatam. Preterea, ut sepedicta ecclesia in suis adhuc edificiis incompleta cicius consum[m]etur, ipsius fabrice curiam meam cum anno gracie mee prebende et decem marcis denariorum, quibus michi tenetur dominus Ghodefridus uicarius ex parte domini scolastici Henrici de Domechowe, conferre decreui. Sed viginti et nouem marcas denariorum, quas michi debet Conradus miles de Domechowe, disposui pauperibus erogandas. Item domine Mechtildi de Bardenulet unum mansum in Kusitze sue tantum uite temporibus deputaui; sed ipsa defuncta cooperabitur ipsi ecclesie ad structuram. Ceterum dominum Henricum de Lawe et dominum Ghodefridum uicarios in requirendis debitis a meis debitoribus et in ceteris ordinandis, que per me de rebus meis non sunt ordinata, esse cupio et constituo testatores. Vt igitur supreme uoluntatis mee desiderium in testamento iam racionabiliter ordinato in sua integritate maneat et vigore, ne sibi per alicuius calumpniam in posterum derogetur, hanc paginam inde confectam, mei sigilli appensione signatam, simul optinui et sigillo capituli roborari. Ordinata sunt hec anno domini superius expresso, XVIII° kalendas Maii, in die Tyburcii et Ualeriani, presentibus domino Conrado decano, domino Lamberto, domino Hinrico scolastico, domino Conrado thesaurario, domino Henrico Frisone, domino Euerardo, domino Adam, concanonicis meis, et aliis uiris ydoneis et discretis.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. LXIV.

1293. April 14. Spandau. 2222.

Otto, Markgraf von Brandenburg, bestätigt der Stadt Grabow die derselben von den Grafen von Danneberg verliehenen Freiheiten und Gerechtigkeiten und gibt der Kirche und der Stadt das Eigenthum der Dörfer Karstädt und Fresenbrügge und der Stadt das Eigenthum des Dorfes Lassahn und die Gerichtsbarkeit auf ihrem Gebiete in Gemeinschaft mit den markgräflichen Vögten.

Otto dei gracia marchio Brandenburgensis et Lusacie ac dominus de Hennenbergh dilectis suis consulibus et vniuersis ciuibus in Grabow graciam suam et omne bonum. Fidelitas vestre constancie nostrum ad hoc inducit animum, vt ea, que expediunt vestre vtilitati, intentis semper affectibus prosequamur. Hinc est, quod vestris desideriis iustis inclinati, concedentes vobis et ciuitati nostre Grabow vniuersa iura, libertates, proprietates, possessiones, gracias, donaciones, consuetudines approbatas, quibus vos et ciuitas estis a retroactis temporibus prediti et muniti, priuilegia vestra, litteras et instrumenta per comites de Dannenbergh vobis concessa et indulta presentis pagine patrocinio ratificamus, confirmamus. Jnsuper damus ecclesie beati Georrii in Grabow, vobis et ciuitati proprietatem ambarum villarum videlicet Karstede et Frysenbrucgh cum omnibus attinenciis et fructibus atque vniuerso iure, supremo et infimo, manus et colli, campis, siluis, pascuis, prout nobilis vir Volradus comes de Dannenbergh iam dictas villas beato Georrio, vobis et ciuitati vendidit et donauit, veluti in litteris suis plenius est expressum. Aduocati vero nostri nostrorumque heredum ac nostrorum successorum in futuro nichil iuris in hiis villis sibi reseruant seu reseruabunt. Jtem damus vobis et ciuitati proprietatem ville Lassan cum singulis prerogatiuis ac omni iure, iure ciuitatensi, prout vobis et ciuitati Hinricus et Hermannus Dargheslawe, milites nostri, iusto vendicionis tytulo eam vendiderunt, libere et in perpetuum, sicuti habuerant, possidendam, renunciantes vero dicte proprietati ac omni iuri in dicta proprietate nobis competenti et nostris heredibus aut successoribus in futurum. Jtem damus vobis et ciuitati proprietatem iudicii vestri [si]ue iuris habendi et fruendi cum aduocatis nostris presentibus et futuris intra ciuitatem Grabow et extra tam longe, velut distinctio et terminus camporum vestrorum, agrorum, siluarum et nemorum se finit et extendit, et equaliter et amice inter vos excessum de hoc iudicio seu iure prouenientem diuidendo. Jn quorum omnium euidens ac perpetuum testimonium presens scriptum nostri sigilli robore fecimus communiri. Testes huius veritatis facti sunt: Droyseke noster dapifer, nobilis vir Guntherus comes de Keuereberg, Redeko de Redere, Conradus Wlf, Nicolaus de Weyda, Her[mannus] Zyker ac Sabellus de Nyenkerke, milites, atque plures alii fide digni. Datum Spandow, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, ipso die Tyburcii et Valeriani martirum beatorum.

Nach der unechten Ausfertigung im Archiv der Stadt Grabow, in einer sehr kleinen, engen Minuskel. An einem Pergamentstreifen hat das Siegel des Markgrafen Otto gehangen, welches aber zerbrochen und nur noch in einem kleinen Reste von der Figur des Markgrafen vorhanden ist. — Vgl. Bd. I, Vorr. S. XL. — Gedruckt bei: Klüver II, S. 206; Schröder, P. M. I, S. 822; Franck V, S. 131; v. Beehr, p. 543; v. Westphalen, Spec. mon., p. 105; Gercken, Cod. Brand. VIII, p. 396; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 206. — Die Lassahner Feldmark gehört noch der Stadt Grabow. — Vgl. auch Nr. 1966.

1293. April 25. 2223.

Die Stadt Stavern schliesst mit den Städten Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald ein Bündniss zum Schutze gegen den König von Norwegen.

Omnibus presencia percepturis scultetus, scabini cum communi Staurie salutem in domino. Vniuersitati vestre demonstramus, quod anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, in vigilia pentecostes, quidam pirate, ad rapinas et maleficia perpetranda congregati, apud Mastrand in portu Norwegie a communi mercatore deprehensi ac ibidem mortis iudicium pro suis manifestis criminibus per iusticiarium regis susceperunt; pro quibus Norwegie rex illustris nobis ac mercatoribus ciuitatis Campen et quibusdam aliis indignatur, volens nobis et eis, vt percepimus, inferre nocumenta, quam primum sibi [et] suis cooperatoribus ad hoc faciendum obtulerit se facultas, quamuis merito tales malefici, quorumlibet innocencium oppressores, a nullo debeant defensari vel foueri. Quod honesti viri, nostri speciales amici, consules et communitates ciuitatum Lubeke, Wismere, Rozstoch, Stralesund, Gripesuuold, considerantes et mente sollicita reuoluentes, quod talia maleficia sint reprimenda, ne detur aliis occasio similia perpetrandi, se nobiscum ad hoc obligare curarunt, quod nobis pro modis se respicientibus in hiis ad nostram iniuriam propulsandam astare volunt laboribus, consiliis, auxiliis et expensis. Sed quoniam nobis astando taliter in premissis dicte ciuitates efficiuntur hostes ipsius domini regis et suorum cooperatorum, dignum est et racioni consonum, ut eciam nos astemus eisdem ciuitatibus vice versa. Ac obinde notum esse volumus vniuersis, nos ad hoc obligatos esse presencium testimonio litterarum, quod sepedictis ciuitatibus Lubeke, Wismere et Rozstoch, Stralesund, Grippeswold contra prefatum dominum regem et suos cooperatores in premissis omnibus astare volumus laboribus, consiliis, auxiliis et expensis pro modo nos respiciente ad hostilitatem huiusmodi propulsandam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo ciuitatis nostre duximus muniendum. Datum anno gracie M° CC° nonagesimo tercio, Marci evangeliste.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 541, aus „dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Original, mit dem nur noch halb erhaltenen Siegel." — Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 169; Lange u. Unger, Diplomatar. Norveg. V, 1, p. 20.

1293. April 28. 2224.

Die Stadt Campen schliesst mit den Städten Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald ein Bündniss zum Schutze gegen den König von Norwegen.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, scultetus, scabini, consules et uniuersitas ciuitatis Kampensis salutem in domino. Contigit anno domini M° CC° nonagesimo secundo, pentecoste, quosdam piratas, ad rapinas et maleficia perpetranda congregatos, apud Mastrant in finibus Norwegie deprehendi et ibidem mortis iudicium pro suis manifestis criminibus sustinere, pro quibus — — — *[fast gleichlautend mit Nr. 2223]* — — —. Datum anno domini M° CC° nonagesimo tercio, feria tercia ante festum Philipphi et Jacobi apostolorum.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 544, aus „dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Original, mit unversehrt erhaltenem Siegel." — Gedruckt auch bei Lange u. Unger, Diplomat. Norveg. V, 1, p. 20.

(1293.) 2225.

Die Stadt Campen dankt den wendischen Städten, dass sie sich ihrer Streitsache mit Norwegen angenommen haben, und verspricht ihre Betheiligung an der Gesandtschaft nach Schweden.

Dominis mire discretionis et amicis quam plurimum sibi dilectis, aduocatis et consulibus ciuitatum Lubecke, Wysmare, Rozstoc, Svnde et Grypeswolt, iudex, scabini totumque commune ciuitatis Kampen seruicii, quantum possunt, et honoris cum pleno affectu. Dilectioni uestre, quam speciali prosequim[ur] confidentia, multiplica gratiarum assurgimus actione super multo fauore, dilectione et promotione nobis sepius a uobis exhibitis et adhuc per gratiam dei exhibendis, scientes uerius, quod perlecto litterarum uestrarum tenore et diligenter inspecto nobis intimo corde bene placuit, quod de negocio, quod uertitur inter Normannos et nos, curam pro nobis tam affectuose egistis, nostram necessitatem in hac parte obliuioni non tradentes. Vnde, secundum quod in litteris uestris didi(s)cimus, Swecie ueniemus, a consilio uestro ac aliorum amicorum nostrorum minime exeuntes, discretiores nostros ibidem transmissuri, rogantes uos seriose, quod illos et nos mediante cura uestra et discretione uelitis promouere, prout de uobis confidentiam habemus specialem, et uobis ad gratiarum teneamur actiones. Valete in domino!

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 69, aus dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Original, von dessen Siegelbande das Siegel abgerissen ist.

1293. Mai 19. Röbel. 2226.

Nicolaus, Fürst von Werle, belehnt die Frau Adelheid, Wittwe des Malchowschen Bürgers Heinrich von Utrecht, und ihre Erben mit dem halben Zehnten des Dorfes Lebbin.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino Jhesu Christo. Acta hominum perirent de facili, si non firmarentur munimine litterali. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis, quod domine Alheydi, relicte Henrici de Vthrecht quondam ciuis in Malchow, et suis heredibus porreximus mediam decimam in uilla Lubin iure feodali libere possidendam, sicut Ericus et frater suus, a quibus eam emerunt, ipsam antea possederunt; eo tamen prospecto, quod predicta domina et eius heredes nobis et nostris heredibus occasione talis decime nullum teneantur seruicium exhibere, sed Ericus et frater suus et eorum heredes pro huiusmodi decima nobis seruient uno seruicio, sicut pro bonis suis antea consueuerunt. Preterea, si predicta domina aut eius heredes in exquisitione talis decime aliquod impedimentum uel iniuriam paterentur et super talibus impedimentis nostrum auxilium implorarent, super talibus iniuriis eis nostrum non esset auxilium denegandum, sed per impignoracionem faciendam nostro nuncio predicta erit decima exquirenda. Si eciam aliquis dictam decimam impetendo nomine dominii modo quocunque eandem dominam cum suis heredibus molestaret, nos ipsam decimam expediendo eosdem a qualibet talis impetitionis molestia eximemus, et hoc presenti scripto sigilli nostri munimine roborato cum subscriptorum testimonio declaramus. Testes uero sunt hii: dominus Johannes archidiaconus noue ciuitatis Robele, dominus Hermannus plebanus in Malchow, Hinricus de Eyxen, miles, Reynerus Buno, Wolterus Pote et Marquardus de Wic, ciues in Malchow, et quam plurimi fide digni. Datum Robele, anno domini M° CC° XCIII°, XIIII° kalendas Junii.

Das Original dieser schön geschriebenen Urkunde im Archiv des Klosters Malchow ist in der Mitte von oben nach unten in zwei Hälften durchschnitten. Nach den in der linken Hälfte befindlichen Nadelstichen hat diese Urkunde in früheren Zeiten zum Einbande irgend eines Heftes dienen müssen und ist hiervon wieder abgeschnitten. Schon im J. 1744 hat das Fragment einen Umschlag erhalten mit der Aufschrift: „Lacerirte Confirmation." — Gedruckt in Jahrb. XVI. S. 218.

1293. Juni 12. Bergen. 2227.

Erich, König von Norwegen, einerseits, und die Abgeordneten der Städte Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald, Stavern und Campen, andererseits, verabreden eine Tagfahrt zu Bergen auf Pfingsten 1294, zum Vergleich über einige streitige Artikel des Calmarschen Friedens.

A.

Ericus dei gracia rex Norwegie viris prouidis et honestis, aduocatis, consulibus et communitatibus ciuitatum Lubek, Wismarie, Rozstoc, Stralesund et Gripeswold salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod, suborta post composicionem inter nos et ciuitates vestras Calmarnie factam super diuersis articulis inter subditos nostros et ciuitatum vestrarum incolas materia questionum, nos, quia composicionem eandem firmiter obseruare volumus, cum discretis viris, ciuitatum vestrarum consulibus et nunciis Johanne de Doway de Lubek, Hassone de Crukowe de Wismaria, Reinero de Lawghe de Rozstoc, Johanne de Bard de Stralesund et Gerardo de Calmarn de Gripeswold, apud nos Bergis existentibus, proxima sexta feria ante festum beatorum Viti et Modesti martirum sub anno domini M° CC° nonagesimo tercio placitauimus in hunc modum: quod procuratores ciuitatum vestrarum debent in festo pentecostes proximo futuro ad nostram venire presenciam Bergis, qui ex parte vestra mandatum habeant sufficiens ad faciendum et recipiendum complementum iusticie de singulis causis et querimoniis iam motis inter nos et nostros et vos et vestros, aut eciam tunc mouendis. Verum si tunc temporis per viam iuris aut composicionis amicabilis cum procuratoribus vestris super causis et querimoniis huiusmodi forsan concordare non possemus, quod absit, debet nichilominus a tempore date presentis vsque ad festum beati Johannis baptiste proximum post festum pentecostes supranominatum inter nos et fautores nostros singulos, ab una parte, ac vos et fautores vestros singulos, ab altera, bona pax et amicicia stabilis obseruari firmiter et inuiolabiliter, et subditi nostri ciuesque Bremenses ac fautores alii ad ciuitates vestras, et incole ciuitatum vestrarum ac illi de Campen et Stofren ceterique fautores vestri ad regnum nostrum interim velificare poterunt libere; et debet vtraque parcium hinc et inde frui libertatibus et iuribus quoad omnia, que per composicionem inter nos ordinatam declarantur, illis personis dumtaxat exceptis, quarum nomina nunciis vestris in scriptis fecimus assignari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo domini Haquini ducis Norwegie illustris, fratris nostri karissimi, litteris presentibus duximus apponendum. Datum in ciuitate Bergensi, die et anno supradictis, anno vero regni nostri quartodecimo.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 545, aus der auf der Trese zu Lübek befindlichen Urschrift, mit ziemlich wohl erhaltenem Siegel. — Gedruckt bei Thorkelin, Dipl. Arnamagn. II, p. 142; Sartorius II, p. 170.

B.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes de Duaye de Lubeke, Hasso de Wismaria dictus de Crukowe, Reynerus de Rozstok dictus de Lawe, Johannes de Bardis de Stralesundis, Gerardus de Calmeren de Gripeswaldis, Hartwicus de Naghelo de Campen, Rudolfus de Stoueren, consules, salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod, suborta post composicionem inter magnificum principem dominum E. regem Norwegie illustrem et ciuitates nostras factam super diuersis articulis inter subditos dicti domini regis Norwegie et ciuitatum nostrarum materia questionum, quia veraciter constat nobis, quod ciuitates nostre compositionem eandem uolunt firmiter obseruare, nos, apud ciuitatem Bergensem existentes, proxima sexta [feria] ante festum beatorum Viti et Modesti martirum sub anno domini M° CC° XC° tercio cum dicto domino rege Norwegie ex parte ciuitatum nostrarum placitauimus in hunc modum: quod procuratores ciuitatum nostrarum venire debent ad dictum dominum regem Norwegie Bergis in festo pentecostes proximo venturo, cum sufficienti mandato ad faciendum et recipiendum iusticie complementum de singulis causis et querimoniis dicti regis et suorum contra nos aut nostr[o]s[1], seu eciam ex parte nostra uel nostrorum contra dictum dominum regem uel suos iam motis, seu eciam tunc mouendis. Verum si tunc temporis per viam iuris aut composicionis amicabilis memoratus dominus rex Norwegie cum procuratoribus ciuitatum nostrarum super causis et querimoniis huiusmodi concordare non posse(n)t, quod absit, debet a tempore date presencium usque ad festum beati Johannis baptiste proximum post festum pentecostes supranominatum inter prefatum dominum regem Norwegie, suos quoque fautores singulos, ab una parte, et ciuitates nostras earumque fautores uniuersos, ab altera, bona pax et amicicia stabilis firmiter et inuiolabiliter obseruari, et subditi sui ciuesque Bremenses ac fautores alii ad ciuitates nostras, et incole ciuitatum nostrarum ceterique fautores earundem ad regnum ipsius poterint interim libere velificare; et debet utraque parcium hinc et inde frui libertatibus et iuribus quoad omnia, que per composicionem inter nos ordinatam declarantur, illis personis dumtaxat exceptis, quarum[2] nomina fecit in scriptis dictus dominus rex Norwegie nobis tradi. Promisimus insuper eidem domino reg[i][3] Norwegie fide media, quod ciuitates nostre supradicte presentem placitacionem per nos factam ratam habere debent et super eiusdem ratihabicione patentes litteras suas [mittere] ac ibidem easdem apud fratres minores Tunsbergis deponi facere ante festum beati Martini proximo futurum, cum aliquorum fide dignorum hominum suorum ibidem existencium testimonio. Alioquin ante natiuitatem domini proximam eandem villam Tunsbergis intrare debemus, illinc absque licencia dicti domini regis Norwegie nullatenus exituri, donec ex parte ciuitatum predictarum

illuc misse et deposite fuerint littere memorate. Datum Bergis, anno domini et sexta feria suprascriptis.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 546, aus „der auf der Trese [zu Lübek] befindlichen Urschrift, die jedoch des Siegels ermangelt." Diese angebliche „Urschrift" ist, da das Original dem Könige von Norwegen übergeben werden musste, ohne Zweifel nur eine gleichzeitige Abschrift. Diese hat: [1] nostras, [2] quorum, [3] rege. — Gedruckt bei Thorkelin, Diplomatar. Arnamagn. II, p. 142; Sartorius II, S. 171. — Vgl. Nr. 2223—2225, auch unten 1294, Jul. 6.

(1293.) Juni (21). Wredenhagen. 2228.

Konrad Wulf, Ritter, empfängt zu einer Verhandlung mit dem Fürsten Nicolaus von Werle in Wredenhagen von einigen Vasallen desselben freies Geleite.

Strenuo militi et honesto domino Conrado Lupo dominus Priscenbur, dominus Johannes de [Bel]owe [1], dominus Theodericus Kusgart, dominus Ber-[toldus] [2] de Hauelberg, dominus Otto de [R]etzow [3], Reynekinus Buno, dominus Buno seruitium debitum et quidquid poss[u]nt [4]. Notum sit omnibus paginam hanc visuris, quod nos vnanimiter dominum Conradum Lupum sub ducatu nostro pre omnibus amorem domini nostri Nycolai de Werle diligentibus ante Jndaginem Noui Castri et omnes venientes cum eo veniendi proxima II[a] feria, placitandi hora tertia conducamus, post placita secure ad propria redeundi, que propter maiorem securitatem sigillo domini Thiderici Kusgart et domini Johannis de [Bel]owe [1] fecimus roborari. Datum vltima dominica die ante festum beati Johannis baptiste, in Jndagine Noui Castri, hora tertia.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 3, S. 348, „aus dem Kloster-Archive zum Heiligen Grabe." (Riedel gibt [1] „de owe" — [2] berud — [3] Netzow — [4] possint.) — Dieser Geleitsbrief ist sicher nach dem 17. März 1291 (Nr. 2110) ausgestellt, wo Th. Kusgart, hier durch den Titel dominus als Ritter bezeichnet, noch „armiger" genannt wird; und andererseits ist er gewiss vor dem 13. Oct. 1299 gegeben, weil Reiner Buno, hier noch Knappe, dort schon die Bezeichnung „miles" empfängt. Der Ritter Konrad Wulf kommt in unserem Urkundenbuche während jener Zeit in der Urk. des Markgrafen Otto von Brandenburg vom 14. April 1293 (Nr. 2222) vor. Er ist ohne Zweifel der brandenburgische Hauptmann von Glesin im J. 1298 bei Albr. v. Bardewik (Grautoff I, S. 415). Der Ritter Pritzbuer begegnete uns 1285 und 1292 (Nr. 1781 u. 2161). „Hinricus Priscebur, miles" 1299, am 13. Oct. Iwan Below (de Owe gibt es in Meklenburg in jener Zeit wenigstens nicht) war im J. 1286 noch Knappe (Nr. 1863), seitdem tritt er dann wieder im J. 1294 (am 11. Nov.), und zwar als Ritter auf. Der Vorname Berud ist, in jener Zeit wenigstens, in der Familie von Havelberg sonst nicht gefunden; dagegen treffen wir schon um 1273 den Ritter Berthold von Havelberg öfter an. Der Ritter Otto von Retzow wird schon früher (s. Nr. 1781) genannt, in der hier in Rede stehenden Zeit oft, z. B. 1294, am 13. Dec., 1295, am 8. Mai, 1296, am 14. Oct., 1298, am 15. Aug. Der „dominus Buno" endlich (wie er auch am 26. Juli 1292 einfach „Bune" genannt wird) ist der bekannte, schon früher in den Urkunden des Fürsten Nicolaus und in dem letzten Jahrzehnt des 13. Jahrh. sehr häufig erscheinende Ritter Konrad Buno. — Die Veranlassung, welche Konrad Wulf nach Wredenhagen führte, wird, da er sich einen Geleitsbrief geben lässt, eine Botschaft der Markgrafen während eines Kriegszustandes gewesen sein, also in die Zeit fallen, da die Markgrafen

um die Wiederherstellung der Werleschen Vatermörder den Krieg gegen den Fürsten Nicolaus von Wenden, deren Vetter, führte. Vgl. oben Nr. 2180 und 2190. Wir stellen diesen Brief in's Jahr 1293, als das früheste, in welches er gesetzt werden darf.

1293. (Nach Jun. 24.) Rostock. 2229.

Lambert, Müller, verkauft dem H.-Geist-Hospitale zu Rostock seine Mühle vor dem Bramower (Grünen) Thore daselbst.

Lambertus molendinarius vendidit domui sancti Spiritus molendinum suum extra valuam Bramowe situm cum omni fructu et adiacenciis, sicut ipse tenuit, et prouisoribus domus Henrico Milite (!) videlicet et Henrico Plois coram consulibus resignauit. Ludbertus Duneuar et Lubbertus de Lagenstrata tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 104. Diese Einzeichnung ist getilgt.

1293. Rostock. 2230.

Gerhard von Lage verkauft seine neben dem Bischofs-Speicher auf der Altstadt zu Rostock belegene Baustelle an Johann von Rathenow.

Gerhardus de Lawe vendidit Johanni de Rathenowe aream vnam, iuxta granarium domini episcopi sitam in antiqua ciuitate, et sibi rationabiliter resignauit, promittens warandiam diei et anni.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 105. — Schon im Stadtb. B, fol. 48, heisst es (zum Ende d. J. 1269 oder zum Anfange des J. 1270): „Heinricus Boghener posuit eidem Willikino [sc. „Will. Yken"] aream integram et dimidiam pro X marcis denariorum apud granarium opiscopi et apud Scriptorem." — 1307 gehörten Willikino de Esinda: „tres bode, ex opposito aree domini episcopi sito" [Stadtb. 1304—1314, fol. 43], und 1333 verkaufte Claus Frise „duas bodas in opposito aree domini episcopi" [Stadtb. 1324—1335, fol. 185 b]. Im letztgenannten Jahre stand bereits längst ein Haus auf diesem Grundstücke des Bischofs von Schwerin, welches auch der Bischofshof genannt ward. Vgl. 1319: „Ludico filius Lamberti de Molendino vendidit Henrico de Rozstok duas bodas ex opposito domus episcopi, iuxta antiquam stupam in fouea sancti Petri" [Stadtb. 1317—1320, fol. 60]. 1338 wird eine „hereditas in opposito curie domini episcopi" erwähnt [Stadtb. 1337—1353, fol. 8]; 1351: „Gerhardus Ryke et Petrus Howeschild, prouisores ecclesie beati Petri, — — vendiderunt Nicolao lardiscide vnam bodam suam in opposito curie opiscopi Zwerinensis" [das. fol. 191 b]. — Zum J. 1305 heisst es: „Henricus Bramowe, Willikinus de Esinda, Hermannus Bramowe, tutores puerorum Johannis Cloken, resignauerunt Henrico Crumfoyt quatuor tabernas iuxta stupam versus murum iuxta valuam episcopi pro dote cum Greta filia Johannis Nizinc." [Stadtb. 1304—1314, fol. 18 b.]

1293. Rostock. 2231.

Die Testaments-Vollstrecker und die Wittwe Wenemar's kaufen aus einem Rostocker Hause 10 Mark Renten für 100 Mark Pf., welche Wenemar einem Altar vermacht hat.

Sciendum, quod testamentarii Wenemari et relicta eiusdem comparauerunt X marcharum redditus cum C marcis denariorum, quas dictus Wenemarus ad altare quoddam assignauerat, in domo lutea et area adiacente, que fuerat Nycolai de Molendino, sita in vallo castri, quas X marcas Jacobus de Pattenhus annis singulis erogabit et reemere poterit quolibet festo Micahelis denariis pro eisdem.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 105. — Vgl. Stadtbuch 1304—1314, fol. 44, zum J. 1307, April 12: „Petrus Friso vendidit quinque marcarum redditus ad altare, quod Wenemarus fundauit in ecclesia beate virginis, pro L marcis, in festo pasche quolibet eregandos, domino Johanni sacerdoti, qui dictum altare officiat, quos dictus Petrus redimere poterit, cum habuerit facultatem. Si vero dicte hereditati periculum immineret per incendium, dictus sacerdos cum Petro pro quantitate reddituum dampnum subportabit. Scriptum anno domini M° CCC° VII°, feria IIII' post dominicam Misericordia domini, Her. Wocrente et Gerwino tabule" [presidentibus].

1293. Juni 29. Ivenack. 2232.

Zacharia, Wittwe des Ritters Heine von Gebene, Albrecht und Johann von Gebene schenken dem Kloster Ivenack 5 Hufen in Vanselow (bei Demmin).

Nos Zacharia relicta Heynonis de Gebene militis, Albertus de Gebene et Johannes filius Arnoldi dicti de Gebene presentibus recognoscimus publice protestantes, quod ob salutare remedium animarum dilectorum nostrorum Heynonis militis et Arnoldi fratrum dictorum de Gebene pie recordationis pro eo, quod iugis oratio habeatur in conuentu ecclesie Jvenach in perpetuum pro ipsis, titulo rationabilis donationis attribuimus dilectis nobis in Christo . . preposito, abbatisse, priorisse totique conuentui prenotate ecclesie quinque mansos sitos in villa Vanselow cum utilitate tali et annuali, sicut nos habuimus, pensione. Testes huius rei sunt: dominus Hinricus dictus Kron plebanus castri Dymin, dominus Albertus plebanus in Stouenhagen, Fredericus Wlpis, Hinricus Wlpis filius suus, Arnoldus de Sconevelde, Johannes Holtzatus, Johannes de Walsleue, Hinricus Wlpis de Stouenhagen, Hancekinus de Heydbraghke, Conradus de Palude, Johannes Wlpis castellanus in Dymyn, milites, Conradus Wlpis de Stouenhagen, Arnoldus et Fredericus fratres de Palude et Johannes camerarius. Wedekinus dictus Las, famuli, et quam plures alii fide digni. Ad maiorem autem euidenciam huius facti, quia sigillo proprio caruimus, dilectorum amicorum nostrorum, videlicet domini Frederici Wlpis, domini Hinrici Wlpis filii sui, domini Johannis de Heydbra(b)g,

domini Alberti plebani in Stouenhagen, domini Hinrici Wlpis castellani in Stouenhagen presens scriptum appositione sigillorum duximus roborandum. Datum et actum Jvenach, anno domini M° CC° nonagesimo tercio, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen 7 Siegel, welche nicht in gewöhnlicher Ordnung von links nach rechts, sondern scheinbar in verkehrter Ordnung angehängt sind, aber eigentlich von oben nach unten. Dies kommt daher, dass die Pergamentstreifen merkwürdiger Weise nach der Quere, parallel mit der Schrift, aus der Urkunde geschnitten sind, so dass die Siegel unter einander, jedoch schräge nach der linken Seite hin, an der Urkunde hangen. Ausserdem ist von den 6 letzten Siegeln immer ein Streifen über den andern geschürzt. Die Siegel folgen nun so:

1) das schildförmige Siegel des Albrecht von Gebene von grünem Wachs, mit einem links gekehrten Ledermesser, gleich dem Schildzeichen der vom Broke (de Palude), mit der Umschrift:

✠ S' ALBE[RT]I MILITIS DE.....E

2) ein zerbrochenes, schildförmiges Siegel von grünem Wachs mit demselben Schildzeichen, wie Nr. 1, mit der Umschrift:

✠ ...hANNIS * DE Y[ebene]

3) das hierunter (unter 1) abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Friedrich Voss, aus weissem Wachs, mit einem rechts aufsteigenden Fuchs; Umschrift:

✠ . S' . F[R]IDERICI . WLPI . MILI[T]IS .

wie es auch an der Ivenacker Urkunde d. d. 1300, die Marcellini (2. Juni), Nr. 1 hängt;

4) das hierunter (unter 2) abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Heinrich Voss, eines Sohnes des Ritters Friedrich Voss, aus weissem Wachs, mit einem rechts aufsteigenden Fuchs; Umschrift:

✠ S' . [H]INRICI ✱✠✱ UO[S]

wie es auch an der Ivenacker Urkunde d. d. 1300, die Marcellini (2 Juni), Nr. 6 hängt;

5) das runde Siegel des Ritters Johann Heidebreke, aus weissem Wachs, mit zwei gekreuzten Haidequästen auf einem Schilde; Umschrift:

✠ [S]IGILLVM . [IOh]ANNIS .....KE

6) ein hierunter (unter 3) abgebildetes, in der oberen Hälfte zerbrochenes, parabolisches Siegel mit dem geflügelten Erzengel Michael, welcher mit der rechten Hand den Kreuzstab in den Rachen des unter seinen Füssen liegenden Drachen stösst und in der linken Hand einen Schild mit einem rechts aufsteigenden Fuchs hält, mit der Umschrift:

.....RI . PLEBANI . DE . D.....

Dieses Siegel ist das Siegel des Pfarrers Reiner Voss zu Dukow, welches auch an der Voss'schen Urkunde vom 25. Mai 1284 (oben S. 120, Nr. 4) hängt, und ist also statt des Siegels des Pfarrers Albrecht von Stavenhagen angehängt;

1. 2. 3. 4.




7) das auf der vorhergehenden Seite (unter 4) abgebildete (zerbrochene) runde Siegel des Ritters Heinrich Voss, Burgmanns zu Stavenhagen: in einem Schilde ein rechts aufsteigender Fuchs, und in jedem Segment des Siegelfeldes ein Stern; Umschrift:

✠ SI — — — .OS :

wie es auch vollständig an der Ivenacker Urkunde d. d. 1300, die Marcellini (2 Juni), Nr. 5 hängt.

Die Holzschnitte zu den Voss'schen Siegeln hat der Graf Voss auf Gr.-Giewitz zu dem Urkundenbuche geschenkt.

1293. Juli 8. Lüneburg. 2233.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, dass Willekin Hanenstert, Wismarscher Bürger, eine Salzhebung zu Lüneburg an die Domkirche zu Schwerin geschenkt hat.

Des Rhatts zu Luneburg brieff, das Johannes Sperling vor ihnen bekant, das er Willekino Hanenstert, burgern zu Wissmar, frey gegeben habe die zwey Wisspel Saltzes, die erwenter Sperling von ihnen in der Sultze zu Luneburg gekaufft im Hause Thilmaringhe, als: einen zur rechten handt in der pfanne genannt Gunchpanne, den andern auch zur rechten handt in der Wechpanne, alss man inss hauss gehet, zu einer Kirchen zu geben. Die dan gedachter Willekinus Hanenstert der Kirchen zu Zwerin ewig zu besitzen in ihrer gegenwertigkeit gegeben habe. Datum Luneborg, 1293., in die Kyliani.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 61 *.

1293. Juli 10. Rostock. 2234.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Doberan das Eigenthum von 10 Drömt Kornpacht aus der Mühle zu Parchim, welche derselbe von dem Ritter Friedrich von Kardorf erkauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. De gestis hominum eciam laudabilibus de facili processu temporis emergit dura calumpnia, nisi fulciantur apicibus sigillatis. Vnde tenore presencium publice protestamur, quod fidelis noster et dilectus nobis miles dominus Fredericus de Kercdorp de molendino nostro in Parchem, in quo nunc manet Hinricus molendinarius, brasium ordeaceum et siliginem, videlicet quinque tremodia brasii ordeacei et quinque tremodia sili-

ginis, que sunt simul decem tremodia, eo iure et cum integra proprietate, sicut ipse a nobis emit eadem decem tremodia, venerabili et dilecte nobis ecclesie Doberanensi pro centum et octoginta marcis denariorum slauicalium vendidit absolute, nichil iuris amplius sibi, nec vlli heredum suorum in eisdem tremodiis vel ipsorum retinens proprietate. Nos vero, pia progenitorum nostrorum imitantes vestigia, qui ecclesiam Doberanensem cum promocionis efficacia dilexerunt, donamus et confirmamus prenominata decem tremodia et proprietatem ipsorum Doberanensi ecclesie in liberam ac perpetuam possessionem, statuentes, vt fratres Doberanensis ecclesie de predicto molendino pretaxata decem tremodia annis singulis in festo beati Laurencii semper tollant et libere absque theloneo, quo velint, deducant, seu aliter inde ordinent, sicut sibi melius nouerint expedire; hoc eciam addito, si predictum brasium et siligo eis quandoque prefato die beati Laurencii martiris non soluuntur, quod ipsi per se vel per alium, quemcunque maluerint, sine nostro et sine ciuitatis Parchem aduocato vel iudice, pignus vel ferramentum, quod ryne dicitur, in eodem molendino possunt et poterunt tollere, et aquam ibidem obstruere, quod scu°tten vocatur, donec ipsis eadem decem tremodia persoluantur. Jnsuper habebunt liberam facultatem, sepenominata decem tremodia et proprietatem ipsorum in toto vel in parte aliis dare, in feodum conferre, obligare vel vendere quibuscumque locis ac personis religiosis vel eciam cuilibet seculari. Jn omnium premissorum testimonium et perpetuam firmitatem presentes littere sigilli nostri munimine roborantur. Testes huius rei sunt inprimis: dominus Thydericus plebanus in Plawe, dominus Arnoldus plebanus sancti Petri in Rozstok, dominus Johannes de Retze capellanus et notarius noster, hii clerici; item dominus Bernardus de Belyn, dominus Reyneko Crispus, dominus Johannes de Goltstede, dominus Nicolaus de Malyn et dominus Eghehardus de Eksen, hii milites, cum pluribus aliis fide dignis, qui premissis affuerunt. Actum et datum Rozstok, anno dominice incarnacionis M° CC° XCIII°, in die beatorum martirum septem fratrum.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Parchim mit dem wohl erhaltenen Siegel des Fürsten Nicolaus (abgebildet zu Nr. 1729) an Strängen von gelber Seide. — Gedruckt bei Cleemann, Chronik der Stadt Parchim, S. 182.

1293. Juli 10. Rostock. 2235.

Die Juraten der Petrikirche zu Rostock überlassen an Gerlach ein Kirchenhaus auf seine Lebenszeit.

Euerhardus de Lippia et Gyso pistor, iurati sancti Petri, vendiderunt Gerlaco hereditatem vnam, que Salome fuerat, ad tempora vite sue, quod ipsa

fruatur, ut melius possit, quo mortuo eadem hereditas ad ecclesiam sancti Petri reuertetur, nec heredes dicti Gerlaci quicquam iuris sibi vendicabunt in ipsa; promittentes warandiam diei et anni. Actum anno III°, feria VI^a^ ante Margarete.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 106^b^.

1293. Rostock. 2236.

Der Rath zu Rostock verkauft die Stelle, auf welcher die Kirche des heiligen Clemens gestanden hat.

Ludolfus Pes, Ludbertus de Lagenstrata et Ludbertus Duneuar ex iussu et voluntate communium consulum vendiderunt Bernardo Copman ad manus Seghefridi, generi sui, Hermanno Baken, Hermanno Modenhorst[1] et Henrico Hert spacium illud, vbi fuerat ecclesia sancti Clementis, et quitquit ciuitas ibi habuit, ipsisque resignauerunt rationabiliter, promittentes warandiam diei et anni.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 107. — [1] Der Name: „Hermanno Modenhorst" ist fein durchstrichen.

1293. Juli 15. Mönkhusen. 2237.

Arnold von Schönfeld, Ritter, schenkt dem Kloster Ivenack die Einkünfte von 2 Hufen zu Zwiedorf und bestimmt über die Zahlung einer Summe, die er dem Kloster schuldet.

Nos Arnoldus miles dictus de Sconevelde omnibus in Christo fidelibus salutem in eo, qui in presenti dat gratiam et gloriam in futuro. Cum caritatis sit officium, piis locis salubriter consulere, nec ad eorum grauamen aliquatenus asspirare, visum est nobis rationi consentaneum esse, ut illorum inopiam elemosinis maturitatisque consilio diuino intuitu, in quantum possumus, subleuemus. Hinc est, quod nos Arnoldus miles dictus de Sconevelde tam presentibus, quam futuris presens scriptum perscrutantibus cupimus esse notum: de nostra bona uoluntate et rato arbitrio, necnon de scitu venerabilis viri Hinrici abbatis in Reynevelde, termino uite nostre exspirato dei intuitu ob salutareque remedium anime nostre amicorumque nostrorum sanctimonialibus in Juenach redditus duorum mansorum sitos in villa Twydorp cum omni utilitate et pensione attribuimus annuali. Preterea supradictis dominabus in Juenach cum quadam puella Berta nomine ibidem deo dedicata quadraginta marcas soluere per presentes publice

protestamur; quas si temporibus uite nostre persoluere non ualemus, post obitum nostri temporis Vicke de Palude et Johannes de Gutzecowe pro nobis reddere spoponderunt; et quamdiu prefatos denarios nos Ar[noldus] uel idem famuli V[icke] et Jo[hannes] non fuerint soluturi, nos de bonis nostris seu ipsi de bonis propriis annuatim quatuor marcarum redditus fide data et ratificata procul dubio ministrabunt. Testes huius rei sunt: dominus Hinricus abbas de Reyuelde (!), Fredericus Uulpis de Wolde, Hinricus Wlpis de Stouenhagen, milites, Vicke de Palude, necnon Johannes de Gutzekowe, famuli; item dominus Waltherus et Fredericus magister curie in Monikehusen, fratres, et quam plures alii fide digni. Vt autem hec acta permaneant in vigore debite firmitatis, presentem litteram ipsis contulimus sigilli nostri predictorumque virorum munimine roboratam. Datum anno domini M° CC° XC° III., in Monikehusen, feria quarta in diuisione beatorum apostolorum.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentbändern hangen noch drei Siegel (das vierte ist abgefallen):

1) das parabolische Siegel des Abts von Reinfeld mit dem Bilde eines stehenden Abts, der in der Rechten den Stab, in der Linken ein Buch hält; Umschrift:

— AB — — — — — — GLD

2) das zu Nr. 2158 abgebildete Siegel, mit der Umschrift:

✠ S' — OLDI . GIL — DG : SChO —

3) das auf S. 513 unter Nr. 1 abgebildete Siegel des Ritters Friedrich Voss.

1293. Juli 27 (29). Güstrow. 2238.

Der Rath der Stadt Güstrow bezeugt, dass der Fürst Nicolaus von Werle die dem Kloster Doberan gehörende Mühle aus dem Landrecht zu Stadtrecht gelegt hat.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules ciuitatis Guzstrowe cuncte felicitatis aucmentum. Presenti tenore testimonium perhibemus, quod honorabilis dominus Hiltwardus abbas Doberanensis emit a nobili domino Nycolao de Werle proprietatem molendini in Guzstrowe in hunc modum, quod hereditas ipsius molendini ab omni peticione dominorum, qualiscunque in terra fuerit, sit libera et exempta, nec teneatur iuri terre, quod wlgariter lantrech dicitur, sed iuri de cetero subiaceat ciuitatis. Pro quo domino abbati ille, cuius fuerit hereditas dicti molendini, vltra solitam pensionem, scilicet CC tremodiorum redditus, decem marcas denariorum singulis dabit annis. Jn cuius protestationis signum nostre ciuitatis sigillum huic littere duximus apponendum. Datum Guzstrowe, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, in die Felicis, Simplicii et Faustini martirum.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben auf Kosten der Stadt abgebildete grosse Siegel der Stadt Güstrow mit einem linkshin schreitenden Stier vor einem schräge rechts gelehnten Baume, mit der Umschrift:

✠ SIGILLVM : BVRGENSIVM : D : GVSTROWE :

Das Kreuz ✠ im Anfange steht im Siegelfelde unter dem Umschriftrande. — Vgl. Nr. 1936 und 2169. — Im Ordinar. Zverin. ist der 27. Juli dem Felix, dem Simplicius und dem Faustinus geweiht, in andern Calendarien der 29. Juli. Wie es in dem Caminer Sprengel gehalten ward, ist uns unbekannt. Vgl. Nr. 2239 und 2240. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1547.

1293. Juli 30. Rostock. 2239.

Nicolaus, Fürst von Werle, legt die dem Kloster Doberan gehörende Mühle in Güstrow aus dem Landrecht zu Stadtrecht.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. Multis ac magnis incommodis occurritur, dum res gesta racionabiliter ad conseruandam perpetuam eiusdem geste rei memoriam scriptis autenticis commendatur. Vnde ad cautelam futuri temporis in perpetuum tenore presentium recognoscimus protestantes, quod nos molendinum in ciuitate nostra Guzstrowe, quod a retroactis temporibus hactenus subiacuit communi iuri terre, quod lantrecht dicitur, statuimus et confirmamus ex hoc nunc deinceps iuri ciuitatis, quod statrecht vocatur, perpetuis temporibus irrefragabiliter subiacere, hoc eciam addito, quod ipsum molendinum et homines in ipsius molendini hereditate manentes ab omni grauamine, exactione et peticione dominorum, qualiscumque in terra fuerit, liberi debebunt esse penitus et exempti. Pro hac eiusdem molendini iuris permutacione et melioriacione ac eciam libertate venerabiles et dilecti nobis dominus Hildewardus abbas totusque conventus monasterii de Doberan dederunt nobis centum marcas denariorum in parato. Pro quibus centum marcis, quicunque in hereditate et possessione predicti molendini fuerit, vltra consuetam et annuam pensionem, videlicet centum tremodia bracii ordeacii et centum tremodia bracii auenatici, Doberanensi ecclesie decem marcas denariorum monete de Rozstoc, quinque marcas scilicet in festo pasche et alias quinque marcas semper in festo beati

Michaelis, quocunque casu vel euentu interveniente dabit annis singulis expedite. Jn omnium premissorum testimonium presentes littere sigilli nostri robore muniuntur. Testes huius actionis nostre sunt: inprimis dominus Lodewicus prepositus sanctimonialium sancte Crucis in Rozstoc, dominus Arnoldus plebanus ecclesie sancti Petri in Rozstoc, dominus Johannes de Retze capellanus et notarius noster, clerici; item milites, videlicet dominus Johannes Moltiko, dominus Conradus Moltiko, dominus Fredericus de Kerecdorp, dominus Egkehardus de Ecsen et frater suus dominus Henricus, cum aliis pluribus fide dignis huic actioni nostre principaliter affuerunt. Actum et datum Rozstoc, anno domini M° CC° XC° III°, kalendas Augusti tercio.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt das Siegel des Fürsten Nicolaus, abgebildet zu Nr. 1729. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1544. — Vgl. Nr. 2238 und 2240.

1293. Aug. 3. Güstrow. 2240.

Der Rath der Stadt Güstrow beurkundet, dass der jedesmalige Inhaber der Mühle zu Güstrow dafür, dass dieselbe zu Stadtrecht gelegt ist, jährlich zu der Pacht noch 10 Mk. Pf. an das Kloster Doberan zu zahlen hat.

Omnibus presens cernentibus scriptum consules ciuitatis Guzstrowe cuncte felicitatis aucmentum. Presenti tenore testimonium perhibemus, quod dominus noster nobilis dominus Nycolaus de Werle molendinum intra ciuitatem nostram situm, quod hactenus iuri terre, quod wlgariter lantrecht dicitur, subiacuit, iuri ciuitatis, quod statrecht vocatur, subiecit et litteris sigillo suo communitis confirmauit perpetuis temporibus irrefragabiliter subiacere. Addidit eciam, quod ipsum molendinum et homines, quorum ipsius molendini fuerit hereditas, ab omni grauamine, exactione et peticione dominorum, qualiscunque in terra fuerit, liberi debebunt esse penitus et exempti. Pro hac eiusdem molendini iuris permutacione et melioracione ac eciam libertate venerabilis dominus Hildewardus abbas totusque conventus monasterii de Doberan dederunt eidem domino nostro Nycolao de Werle centum marcas denariorum in parato. Pro quibus centum marcis, quas expenderunt, quicunque in hereditate et possessione predicti molendini fuerit, ultra consuetam et annuam pensionem, videlicet ultra centum tremodia bracii ordeacei et centum tremodia bracii auenatici, Doberanensi ecclesie decem marcas denariorum monete de Rozstoc, scilicet quinque marcas in festo beati Michaelis et alias quinque marcas semper in festo pasche, quocumque casu vel eventu interveniente dabit annis singulis expedite. Jn huius nostre protestacionis signum ciuitatis nostre sigillum huic scripto duximus apponendum. Datum Guzstrowe,

anno domini M° CC° XC° III°, in die invencionis reliquiarum beati prothomartiris Stephani.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einer Schnur von rother und gelber Seide hängt das Siegel der Stadt Güstrow, abgebildet zu Nr. 2236. — Vgl. Nr. 2238 und 2239. — Gedruckt in Bessers Beitr., S. 264.

(1293.) Vor Aug. 10. 2241.

Der Rath zu Rostock ersucht den Rath zu Lübek, Abgeordnete zu der in Wismar auf den 10. August angesetzten gemeinsamen Tagefahrt zu schicken.

Viris prouidis et honestis ipsorumque amicis karissimis, consulibus et vniuersis burgensibus Lubicensibus consules et vniuersitas burgensium in Rozstok obsequiorum suorum plenitudinem sincero semper cum affectu. Discretioni vestre constare cupimus, quod nuncios nostros vestris nunciis in Wissem[ariam] destinabimus in occursum, in die beati Laurencii proximo venturo cum ipsis placitantes; quod ut ydem faciatis, exoramus.

Auf der Rückseite: Consulibus Lubicensibus.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek II, S. 100, aus „dem Original auf der Trese, mit den Schnitten für das Siegelband, aber ohne Spur eines Siegels. Auf das Ende des 13. Jahrh. oder die nächstfolgende Zeit deuten die Schriftzüge hin." — Vgl. Nr. 2242.

(1293.) 2242.

Beschluss der in Wismar versammelten Gesandten der Seestädte wegen Bestrafung derjenigen, so verbotwidrig nach Norwegen gehandelt haben, und insbesondere wegen der aus dem Städtebunde geschiedenen Bremer.

Cum consules maritimi essent congregati in Wismaria, arbitrati sunt super excessibus illorum, qui Norwegiam quesierunt et ibidem nauigauerunt et de eo poterunt conuinci, quod hoc fecerint: quod excessus eorum cum omnibus bonis suis emendabunt; et quicunque excessum suum emendauerit, ponere debet fideiussorem, postquam emendauerit, quod orweydhe faciet, ut nunquam vindicet, quod taliter emendauit. Jnsuper qui excessit, in ciuitate, ubi ciuis est, excessum suum emendabit. Si vero aliquis illorum, qui predictum excessum fecit, suam ciuitatem vitaverit et aliam intrauerit, ipsum cum suis bonis detinebunt, donec demandent ciuitati, ubi ciuis est, quod ipsum detinuerint. Dum uero ciuitas illa, ubi ciuis est, miserit post eum, qui excessit, sine contradictione cum bonis suis, que secum duxit, ipsis tradetur. De Bremensibus autem, qui se de ciuitatibus

confederatis alienauerunt et eiecerunt, sic est arbitratum, si aliquam ciuitat[um][1] in confederacione coniunct[arum][2] intrauerint, quod cum suis bonis illam debent exire ciuitatem.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 551, aus einer Aufzeichnung auf einem Pergamentstreifen, welcher sich zu Lübek auf der Trese befindet. (Auf diesem steht: [1] ciuitatem, [2] coniunctis.)

1293. Aug. 24. Parchim. 2243.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Geistlichen Johann von Wittenburg eine jährliche Kornhebung aus der Mühle zu Parchim zur Errichtung einer geistlichen Stiftung.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus hanc literam inspecturis salutem et omne bonum. Que geruntur in tempore, de facili euanescunt cum tempore, nisi obliuio per scripti memoriam auferatur. Scient ergo tam posteri, quam presentes, quod nos de nostro maturo consensu ac nostrorum heredum vendidimus domino Johanni clerico do Wittenborgh in molendino Hinrici molendinarii, ciuis in Parchim, reditus quartidecimi dimidii chori frumenti cum proprietate, quorum dimidietas est siligo et reliqua pars ordeacium braseum, sicut nos possedimus a nostro patre, auo et proauo, in elemosinam conformandam, .vbicumque locorum dicto domino Johanni magis expediens fuerit et honestum, et eciam hoc fieri decreuimus in salutem animarum parentum nostrorum defunctorum. Si vero, quod deus auertat, sepedictus dominus Johannes medio tempore morte preuentus fuerit ante consummationem iam dicte elemosine, tunc Marquardus, frater domini Johannis, et filii sui vna cum filio Bernardi, fratris iam dicti domini Johannis, in huius consummacionis (!) elemosine permanebunt, ac si sepedictus dominus Johannes viuus in terris permansisset. Huius rei testes sunt hii: dominus Nicolaus de Bruseuiz, dominus Arnoldus de Wozsten, dominus Nicolaus de Belua, dominus Gherardus de Cremon, dominus Nicolaus de Malin, dominus Hinricus de Bruseuiz. Vt autem hec inconwlsa permaneant, munimine sigillorum nostrorum decreuimus roborari. Acta sunt hec in die sancti Bartholomei, anno domini M° CC° LXXXX° tercio. Datum per manum magistri Nicolai in Parchim.

Nach dem Original auf Pergament im Raths-Archiv zu Parchim. An einer Schnur von rother Seide hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel. — Gedruckt bei Cleemann, Chronik der Stadt Parchim, S. 186.

1293. Sept. 20. Lüneburg. 2244.

Otto, Herzog von Braunschweig-Lüneburg, und seine Gemahlin Mechthild gestatten dem Ulrich von Berenfelde, eine Salzhebung aus Lüneburg an Willekin Hanenstert zu verkaufen, welche Letzterer der Domkirche zu Schwerin schenkt.

Des Rhatts zur Wissmar Vidimus vber Hertzog Otten zu Brunsswick vnd Luneburg vnd S. f. g. Gemalin F. Mechtildis brieff, die dises inhalts, das sie Vlrico von Berenuelde frey gegeben haben einen halben Wisspel Saltzes im hause Huttinghe Willekino Hanensterd zu uerkauffen, welchen halben Wisspel Saltzes erwenter Willekinus der Kirchen zu Zwerin gegeben. Datum Luneborg, anno domini 1293., in uigilia sancti Matthei apostoli et euangelistæ.

Datum Transumpti: 1308., feria quarta post Egidii Abbatis.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 61 b. — Vgl. Nr. 2233 und oben Nr. 2245

1293. Sept. 21. Lüneburg. 2245.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, dass Willekin Hanenstert mit Genehmigung des Herzogs Otto von Braunschweig-Lüneburg von Ulrich von Berenfelde eine Salzhebung zu Lüneburg gekauft und dem Dome zu Schwerin geschenkt hat.

Noch ein des Rhatts zur Wissmar Vidimus vber des Rhatts zu Luneburg brieff, so dises inhalts, dass ihre gnediger her hertzog Otto zu Brunswick vnd Luneborg mit willen seiner Gemalin F. Mechtildis Vlrichen von Berenuelde freygelassen einen halben wisspel Saltzes im gantzen hause Huttinge zu uerkauffen. Welchen halben Wisspel Saltzes itzerwenter Vlrich von Berenuelde, wie er in ihrer gegenwertigkeit bekant, Willekino Hanensterd, burgern zu Lubeck [1], verkaufft, die derselbe der Kirchen zu Schwerin gegeben. Datum Lunenborg, anno domini 1293., in die beati Mathei apostoli et euangelistæ.

Datum Transumpti: 1308, feria quarta post diem Egidii abbatis.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 61 b. — Vgl. Nr. 2233 und Nr. 2244. — [1] In Nr. 2233 wird Willekin Hanenstert als Bürger zu Wismar bezeichnet. In Wismar kam die Familie Hanenstert uns schon früher vor (vgl. z. B. Nr. 1952 u. 2152), aber auch in Lübeck lebte am Ende des 13. Jahrh. ein Bürger Namens „Willikinus Hanenstert" (Lüb. U.-B. II, S. 941).

1293. Sept. 23. Colberg. 2246.

Jaromar, Bischof von Camin, gibt dem Kloster Dargun Erlaubniss zur Erbauung einer Kapelle zu Gülzow, als Tochterkirche der Kirche zu Dukow.

Vniuersis, ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, Jaromarus dei gratia Caminensis ecclesie confirmatus salutem in domino. Nouerit vestra vniuersitas, quod ad precum instantiam dilecti nobis in Christo Johannis abbatis totiusque conuentus monasterii in Dargun, ordinis Cisterciensis, licentiam dedimus construendi seu edificandi capellam in villa Gulsowe, que villa ad parrochiam seu ecclesiam in Ducowe spectare dinoscitur, ita quod dicta capella in Gvlsowe filia sit, ecclesia vero in Ducowe mater perpetuo perseueret. Plebanus vero seu rector matricis ecclesie in Ducowe iam dictam capellam in Gulsowe in diuinis officiabit officiis et hominibus dicte capelle ecclesiastica sacramenta fideliter ministrabit. Volumus etiam et permittimus, vt homines dicte capelle ibidem ecclesiasticam habeant sepulturam. Hec omnia fieri concedimus, vt ex hoc matrici ecclesie non aliquod preiudicium generetur. Datum Colberg, anno domini M°CC LXXXXIII., in crastino Mauritii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt die untere Hälfte eines parabolischen Siegels, auf welchem, in einem mit kleinen Kreuzen besetzten Siegelfelde, der Untertheil und die Füsse eines in Fell gekleideten, aufrecht stehenden menschlichen Leibes zu sehen sind, auf dessen linker Hand die untere Hälfte eines Kreises erkennbar ist (Johannes d. T.); Umschrift:

.....ARI . DEI . GRACIA . CA — — — CON — —

— Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 197.

1293. Sept. 30. 2247.

Dethlev Wackerbart bekennt, dass er das Dorf Sehlstorf und 8 Hufen zu Woserin vom Kloster Dobbertin zu Lehn trügt, und das Kloster sie gleich dem an ihn verpfändeten Dorfe Dobbin zurückkaufen kann, und vermacht dem Kloster eine Rente von 30 Mk. aus Wilsen.

Thetleuus Wackerbart thuet bekennen, das er alle seine guter, so vnter dem Closter Dobertin belegen sein, von dem Probste doselbst vnd Closter zu lehne habe: vnd do er ohne menliche leibserben sterben wurde, sollen alle die guter nach seinem vnd seiner frauen tode dem Closter eroffnet werden. Do ihm aber Godt einen Sohn geben wurde, soll dem Closter frey stehen, vorbenomede guter von ihme oder seinem Sohne zu kauffen oder zu losen, dieser gestalt, das sie ihm oder seinem Sohne vor das Dorff Buzcelisdorp und vor 8 Hufen in Woserin tausent marck wendisch geben sollen. Jtem vor das dorff Dobin, welchs er vom Closter zu pfande hat, sollen sie geben 300 Mk. Wendisch.

Die andern seine guter, so er von andern Hern hat, sollen seine tochter haben, aber doch sollen auss dem Dorffe Wilssne den Closteriungfrawen 30 marck wendisch zur kleidung ierlichs gegeben werden. Datum 1293, in die Sancti Jeronymi.

Nach Clandrian, Dobb. Reg., Nr. CCXCII.

1293. Oct. 14. 16. Rostock. 2248.

Die Rathmänner der Städte Wismar und Rostock schliessen mit den Städten Lübek, Stralsund und Greifswald ein Bündniss auf 3 Jahre zur Erhaltung des Friedens und zum Besten der gemeinen Kaufleute.

A.

Vniuersis Christi fidelibus presencia uisuris uel audituris consules ciuitatis Wismarie salutem in domino. Notum esse uolumus et presenti publico instrumento recognoscimus protestando, quod, nunciis ciuitatum videlicet Lubeke, Rozstock, Stralesund, Gripeswold et nostris ob bonum pacis et vtilitatem mercatorum communium cum pleno mandato congregatis, deliberacione suficienti prehabita, tandem finaliter decreuimus cum eisdem: quod vnaqueque ciuitatum predictarum alii fideliter debet assistere in prosecutione iuris sui, nec casu aliquo deserere, siue hoc in terris siue in mari oportunum fuerit, pro modo vnamquamque respiciente, et super hiis inuicem confederationem firmam fecimus a festo Martini proximo ad triennium duraturam. Verum quia negocium arduum et quod plures respicit, plurium habet[ur]' consilio regi et dirigi, ne impetuose procedatur, arbitrandum duximus: quod nulla ciuitatum premissarum quicquam mouere debet, nec sine aliarum consilio et consensu genus gwerre aliquod inchoare; set si in parte aliqua minus iuste lesa fuerit, suas molestias ceteris indicabit ciuitatibus, que mox litteris suis et nunciis necnon modis aliis, quibus poterunt, laborabunt fideliter, si forte via tali huiusmodi molestie possint amicabiliter retractari; sin autem, extunc ciuitates alie ipsam iuuabunt, ita quod ciuitas Lubicensis cum centum viris armis bene expeditis, Rozstok cum LXX, Stralesund cum quinquaginta, Gripeswold cum XXXVIII et nos cum XXXVIII, ut recompensationem optineat sui dampni. Si vero negocium aliquod inchoatum expensis amplioribus indiguerit, ciuitatum dictarum quelibet secundum quantitatem et numerum armatorum prehabitum amplius faciet, donec finem negocii et iusticiam consequantur. Ceterum, si in causis huiusmodi ciuitatibus confederatis ad conueniendum terminus prefigitur, quecumque ipsarum sponte hunc terminum neglexerit, vel si forte due, quelibet earundem in penam centum marcarum denariorum slauicalium cadere debet, que summa debetur

ciuitatibus, que seruauerint arbitrium prenotatum, nisi forte notorie docere possint et causas legitimas protendere ad sui excusationem, quod uenire non poterant illa vice, causa magis ardua ipsarum propositum retardante. Ne autem factum hoc rationabile per nos immutari ualeat aut infringi, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Rozstok, anno domini M° CC° LXXXX° tercio, feria quarta proxima ante diem Galli et Lulli.

B.

Vniuersis Jhesu Christi fidelibus presencia visuris uel audituris consules ciuitatis Rozstoc — — —. *[Der weitere Inhalt lautet A. völlig gleich.]* Actum et datum Rozstoc, anno domini M° CC° nonagesimo tercio, in festo beatorum Galli et Lulli.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 549 und 550, aus den beiden Originalen auf der Trese zu Lübek. An A. hängt das in Bd. II, zu Nr. 764 unter 1. abgebildete Wismarsche, an B. das zu Nr. 786 abgebildete Rostocker Stadtsiegel. (1 A. gibt: habet, B.: habetur.) — Gedruckt ist A. bei Sartorius II, S. 174.

1293. Nov. 11. 2249.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, beurkundet, dass der Ritter Johann von Zernin an den Lübischen Bürger Heinrich, Constantins Sohn, eine widerkäufliche Rente von 20 Mark aus Gr. Görnow verkauft hat.

Nos Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis vniuersis Christi fidelibus presencia visuris in omnium saluatore salutem. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod fidelis noster dominus Johannes de Cernin, miles, Hinrico Constantini filio, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus pro ducentis marcis denariorum slauicorum viginti marcas reddituum eiusdem monete vendidit racionabiliter in villa dicta Magnum Gornowe, quod illos redditus de villanis ibidem anno quolibet in festo sancti Martini percipiat expedite: in quibus villanis, a quibus censum huiusmodi perceperi[n]t, totum ius et iustitiam possidebunt, sicut nunc ista dictus miles possidet in eisdem. Hec empcio per quatuor annos taliter perdurabit. Quodsi dictos redditus semper noluerint possidere, illud ei predicent in quarto anno; hoc enim facto soluet eis dictas ducentas marcas denariorum, et tunc idem redditus ad ipsum militem reuertentur; et si dictas CC marcas tunc Martini non persoluerit, intrabunt Wismariam ad iacendum, qui super hiis fide media promiserunt, scilicet ipsemet dominus Johannes de Cernin, item domini Cunradus Pren, Hinricus de Stenhus, Heino de Stralendorpe et Reimarus de Barnekowe et Ketelhot, gener domini Johannis de Cernin, et Thetleuus de Reuentlo, non exituri nisi dictis denariis persolutis. Loco decedentis idem Johannes

de Cernin statim statuet alium eque dignum. Qui Johannes etiam omnia subplebit, si forte in dictis redditibus aut iudicio seu in aliis defectum aliquem paterentur. Et si dictus Hinricus aut eius heredes retinuerint ipsa bona, loco weddeschat ea tenebunt; et tunc ipse Johannes de Cernin et eius successores nobis seruient de hiis bonis, nec ipsi ciues Lubicenses nobis inde ad seruicia tenebuntur. Sed sciendum, quod dominus Johannes de Cernin ipsa bona reemere poterit, quandocunque sue fuerit voluntatis. Jn cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum anno domini M° CC° LXXXX. tercio, Martini.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das in Bd. II. zu Nr. 872 abgebildete Siegel aus ungeläutertem Wachse mit einem braunen Ueberzug. — Vgl. Nr. 2154.

1293. Nov. 29. Warin. 2250.

Gottfried, Bischof von Schwerin, belehnt seinen Neffen Gottfried von Bülow und dessen Brüder mit 17 Hufen in Fahrenholz.

Godfridus, Bischoff zu Zwerin, belehnet Godfridum vnd dessen Brudere, seligen Heinrich Bulowen ritters, seines brudern, Sohne, mit 7 zehend hufen, belegen zum dorffe Vornholte, die sie von Heinrichen von Magdeborch vnd Adolfo, seinem Sohne, Pastorn zu Qualitz, denen sie sein Vorfar, Bischoff Hermannus, vmb 110 Mk. lub. verkaufft, bekommen haben. Datum Warin, 1293., dominica I. aduentus.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 257^{b}, der dazu bemerkt: „Dass Sigil ist hiruon ab."

(1293.) Wismar. 2251.

Hinze, Weissgärber zu Wismar, kauft vom H.-Geist-Hospital daselbst das Erbe des Hermann von Ratzeburg.

Hereditatem, que fuerat Hermanni de Raceborgh, videlicet domum et granarium, emit Hince witgerwer a domo sancti Spiritus, quam consules ex parte dicte domus eidem libere dimiserunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 195.

(1293.) Wismar. 2252.

Aufzeichnung über die Beilegung eines Streites zwischen der Frau Gerhards des Wollenwebers zu Wismar und den Mönchen von Cismar.

Dissensio quedam fuit exorta inter Gesam vxorem Gerhardi lanificis et monachos de Cicemaria, que finaliter est terminata, ita quod ipsa Gesa presentibus consulibus eos dimisit liberos et solutos.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 195.

(1293.) Wismar. 2253.

Aufzeichnung über den Kauf einer Bude zu Wismar.

Alheydis blauia bagina emit domunculam vnam sitam ex opposito domus Timmonis de Bantecowe a Marquardo monacho, quam sibi coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 195. — Vgl. Nr. 2073.

(1293.) Wismar. 2254.

Aufzeichnung über den Kauf eines Erbes im Osten der Georgenkirche zu Wismar.

Dominus Johannes de Luttekenborgh, sacerdos, emit integram hereditatem Hinrici Dargeribbe, sitam ex opposito ecclesie beati Georgii ad orientem, sibi coram consulibus resignatam eo iure, quo iacent alie hereditates in ciuitate, pro qua warandare promisit Johannes de Crucowe per annum et diem.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 196. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsalterthümern, S. 27. — Dies anscheinend an der Stelle des heutigen Fürstenhofes gelegene Erbe wurde an Johann Derneborg — nach der Bürgermatrikel (A, p. 94) „famulus prepositi Vol." — weiter verkauft: „Johannes Derneborgh emit hereditatem angularem apud sanctum Georgium integram, que fuerat domini Johannis de Luttekenborgh, quam dominus Willekinus Hanenstert, ipsius domini Johannis testamentarius, sibi coram consulibus resignauit." Getilgte Inscription in B, p. 210.

(1293—1294.) 2255.

Der Rath zu Rostock und der Rath zu Wismar ersuchen die Städte Köln, Dortmund, Soest, Münster, Osnabrück, Stade und Hamburg um Beitrittserklärungen zu dem einmüthigen Beschlusse der sächsischen und wendischen Kaufleute, dass von dem Hofe zu [Alt-] Nowgorod nur nach Lübek appellirt werden dürfe.

A.

Honorabilibus viris et discretis, scabinis et consulibus ciuitatis Coloniensis consules Rozstoch promotionis et obsequii, quantum possunt. Noueritis, quod mercatores ciuitatum Saxonie et Slauie decreuerunt vnanimiter [1], quod ipsi in curia Nogardensi eo iure gaudere volunt perpetuo, quo iam ibidem liberaliter perfruuntur. Rogamus igitur, vt ob vtilitatem [2] mercatorum communium tenorem subscriptum, inde confectum, in vestra patenti littera predictis ciuitatibus erogetis:

Vniversis presentium receptoribus scabini, consules ac vniversitas burgensium ciuitatis Coloniensis sinceri affectus plenitudinem cum obsequendi benivola voluntate. Recognoscimus tenore presentium litterarum lucide protestantes, quod honorandis viris, amicis nostris dilectis, burgensibus ciuitatis Lvbicensis in eo iure, quo ipsi et nos ac vniuersi mercatores in curia Nogardensi vsi et gauisi sunt hactenus, assistere volumus et adesse, videlicet vt, si aliquis mercator in eadem curia se in suo iure graualum cognosceret uel sentiret, quod pro recuperatione sui iuris ad nullum alium locum preterquam ad ciuitatem Lvbicensem respectum habere debeat et recursum. In cuius rei euidens testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno et die tali et cetera.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 553, aus dem Original auf der Lübeker Trese. Eben daselbst befinden sich noch die Originale der gleichlautenden Briefe, welche die „consules Rozstoc“ 1) den „scabinis et consulibus ciuitatis Tremoniensis“, 2) den „scabinis et consulibus ciuitatis in Svosato“, 3) den „scabinis et consulibus ciuitatis Monasteriensis“, 4) den „scabinis et consulibus ciuitatis Osnabrugensis“ und 5) den „scabinis et consulibus ciuitatis in Hamburg“ zugehen liessen. Sämmtliche Originale tragen „Spuren des Siegels auf der Rückseite.“

B.

Honorabilibus viris et discretis, scabinis et consulibus ciuitatis Monasterii consules Wismarie promocionis et obsequii, quantum possunt. — *[Der weitere Inhalt stimmt mit A, bis auf* [1] insimul *statt* vnanimiter, *und* [2] bonum *statt* vtilitatem.]

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 554, aus dem Original auf der Trese zu Lübek. Eben daselbst liegen noch die Originale der gleichlautenden Briefe, welche die „consules Wismarie“ 1) den „.. scabinis et .. consulibus ciuitatis Tremonie“, 2) „.. scabini[s] .. et consulibus in Sosato“, 3) „.. consulibus ciuitatum Hamborgh et Stadis“ zugehen liessen. Auch diese Originalschreiben tragen „sämmtlich Spuren des Siegels auf der Rückseite.“ — Gedruckt bei Sartorius II, S. 179.

1293—1297. Rostock. 2256.

Einnahmen der Stadt Rostock von den Thorhäusern und einem Thurme.

Arnoldus rasor habet duas testudines in muro retro domum suam, de quibus soluet annuatim ciuitati XII solidos semper Michaelis.

Item Fredericus de Kyriz habet ibidem duas testudines siue arcus, de quibus similiter soluet ciuitati XII solidos in ipso termino.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 38.

Anno nonagesimo III° Nycholaus de Suerze conuenit spacium vnum supra valuam Cropelin a festo beati Michaelis instante ad quatuor annos, de quo dabit singulis annis III marcam denariorum. Actum anno quo supra, in octaua natiuitatis beate virginis.

Ante valuam dictam est domuncula, que soluit annuatim VII solidos in festo beati Michaelis.

Item Reniko de Lawe et Gotscalcus conuenerunt valuam versus Sywan ad VI annos, annis singulis pro II marcis denariorum. Actum anno nonagesimo VI., Michaelis.

Relicta Nicolai de Suerce conuenit spacium in valua Cropelin pro III marcis ad duos annos. Actum anno septimo, Processi et Martiniani martyrum.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 43.

Nycolaus de Molendino conuenit turrim iuxta portam supra quatuor rotas ad XII annos, de qua dabit annis singulis XXIIII solidos, tali medio, quod ciuitas finitis annis duodec[i]m refundet eidem, quod edificando consumpsit in dicta turri; et si ulterius locari debet, dictus Nycolaus erit vicinior. Actum anno domini M° CC° nonagesimo V°, ad quindenam post pascha, feria VI^{a}, Ludolfo Pede, Lutberto de Lagenstrata et Bernardo Copman tabule presidentibus. Et heredes dicti Nycolai, ut dictum est, si medio tempore obierit, dictam turrim habebunt. Quando hec scripta sunt, Gerhardus et Conradus de Lawe et Henricus Friso [tabule presidebant].

Nicolaus expendit CL marcas circa turrim sibi locatam, et computationem fecit coram consulibus anno nonagesimo VII°, circa pascha.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 149. Der zweite Absatz ist mit schwärzerer Dinte geschrieben.

(1293—1294.) Wismar. 2257.

Testament Ludolfs, des Vogtes zu Wismar.

Testamentum Ludolfi aduocati. Primo contuli ecclesie beate virginis marcam denariorum: item fratribus minoribus IIII marcas et ortum humuli, postquam

fructus huius anni sint inde recepti, quos fructus vxor sua optinebit; item Hennekino filio sororis sue II marcas. Quicquid uero residuum fuerit elemosinis prehabitis, tam in bonis mobilibus, quam non mobilibus, vxor mea integraliter optinebit. Sed si plures adhuc elemosinas erogare voluerit propter deum, domina eum non impediet. Hereditatem et curiam cum omnibus vtensilibus uxor eius optinebit. Jtem predicatoribus marcam denariorum. Presentes erant dominus Marquardus de Walmerstorp et Hinricus Kvle. Jstud stabit testamentum, nisi personaliter contradicam.

Auf einem Pergamentblatte im Wism. Stadtb. A. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtrechtes, S. 40.

(1293—1295.) Wismar. 2258.

Testament Heinrich Lübekerfahrers zu Wismar.

Ego Hinricus dictus Lubekervare testamentum meum preordino tali conditione. Si me ab hoc seculo migrare contingerit, tunc confero ecclesie sancti Georgii I marcam atque plebano VIII solidos, quos ipse diuidet cum suis sociis, vt memoriam sui habeant per annum; item ecclesie sancte Marie virginis VIII solidos atque fibulam argenteam, item ecclesie sancti Nicolay VIII solidos, atque VIII solidos fratribus minorum, sancto Spiritui atque sancto Jacobo VIII solidos, item fratribus predicatorum IIII solidos. Jtem filie mee Ghertrudi X marcas, et hoc cum voluntate domine, et sistam vnam atque superpellicium et duos cussinos atque lectum et duo lentiamina et suam vestem atque tunicam, et hoc cum voluntate fratris domine Hinrici, et Sifrido filio sororis mee confero VI marcas; insuper tribus pueris LX marcas to vordel. Jnsuper eligo dominum Johannem Meyie et Hermannum de Pinnowe, Thytmarus Storm et Johannes de Scluse [1] et Conradus frater Lubekervare, vt ipsi presint pueris meis, secundum quod volunt fateri coram domino. Datum et actum anno domini M°CC°XL°III., Letare, et XL°.

Auf einem Pergamentblatte im Wism. Stadtb. A. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtrechtes, S. 36. — Das Datum ist verschrieben. Das Testament wird aber, abgesehen von der Anführung der Dominicaner, zwischen 1293 und 1295 errichtet sein, da der Testator Ausgangs 1292 (Wism. Stadtb. B, p. 185) zuletzt, und seine Kinder 1295 (ebd. p. 219) als verwaist genannt werden.
[1] Statt Scluse ist zu lesen: Clutze.

(1293—1297.) Wismar. 2259.

Wikburg zu Wismar errichtet ihr Testament.

In nomine domini. Amen. Ego Wicburgis compos mente et corpore sic meum facio testamentum, si morte preuenta fuero. Jstos tutores eligo: Her-

mannum Bitevlegin et Jacobum de Scismerstorpe. Do ad sanctum Nicolaum II marcas, item domino plebano I marca[m], item ad fratres predicatores II marcas et I ollam, item ad fratres minores II marcas et I ollam, item ad dominam nostram II marcas, item ad sanctum Georgium I marcam, item ad sanctum Spiritum I marcam et I ollam, item ad sanctum Jacobum I marcam, item Tidemanno filius (!) sororis mee II marcas item Johanni filius (!) fratris me[i] II marcas, item Wicburch filius (!) sororis mee VIII marcas et II lectisternia et IIII cussinos et I puluinar et nouam togam et novam tunicam et III ollas et caldarium mediocrum (!) et caldarium auricalcum, item neptis (!) mee VI marcas et I lectum et IIII cussinos et I puluinar et vnum balniamen. Item dominis detur de sancto Nicolao quilibet (!) II solidos (!), item custodem (!) I solidum (!), item Gese III ollas (!) et I sistam (!) et omnia braxsatoria et caldarium magnum et caldarium auricalcum.

Nach einem zu Stadtb. A, p. 73, geheftetes Blättchen. Die Erwähnung der Predigerbrüder spricht für die Abfassung nach 1292. Hermann Bitevlege wird nach 1287 (s. Nr. 1938) und 1297 genannt, Jacob von Cismerstorp kommt weiter nicht vor. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des W. Stadtr., S. 38.

(1293—1300.) Wismar. 2260.

Testament des Wismarschen Bürgers Konrad von Schwerin.

Hec ego Conradus de Cwerin cum consensu vxoris mee in vltimo testamento meo, dum tamen adhuc compos mei eram, assignaui piis locis et personis. Vxori mee do inante XXX marcas denariorum in vtensilibus, videlicet in sartagine et in vasis braxatoriis et in aliis vtensilibus. Jtem fratri meo Brand do X marcas denariorum inante de bonis meis, que fratribus meis et sororibus post mortem meam hereditario iure poterunt deriuari; item fratribus predicatoribus VI marcas, quod per annum diebus singulis missam pro salute anime mee dicant: item II marcas ad dominam nostram, item ad sanctum Georgium marcam denariorum, ad sanctum Nicolaum marcam I, fratribus minoribus marcam I. Presentes erant Hermannus de Pinnowe et Johannes de Lewetzowe, Johannes phisicus et Jacobus de Cwerin.

Auf einem Pergamentblatte im Wism. Stadtb. B, neben p. 2. — Der Rathsherr Hermann von Pinnow wird zuletzt 1300, März 28, genannt. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtr., S. 37.

(1293—1300.) Wismar. 2261.

Hoyer Grapengeter, Bürger zu Wismar, errichtet sein Testament.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Hogerus dictus Craterator, sanus mente, licet eger corpore, ultimam meam uoluntatem ordinans in hunc

modum, inprimis assigno leprosis ad hospitale marcam denariorum ad refectionem eorum, item duas marcas denariorum ad domum Spiritus sancti, ut inter se diuidant. Jtem ad sanctum Georgium dat vnam marcam, item ad beatam virginem I marcam denariorum, item fratribus predicatoribus I marcam denariorum, item ad sanctum Nicolaum I marcam denariorum ad edificium, item fratribus in Dargun I marcam denariorum, item fratribus minoribus in Wismaria XX solidos sterlingorum, ut inter se diuidant, item II marcas pro calceis, ut pauperibus erogentur, item Gertrudi cognate mee IIII marcas denariorum, si ad legiti[mam] etatem peruenerit et maritum duxerit, quodsi infra statutum tempus moreretur, in pios vsus erogabitur. Jtem predicto puero, si vixerit, dabit vxor mea lectisternium vnum et IIII^{or} cussinos et II lintheamina et II ollas. Jtem vxori mee Gerthrudi relinquo omnem hereditatem meam et omnia alia bona mea mobilia et immobilia, de quibus soluet debita mea. Jtem X marcas retinebit vxor mea Gerthrudis, cum quibus specialiter ordinabit michi pro salute anime mee missas, vigilias et oraciones. Exsequtores testamenti sui sunt dominus Johannes de Lewisowe et dominus Hasso de Gawissowe. Et ut predicta ordinacio testamenti mei firma premaneat (!), presens littera consulibus presentetur. Dominus Hildebrandus Rikelant et dominus Ludolfus de Bvkowe interfuerunt, cum predictus Hogerus testamentum suum ordinauit.

Nach dem Original, wie es scheint, eingeheftet zu Stadtb. B, p. 131. Dies Testament muss zwischen 1292 und 1300 fallen; 1292 kamen die Predigermönche nach Wismar und 1300 erscheinen zuletzt die Rathmänner Hasse v. Gawetzow und Hildebrand Rikeland.

1294. Rostock. 2262.

Anleihen der Stadt Rostock.

Memorandum, quod Johannes Albus apud sanctum Spiritum prestitit ciuitati mille marchas denariorum vsualium, de quibus ciuitas dabit dicto Johanni in festo beati Michahelis centum marcas. Et mille predictas marcas refundet eidem de prima collecta nunc instante. Quodquot eciam annis M marcas ciuitas tenebit, semper C marcas in festo beati Michahelis Johanni erogabit; et in arbitrio est predicti Johannis, si mille marcas prehabitas prestare voluerit.

Jtem dominus Johannes Rufus prestitit ciuitati quingentas et quinquaginta marchas [*verbessert:* quadringentas marchas]. Et commisit gracie consulum, quid ipsi facere voluerint de pecunia memorata.

Jtem Bertrammus Dame prestitit CC marcas, quas refundet eidem de prima collecta. Et XX marcas superaddet, et ista de theloneo.

Jtem idem Bertrammus prestitit CC marcas in festo pentecostes. Dabunt ipsi de C X marcas.

Henricus Monachus emit XX marcharum redditus a ciuitate pro CC marcis denariorum. Et ciuitas soluet eidem X marcas in festo beati Michaelis et X in pascha; et quando ciuitas reemere voluerit, in festo pasche uel Michaelis habebit liberam facultatem. Renikinus de Lawe, Ludolfus Pes et Henricus Menrici tabule presidebant.

Ciuitas tenetur Bertrammo Dame [*verbessert:* Hermanno Lise] CC marcas, de quibus dabunt annuatim XX, et soluent in pascha.

Jtem tenetur ciuitas Johanni Lyse C et quinquaginta marcas, de quibus soluent annuatim consules XV marcas denariorum in pascha.

Rostocker Stadtbuch D, fol. 41.

1294. Wismar. 2263.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen mehrere neue Worthen von dem Garten des H.-Geistes.

1. Hermannus molendinarius et Johannes de Cluce emerunt duas areas superiores de orto domus sancti Spiritus, quas ipsis consules libere resignarunt.

2. Jtem Gerhardus Hoppenrodhe emit aream quandam protendentem a noua platea super ortum domus sancti Spiritus a consulibus, quam sibi consules libere resignarunt.

3. Hermannus Pinnowe emit angulum sibi demonstratum ab ista parte alle[c]othece, quem sibi consules dimiserunt.

4. Hermannus frater Johannis de Cluce emit aream terciam ad aquas, proximam areis duabus, quas emerunt Hermannus molendinarius et Johannes de Cluce, quam sibi consules resignarunt.

5. Moysalle emit aream unam nouam, sitam apud plankas apud aream Godekini Wadsak, quam sibi coram consulibus resignabant proconsules ex parte ciuitatis.

6. Jtem Gerd Slauus emit ibidem unam nouam aream a Tidmaro Herewigis sone, quam consules ei liberam dimiserunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 197 und 198.

(1294.) Wismar. 2264.

Hermann Lasche kauft von seinem Bruder Hinzeke 5 Mark Rente aus der Gruben-Mühle und der Mühle vor dem Meklenburger Thore zu Wismar.

Hermannus Laske emit a fratre suo Hincekino, qui se religioni reddidit, quinque marcarum redditus, quos habuit in molendino super recenti fossa et in

molendino ante portam Mekelenborgh, quos sibi per tutorem coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 198.

(1294.) Wismar. 2265.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen an Heinrich Hohenwendorf 10 Mark Rente aus dem Rathhause für 125 Mark.

Hinricus Howentorp emit a consulibus in consistorio decem marcarum redditus pro XXV marcis et centum, quos ciuitas reemere poterit pro eadem pecunia Nicolai.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 199. Die Schrift ist getilgt. — Vgl. Nr. 2267.

(1294.) Wismar. 2266.

Hermann Vogel zu Wismar verpfändet seinem Schwiegervater Arnold sein Haus.

Hermannus Uolucer habet sub se XXX marcas denariorum, que attinent socero suo Arnoldo, pro quibus inpignorauit domum quandam sitam ex opposito stabuli ciuitatis, et ad hoc pro defectu compromisit.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 199.

(1294.) Wismar. 2267.

Der Rath zu Wismar verkauft 50 Mk. Pf. Renten an Ludolf von Bukow, Hildebrand Rikeland und Heinrich von Hohenwendorf für 625 Mk. Pf.

Ludolfus de Bucowe emit a consulibus, tam presentibus, quam prioribus, pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum slauicalium XX marcarum redditus, quos de XX locis sibi demonstratis in consistorio inter pannicidas tollet expedite in festo Michaelis annuatim, quando sortes mittuntur, quos tamen consules reemere poterunt pro eadem pecunia Nicolai.

Hildebrandus Rikeland de consensu et beneplacito tam nouorum, quam priorum consulum emit in consistorio pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum slauicalium XX marcarum redditus, quos tollet annuatim expedite in festo Michaelis, dum sortes mittuntur, de primis XX locis sibi demonstratis inter pannicidas ad partem illam angularem, ubi presidetur iudicio, quos redditus reemere poterunt consules pro eadem pecunia Nicolai.

Henricus Hoventorp de consensu et beneplacito tam n[ou]orum, quam priorum consulum emit in consistorio pro XXV marcis et centum decem marcarum redditus, quos tollet annuatim expedite in festo Mychaelis, dum sortes mittuntur, de locis sibi demonstratis inter pannicidas, quos redditus reemere poterunt consules pro eadem pecunia Nycolai.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 201 und 202. Die 1. und die 3. Einzeichnung sind getilgt. — Vgl. Nr. 2265.

(1294.) Wismar. 2268.

Das Kloster Reinfeld und die Wittwe des Wismarschen Rathmanns Ricolf auf der Grube lassen die Grüningsmühle dem Müller Hermann zu Erbpacht auf.

Monachi de Reynevelde et relicta Ricolfi super fossa per procuratorem dimiserunt Hermanno molendinario molendinum in Karowe hereditario iure, vnde dabit annuatim eisdem monachis XIII marcas et predicte domine XI marcas et persoluet domino terre censum suum et faciet sibi idem molendinum, quanto poterit utilius pro suo commodo. Et si uendere uoluerit, poterit eo pacto et iure, quo ipse habuit et possedit, sed filia fratris eiusdem Ricolfi, que est in Nouo Claustro, habebit de predictis XIII marcis vnam marcam annuatim ad tempora uite sue.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 202.

(1294.) Wismar. 2269.

Johann von Rostock zu Wismar kauft eine neue Worth daselbst.

Johannes de Rozstok emit vnam nouam aream, apud plankas sitam, ab Hermanno de Pinnowe, quam sibi coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 205.

(1294.) Wismar. 2270.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen zwei Worthen an Hinze von Parin.

Hince de Porin emit a consulibus duas areas sitas in fine fosse sancti Spiritus pro VIII marcis denariorum, quas sibi consules resignabant.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 207.

(1294.) Wismar. 2271.

Aufzeichnung über den Kauf eines Hauses beim Hofe der Fürstin Anastasia zu Wismar.

Bertrammus Sustrate et vxor eius Heylewigis emerunt hereditatem angularem integram, apud curiam domine Magnopolensis sitam, quam Marquardus monac[h]us eisdem coram consulibus resignauit, et frater suus Hinricus Howentorp cum eo warandiam fecit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 210.

(1294.) Wismar. 2272.

Aufzeichnung der Schulden, wegen welcher Henneke Rodekogel zu Wismar sein Erbe verpfändet hat.

Henneke Rodecogel inpignorauit omnem hereditatem suam ciuibus nostris subscriptis, videlicet Lamberto de Cluce super fossa pro decima dimidia marca; item Tidemanno Lewezo[we pro] XLIIII^{or} marcis; item Willekino Hagedorn pro IIII^{or} marcis et I solido; item Wernero cauponi pro XVIII marcis; item aduocato Kinderuader pro XVIII marcis III solidis minus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 210.

(1294.) Wismar. 2273.

Windela von Weitendorf zu Wismar macht ihr Testament.

Ego Windela dicta de Wetendorp assignaui genero meo Gherardo dicto de Borken omnia instrumenta, que ad braxaturam pertinent, siue maiora siue minora, V caldarios, III nigros et II de auricalco, et VI ollas et omnia suppellectilia, que ad lectos pertinent, X porcos magnos et paruos et vnam sistam et vnam tinam, que inpignorata sunt michi pro VII solidis, quas reddat illi, cuius sunt, si dederit VII solidos. Jsta omnia prescripta assignaui predicto Gherardo pro VIII marcis, quas promisi sibi dare cum filia mea, vt fideiussores liberos et sine omni impetitione dimittat. Jnsuper ego Windela assignaui genero meo Johanni dicto de Borken in hereditate mea IX marcas, quas pro me paratas expendit, et debet habere inmediate post Johannem dictum Papa et Hinricum dictum Wodarghe, antequam aliqua alia persoluuntur. Jtem. quicquid frater meus Hinricus dictus institor et Hinricus sutor dictus de Borken et Johannes gener meus et Gherardus gener meus cum hereditate mea ordinauerint, ratum teneo.

Auf einem Pergamentblatt im Wism. Stadtb. A.

1294. Loiz. 2274.

Lutgard, Wittwe des Johann von Erteneburg, verleiht dem Kloster Ivenack die Einkünfte von 2 Hufen zu Gnewekow (in Pommern).

In nomine domini. Amen. Ut, que gesta sunt, inconuulsa permaneant, necesse est litterarum testimonio perhennari. Nouerint igitur tam posteri, quam presentes, quod ego Luthgardis relicta domini Johannis dicti de Erteneburch bone memorie de consensu filiorum meorum Reinbernni videlicet et Bertoldi contuli ecclesie in Yuenak sanctimonialium duorum mansorum reditus in Gnewekowe tali forma, vt, si quando filii mei iam dicti voluerint, possint pro quinquaginta marcis denariorum libere redimere dictos mansos. Ne autem super hoc alicui dubium oriatur, presens scriptum sigillo filii mei Reinbernni volui communiri. Actum datumque Lositz, anno M° CC° LXXXXIIII°.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegelband, aus dem Pergament der Urkunde geschnitten, trägt kein Siegel mehr.

1294. Jan. 7—13. Wittenburg. 2275.

Nicolaus, Graf von Schwerin, beurkundet, dass die Räthe der Herzoge von Sachsen dem Dom-Capitel zu Ratzeburg herzogliche Rechte in den Besitzungen des Capitels im Lande Ratzeburg verkauft und sich verpflichtet haben, die Bestätigung der Herzoge zu erwirken.

Omnibus presencia uisuris seu eciam audituris Nicolaus dei gracia comes Zwerinensis salutem in domino. Quod audiuimus, hoc loquimur, et quod vidimus, hoc testamur, quia, que uidimus et audiuimus, non possumus non loqui. Eapropter nouerint hii, quos id nosse conuenit, quod nobis presentibus, videntibus, audientibus et consencientibus honesti et discreti milites et domini uidelicet Hermannus dictus Ribo senior et Emeco dictus Haco et Thetlewus de Parcantin et Hinricus Scacowe et Godscalcus de Mustin et Albertus Lupus et Johannes Balch, illustris principis Alberti Saxonie ducis ac nobilium domicellorum scilicet Johannis et Alberti eiusdem Saxonie ducum, dicti ducis Alberti fratruelium, consiliarii ac vasalli fideles, vendiderunt nomine principum iam dictorum honorabilibus viris preposito, priori et capitulo Raceburgensi in ius et perpetuam proprietatem omnia ea, si qua ipsis conpetere videbantur de iure uel de facto in omnibus bonis, que nunc habent in districtu et territorio Raceburgensi, que propriis uocabulis duximus exprimenda: villam Campow cum omnibus suis attinenciis, villam Cythene Maiorem et Cythane (!) Slauicalem cum suis attinenciis, villam Goldense cum suis attinenciis, villam Clotisfelde cum suis attinenciis, villam Oldenborch cum suis attinenciis, villam Walegoldesfelde (!) cum suis attinenciis, duos mansos in villa Panthen, in

Hermanstorp duos mansos, in Sicco Allodio IX mansos cum dimidio, item mansos ad parrochialem ecclesiam in Slawakestorpe pertinentes, et duo molendina prope stagnum Raceborch situata, item liberam piscacionem in tribus stagnis, scilicet in stagno Lancowe, in stagno Goldense, in stagno Oldenborch, cum omni eo iure, quo ipsam habebant nobiles antedicti, pro septingentis marcis denariorum Lubescensium, tali condicione adiecta, ut de prefata pecunia centum marce remittantur ad peragendam anniuersariam memoriam illustris principis Johannis quondam ducis Saxonie, patris domicellorum supra nominatorum. Jn villis autem superius expressis ecclesia Raceburgensis plena gaudeat libertate, iudicio videlicet colli et manus, tam in villis, quam in omnibus terminis earundem, cultis pariter et incultis, in agris, in pratis, campis, pascuis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, in viarum exitibus et regressibus, et generaliter de omnibus illis, que infra limites supradictarum villarum, secundum quod ea distinxit fidelis antiquitas, continentur. Jtem bona sepedicta libera erunt et penitus absoluta ab omni grauamine, scilicet peticione maiore et minori, ab exactionibus, quas in bonis ecclesie vendicare consueuerant duces, in porcis, in pecunia, in annona, ita quod extunc nichil iuris ducibus competat in eisdem; prouiso eciam ut, cum homines ecclesie ad terre defencionem, ad castri municionem, ad pontis reparacionem fuerint enotandi (!), hoc denunciabitur preposito Raceburgensi vel suo nuncio, ut hii, qui de hominibus ecclesie ad (v)illa tenentur, per prepositum aut eius nuncium euocentur, et si necesse fuerit et hoc exegerit ipsorum hominum maliuolencia, inpignorentur a preposito et ad prehabita conpellantur. Jtem homines ecclesie, qui ad predicta seruicia sunt astricti, ad fossata uel aggeres conportandos extra territorium Raceburgense minime conpellantur. Nec ad commune terre placitum, quod wlgo lantthing dicitur, homines ecclesie Raceburgensis tenebuntur inantea frequentare. Jtem milites superius positi nominatim fide prestita corporali in manus nostras singuli promiserunt, quod contractum empcionis et uendicionis coram nobis habitum et racionabiliter celebratum perficiant, conpleant et ad debitum finem perducant, ita ut, cum primum senioris ducis Saxonie et suorum fratruelium haberi poterit copia uel facultas, priuilegia exinde concepta et conscripta expediant et procurent sigillis autenticis dictorum principum perhennari et fideliter communiri. Quodsi casu contingente infra mensem inmediate sequentem illum diem, quo citra Albeam haberi potu[er]it copia principum predictorum, moram fecerint et procurare neglexerint priuilegia iam prefata, ciuitatem Wittenborch intrabunt VII milites prenotati, inde non exituri, donec satisfecerint plenarie preposito et capitulo de premissis. Jtem fide data in manus nostras iidem milites promiserunt, quod, si quisquam principum supra nominatorum, quorum nomine memoratus contractus extitit celebratus, prius, quod absit, de medio tolleretur, quam Raceburgensis ecclesia recepisset per priuilegia sufficiencia munimenta, dicti milites tenebuntur in ciuitatem Wittenborch se recipere, nullatenus exituri, donec preposito et capitulo

antedictis precaueant et prouideant de priuilegiis, sigillis autenticis roboratis, quibus huiusmodi contractus confectus et conscriptus plenarie contineatur, et taliter, vt preposito et capitulo sufficiat, firmissime roboretur. Si uero medio tempore contingeret aliquem decedere, quod deus auertat, de numero VII militum iam sepe dictorum residui sex, postquam hoc ipsis mandatum ac denunciatum fuerit a preposito et capitulo, infra quindenam alium statuent in locum defuncti, qui ipsis condicione et genere sit equalis; alioquin ciuitatem Wittenborch intrabunt, non exituri nisi de gracia et fauore prepositi et capituli Raceburgensis ecclesie speciali. Et ne dubitacionis scrupulus aut cauelacionis materia, vnde res possit venire in dubium, de predictis omnibus oriatur, nos presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione fecimus fideliter communiri. Datum Wittenborch, anno domini M° C° C° XC° IIII°, infra octauam epyphanie domini saluatoris.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche. — Gedruckt bei v. Westphalen II, p. 2224; Schröder, P. M. II, S. 2979. — Vgl. unten 1295.

1294. Jan. 12. Lüneburg. 2276.

Dietrich vom Berge und Werner von der Schulenburg, Ritter, tragen den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin die Zehnten aus Lehmke (im hannov. A. Bodenteich), Bohlsen und Hansen (A. Oldenstadt), welche sie an das Kloster Ebstorf verkauft haben, zur Verleihung an dieses auf.

Nobilibus viris, dominis suis karissimis, Helmoldo et Nicholao fratribus comitibus de Zwerin Thidericus dictus de Monte et Wernerus dictus de Schulenborch, milites, cum debite fidelitatis constancia obsequium in omnibus beniuolum et paratum. Decimas Lembeke, Boltessen et Hanhusen, ita quod vnus nostrum cuiuslibet decime vnam medietatem et alter nostrum earumdem decimarum reliquam medietatem, quas a vobis et vestris heredibus nos et nostri heredes tenemus et tenere debemus in pheodo, vestre nobilitati sub ea forma, quam honorabilis vir Albertus prepositus in Ebbekesthorpe statuit, qui dictas decimas a nobis et nostris heredibus titulo empcionis comparauit, videlicet quod perpetuo maneant in monasterio Ebbekesthorpe ad dei honorem et diuinum cultum ampliandum, per presentes litteras resignamus et coram vobis ore et manu, quandocunque vestri copiam habere poterimus et quandocunque requisiti fuerimus, conabimur resignare. In cuius nostre resignacionis testimonium presentem litteram nostris sigillis fecimus roborari. Datum Lvneburch, anno domini M° CC° XC° IIII°, pridie idus Januarii.

Nach dem Original unter den Urkunden des Klosters Ebstorf. Der erste Pergamentstreif hat sein Siegel verloren; an dem zweiten hangen noch zwei Fragmente von dem merkwürdig grossen Siegel des Ritters Werner v. d. Schulenburg, oben mit zwei Stiefeln, unten mit einer Klaue. Umschrift:

— ſ€IL — — — — €RI D€ — —

— Gedruckt: bei Westphalen IV, p. 950; Lünig, Corp. Jur. feud. Germ. II, p. 1547; de Beehr, Rer. Mekl. lib. III, p. 471; Lenz, Brand. Urk. Bd. II, S. 907. — Vgl. Nr. 2284 und 2286.

1294. Jan. 13. Rostock. 2277.

Nicolaus, Fürst von Rostock, befreiet das Kloster Dargun und dessen Unterthanen von jedem Zoll in seinen Landen.

In nomine domini. Amen. Nycolaus dei gratia dominus de Rozstok omnibus Jhesu Christi fidelibus presentes litteras visuris salutem in domino sempiternam. Ne rerum gestarum compositio decursu temporis euanescat, solet eam discretorum prouidentia litterarum testimoniis perhennare. Patefacimus itaque presentibus, posteris et futuris hiis in scriptis, quod nos de maturo et discreto vniuersorum ac singulorum consiliariorum nostrorum consilio et assensu dilectos nobis in Christo fratres monasterii Dargunensis, ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, et ipsorum subditos in nostro dominio commorantes ammodo et in perpetuum concedimus et esse volumus liberos et exemptos a quouis genere thelonei, quocumque etiam nomine illud censeatur, ita quod, vndecumque quippiam ad terras nostras quocumque modo apportauerint siue inde asportauerint, de hoc nulli hominum in nostro dominio qualemcumque thelonei portionem soluere teneantur. Ut autem huiusmodi gratia a nobis et nostris legitime ac racionabiliter facta non queat in posterum aliquorum calumpnia infirmari, presentes litteras inde confectas iussimus sigilli nostri appensione confirmari. Testes sunt consiliarii nostri et vasalli fideles: Gherhardus de Rozstok, Johannes et Georgius Molteke, Aluericus et Hermannus de Snakenborg, Fredericus Babbe, Johannes Smekere, Bertoldus de Jorke et alii quam plures. Datum Rozstok, anno gratie M°CC°XC° quarto, in octaua epiphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von grüner und weisser Seide hängt das hieneben abgebildete runde Siegel des Fürsten Nicolaus von Rostock aus rothem Wachs, mit einem steif gezeichneten, rechts gekehrten, aufsteigenden Greifen und der Umschrift:

✠ SIGILLVM ○ NICHOLAI ○ DOMINI ○ DE ○ ROZSTOC

Dieses Siegel, das einzige der Fürsten von Rostock mit einem aufsteigenden Greifen, ist das zweite Siegel des Fürsten Nicolaus von Rostock, welches derselbe bis zu seinem Ende führt. Sein erstes Siegel ist zur Urkunde Nr. 1868 abgebildet. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 199.

1294. Jan. 16. Güstrow. 2278.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Dom-Collegiatstift zu Güstrow das Eigenthum einer Hufe zu Zehlendorf, welche Konrad von Brokhusen der Kirche vermacht hat.

In nomine domini. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus hoc scriptum cognoscentibus salutem in uirginis filio Jhesu Christo. Quoniam ecclesiam conuentualem in Gustrowe multo caritatis feruore, sicut tenemur, diligimus, animum nostrum libenter ad omnia inclinamus, que utilitati eius uidentur congruere, ut affectum nostrum sincerum senciat per effectum. Pateat igitur tam presentibus, quam futuris, quod nos ob reuerenciam dei et gloriose uirginis matris eius, Johannis ewangeliste, necnon et beate Cecilie, dedimus prefate ecclesie in Gustrowe proprietatem cuiusdam mansi in villa Celendorp siti, quem mansum Conradus de Bruchusen dictus bone memorie legauit cum omnibus fructibus inde prouenientibus eidem ecclesie perpetuo ad commodum et decorem. Vt igitur hec nostra donacio firma et inconwlsa permaneat, presentem litteram super ista conscriptam nostri sigilli munimine duximus roborand[a]m. Datum Gustrowe, anno incarnacionis domini M° CC° XC° IIII°, in die Marcelli pape et martyris.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. XI.

(1294. Zarrentin.) 2279.

Das Kloster Zarrentin gewährt dem Dom-Capitel zu Ratzeburg Brüderschaft und bittet um Erwiderung derselben.

Honorabilibus viris et discretis preposito, priori totique Raceburgensis ecclesie capitulo abbatissa humilisque conuentus ancillarum Cristi in Cernentyn salutem vite, que nunc est, pariter et future. Cum sitis spiritualium amatores, vestris auribus credimus complacere, si tantum spiritualia postulamus. Nichil igitur terreni, nichil, que huius mundi sunt uel que ad corporum sustentacionem pertinent, a uobis petentes, omni qua possumus humilitate fraternitatem uestram requirimus nobis dari, quam cum plenitudine oracionum nostrarum et omnium benefactorum nostrorum vobis transmittimus per presentes, facture deinceps pro vestris mortuis, quod tenemur, cum dies obitus ipsorum nobis fuerit nunciatus. Super data nobis uestra fraternitate petimus nos uestris litteris communiri.

Nach dem Copiar der Ratzeburger Kirche (I) zu Neu-Strelitz. — Wegen der Zeitbestimmung vgl. Nr. 2280.

1294. Jan. 21. Ratzeburg. 2280.

Das Dom-Capitel zu Ratzeburg nimmt die Nonnen des Klosters Zarrentin in seine Brüderschaft auf.

Deuotis ac deo dicatis virginibus abbatisse ceterisque sanctimonialibus feminis in Schernetin, ordinis sancti Benedicti, prepositus et capitulum ecclesie Raceburgensis, in virginitatis proposito complacere virginum sponso pro nostra fraternitate rogantes. Nobis scribitur, quod nichil terreni, nichil, quod ad usum corporis pertinet, sed orationum nostrarum participium desideratis et alia eterne salutis suffragia precibus obtinere, quod sacris virginibus congruit, que terrena habitacula egresse mansionem celicam elegerunt, que mundanis amenitatibus omnino dispectis ad celestes delicias dirigunt gressum suum. O gloriosum virginitatis propositum! Sed gloriosior fructus eius; cum enim iustus quisque sequi domini sui uestigia iubeatur, de uirginibus legitur, quod secuntur agnum, quocumque ierit. Digne igitur agni pedissecas in fraternitatem nostram admittimus, que huius agni mansuetudinem ex familiaritatis contubernio assiduo comitatu nobis valent suis precibus impetrare. Idcirco in fraternitatem nostram deuotis vos affectibus admittentes, communionem nostrarum orationum et omnium bonorum operum, que apud nos fiunt, vobis tribuimus, volentes diem obitus uestri talibus spiritualibus beneficiis peragere, qualibus pro nostris fratribus est consuetum. Quod nobis fieri petimus versa uice. Datum et actum Raceburg(en) in capitulo ecclesie nostre, anno domini M° CC° XCIIII°, in die beate Agnetis virginis.

Nach dem Original unter den Zarrentiner Urkunden im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer geflochtenen Schnur von grüner Seide hängt das zu Nr. 1594 abgebildete dritte Ratzeburgische Capitelsiegel, dessen obere Platte aus violettem, jetzt verblichenem Wachse besteht. — Vgl. Nr. 2279.

1294. Nach Febr. 2. Rostock. 2281.

Hermann von Moltenow und Hermann der Gärtner verkaufen dem Arzte M. Arnold von Vifhusen ein Erbe in Rostock zu Stadtrecht.

Hermannus de Oltena [1] et Hermannus ortulanus vendiderunt magistro Arnoldo physico hereditatem quandam, quam habebant communiter iuxta Bertoldum Meybom in area Ludolfi Bolderic, ipso Ludolfo consenciente. de qua area dictus magister Arnoldus dabit annis singulis dicto Ludolfo tres marcas denariorum pro censu aree, et sic perpetuo possidebit. Dictus vero magister Arnoldus [2] de dicta hereditate iura seruabit ciuilia et ipse frui poterit ad vsus suos, eo tamen excepto, quod nulli det aut venda(n)t ecclesie, sed suis amicis ad manum secularem poterit assignare. Ty. de Lawe, Obbertus et Henricus tabule presidebant. Henricus filius assatoris [3] pro Hermanno warandiam (!), prout ius exigit ciuitatis, anno domini M° CC° nonagesimo quarto, post festum luminum.

Nach dem Rost. Stadtb. 1295—1304, fol. 92°, mitten unter Aufzeichnungen aus dem J. 1298, doch mit anderer Dinte geschrieben als diese, später aber getilgt. Auf fol. 113[b] ist diese Einzeichnung fast wörtlich wiederholt, mit den Abweichungen: [1] Holtena — [2] magister Arnoldus de Quinque Domibus — [3] assator. — „Arnoldus de Quinque Domibus" hatte dies Haus noch 1299 (fol. 106[b]).

1294. Febr. 23. Grüssow. 2282.

Johann von Grüssow verkauft dem Pfarrer Heinrich zu Grüssow für seine Kirche die Einkünfte von 2 Hufen daselbst und schenkt dazu das Holz von einer Hufe bei seinem Hofe Kummerow.

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Nouerint ergo tam presentes, quam futuri, quibus fuerit presens scriptum recitatum, quod dominus Hinricus plebanus in Grussowe emit a nobis, Johanne de Grussowe, redditus de duobus mansis in Grussowe cum omni iure et vniuersis attinenciis ad usus ecclesie sue, tam in lignis, quam in pascuis, in aquis, in cespitibus, in graminibus et in aliis superfluis, sibi et suis successoribus perpetuo possidendos, cum omni iurisdicione vasallorum, inter quatuor mansos, prout ipse voluerit, eligendos. Jtem quicquid domino Hinrico placuerit, vtrum ad commune diuinum officium voluerit, ordinabit. Jtem quicquid erroris uel discordie in predictis redditibus fuerit, nos Johannes infra hinc et festum Johannis baptiste terminabimus omni dubio procul moto; quod si non fecerimus, dominus Hinricus mansum Johannis molendinarii et reliquum mansum Theoderici Mangonis et quatuor ouerlant, cum lignis, pratis, graminibus, cespitibus, necnon aquis optinebit. Jtem nos Johannes ad quatuor ouerlant ligna vnius mansi, fructifera et non fructifera, quibus vtimur ad curiam nostram Kummerowe, domino Hinrico ac suis successoribus donamus perhenniter possidere. Jtem nos Johannes predictos mansos cum nostra vxore domino Hinrico coram nostro domino Nicolao de Werle resignauimus, sicut decet. Jtem si predicti mansi plus in redditibus habuerint, dominus Hinricus secundum computacionem marcarum in nostra voluntate permanebit. Ne ergo domino Hinrico ac suis successoribus aliqua calumpnia in posterum oriatur, nos Johannes nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Huius rei testes sunt: Hinricus Dusterwolt, Ditmarus Groper, Johannes frater suus et Jacobus, Conradi ambo, Magorius, Reybernus et alii quam plures fide digni. Actum anno domini M° CC° XC° IIII°, in vigilia Mathie apostoli, in villa sepius prelibata. Johannes Stolteleyge, Gotfridus Cracowe, Reynerus Aduocatus, Nicolaus Suagerus, Reybernus, Marquardus de Vico, Fredericus Pistor et alii quam plures, qui hiis placitis intererant.

Nach dem Original im Archiv des Klosters Malchow. An einem Pergamentstreifen hängt ein unkenntliches Stück von einem ziemlich grossen Siegel.

1294. März 3. Paris. 2283.

Philipp, König von Frankreich, ertheilt den Kaufleuten von Lübek, Gothland, Riga, Campen, Hamburg, Wismar, Rostock, Stralsund und Elbing Handelsfreiheit in seinen Landen, mit Ausnahme englischer, schottischer und irländischer Waaren und unter dem Vorbehalt, sich der Schiffe der genannten Städte in seinem Kriege mit England zu bedienen.

Ph[ilippus] dei gracia Francie rex portuum mariti[m]orum custodibus omnibusque bailliuis et iusticiariis regni nostri, ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Scire vos volumus, quod placet nobis, vt burgenses et gentes villarum et locorum subsequencium, videlicet de Lubeque, de Gotlande, de la Rigue, de Campen. de Hambourc, de Huissemaire, de Rostoc, de Stralessont et de Euilgue [1], ac eciam quoscunque alios (!) mercatores mare Theutonicum frequentantes eundo in Flandria et exinde redeundo, tam per terram, quam per mare, in portibus, villis et locis regni nostri, in quibus mercari consueuerunt, coustumas et denaria sua soluendo commercia omnimoda valeant exercere; hoc adiecto, quod gentes et mercatores hii in portibus, villis et locis predictis seu eciam in quibuscunque aliis regni nostri lanas, coria, nec eciam quasuis alias mercaturas Anglie, Scocie, Ybernie, uel cuiuscunque fuerint, nec eciam merces quascunque predictarum uel aliarum parcium, que essent Anglicorum, non afferent, nec eciam per mare prouehent quoquo modo; quas quidem mercaturas, si aliquis ipsorum contra hoc facere presumpserit, tanquam nobis commissas nostris commodis volumus applicari, ad aliam penam contra in hac parte delinquentes, quociens nobis placuerit, processuri. Ordinantes insuper, quod predictorum burgensium et mercatorum naues et vasa per mare currencia, ad guerram, quam habemus, profutura, de quibus gentibus nostris ad hec deputatis viderit (!) expedire, emptione uel locatione, iuxta quatuor proborum hominum arbitrium, quorum duo ab illis, quorum erunt naues et vasa huiusmodi, et alii duo a nostris eligentur gentibus, ad opus nostrum poterunt retineri. Qui vero burgenses et mercatores omnes et singuli aliquas mercaturas in Angliam ducere, nec eiusdem patrie quibusuis personis, in quocunque loco hoc existat, sub pena expressa superius sic facientibus a nobis infligenda, vendere non valebunt. Actum Parisiis, die cinerum, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 558, aus dem zu Lübek auf der Trese befindlichen Original, an dem das königliche Siegel hängt. In einem der drei daselbst befindlichen Vidimus steht statt [1] Euilgue deutlich: Eluinc. — Gedruckt bei Sartorius II, S. 175, und im Auszuge bei Woelky u. Saage: Cod. dipl. Warmiens. I (Mainz, 1860), Regest. S. 54, Nr. 170. — Vgl. unten Nr. 2285.

1294. März 12. Crivitz. 2284.

Helmold und Nicolaus, Grafen von Schwerin, tragen dem Stifte Verden die Zehnten aus Lehmke, Bohlsen und Hansen auf, welche ihre Vasallen Dietrich vom Berge und Werner von der Schulenburg dem Kloster Ebstorf verkauft haben.

Reuerendo et in Christo dilecto domino suo Conrado Verdensis ecclesie episcopo et venerabilibus dominis preposito, decano totique eiusdem ecclesie capitulo Helmoldus et Nicholaus dei gratia fratres comites Zwerinenses cum operis exhibicione deuotam ad omnia voluntatem. Decimas in Lembeke, Boltessen et Hanhusen, quas a progenitoribus nostris et nobis Geuehardus et Wernerus fratres, milites dicti de Schulenborch, in feodo tenuerunt, sed Geuehard[o] prefato milite resignante medias partes dictarum decimarum ipsum contingentes, ipsas iure pheodali Thiderico milit[i] dicto de Monte contulimus; ad cuius Thiderici et Werneri prefatorum earundem decimarum liberam resignationem prefatas decimas, quas a vobis et ab ecclesia vestra tenemus et tenere debemus, vobis per presentes litteras resignamus sub ea forma, quam statuit honorabilis vir Albertus prepositus in Ebbekestorpe, qui sepedictas decimas a Thiderico dicto de Monte et Wernero dicto de Schulenborch, prescriptis militibus, redemit siue tytulo empcionis comparauit, videlicet quod perpetuo maneant in monasterio Ebbekestorpe ad dei honorem et diuinum cultum deuotissime ampliandum. Et idcirco, quod litteris nostris fecimus, incunctanter ore et manu, dum requisiti fuerimus, faciemus. Jn huius igitur nostre resignacionis testimonium sigillo nostro presentes litteras duximus muniendas. Datum Criwiz, anno domini M° CC° nonagesimo quarto, in die Gregorii pape. Hanc dictionem vestram presentibus approbamus.

Nach dem Original unter den Urkunden des Klosters Ebstorf. An Pergamentstreifen hangen zwei runde Siegel:

1) das in Bd. II. zu Nr. 1201. abgebildete Siegel des Grafen Helmold von Schwerin.

2) das zu Nr. 2013 abgebildete runde Siegel des Grafen Nicolaus. — Vgl. Nr. 2276 und 2286.

1294. März 21. Paris. 2285.

Philipp, König von Frankreich, gibt den Städten Lübek, Wisby, Riga, Campen, Hamburg, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald und Elbing von ihren zu seinem Kriege requirirten Schiffen so viele frei, als zum Zurückbringen ihrer Waaren nöthig sind.

A touz ceus, qui ces lettres verront, Guillaume de Hangest, garde de la prevoste de Paris, salut. Nous faisons a sauoir, que nous

auons veues unes lettres, scellees du scel nostre seingneur le roi, saines et entieres, contenanz la fourme, qui sensuit:

Philippus dei gracia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem. Cum de assensu hominum villarum de Lubeque, de Gotlande, de la Rig[u]e, de Campane, de Hambourc, de Wissemare, de Rostoc, de Stralesuunt, de Gripes de Wolt et de Eluignie nunc fuerit ordinatum, quod gentes nostre eorum naves et vasa quecunque pro guerra, quam nunc habemus, nobis apta emptione uel locatione pro nobis valeant retinere, prout hec in litteris nostris super hoc confectis plenius continentur: tenore presentium declaramus, intentionis nostre non esse, quod naues eorum aut vasa a gentibus nostris debeant totaliter retineri, sed quod eis vasa aliqua dimittantur, cum quibus mercaturas et harnesia sua sufficienter possint ad propria reportare. Actum Parisiis, dominica ante mediam quadrag., anno domini M° CC° nonagesimo quarto.

Et le transcrit de ceste lettre nous auons scelle souz le scel de la prevoste de Paris sauf touz droiz, lan de grace mil CC quatrevinz et quatorze, le mercredi deuant lannkaresme.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 559, aus dem auf der Trese zu Lübek befindlichen Original. Siegel und Rücksiegel sind beschädigt. — Im Auszuge gedruckt bei Wedky und Saage, Cod. diplomat. Warmiens. I, Regest. S. 55, Nr. 171. — Vgl. Nr. 2283.

1294. April 3. Verden. 2286.

Konrad, Bischof, Heinrich, Propst, Heinrich, Decan, und das ganze Dom-Capitel zu Verden verleihen dem Kloster Ebstorf die von den Rittern Dietrich vom Berge nnd Werner von der Schulenburg mit Genehmigung der Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin erkauften Zehnten zu Lehmke, Bohlsen und Hansen.

— — Verum quia dicti milites prefatas decimas de manibus nobilium virorum Helmoldi et Nicholai comitum de Swerin tenuerunt, feodum, quod in eisdem decimis habuerunt, in manus prescriptorum comitum resignauerunt; comites vero sepefati accepta pecunia a memorato preposito feodum sepedictarum decimarum nobis et ecclesie nostre commodis resignarunt, sicut in litteris tam comitum, quam militum sepius dictorum, quas vidimus, legimus et audiuimus in nulla sui parte viciatas, euidentissime declaratur. — — Datum et actum Verde, anno domini M° CC° XC° quarto, tercio nonas Aprilis.

Nach dem Original unter den Urkunden des Klosters Ebstorf, an dem noch das erste Siegel (das des Bischofs) hängt. — Vgl. die Urk. Nr. 2276 und 2284. (Ueber diese Angelegenheit sind viele gleichzeitige Urkunden vorhanden. Lisch.)

1294. April 8. Rostock. 2287.

Nicolaus, Fürst von Rostock, verleiht den Bürgern der Stadt Gnoien den Gebrauch des Torfmoors.

Nycolaus dei gracia dominus de Rozstock vniuersis presencia uisuris salutem in perpetuum. Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod nos contulimus de consensu prudencium conciliariorum nostrorum dilectis burgensibus nostris in Gnoyen usum cespicium sive paludem, que mor wlgariter dicitur, possidendam perpetuo sine qualibet impeticione. Jn cuius rei testimonium duximus has litteras inde confectas sub testium nominibus, qui presentes erant, firmiter muniendas. Testes sunt: Johannes Molteko, Henricus et Alvericus de Snakenborg, Fredericus Babbo, milites. Datum et actum Rozstoc, anno domini M. CC. nonagesimo IIII., feria quinta ante dominicam palmarum.

Nach einer Original-Bestätigung durch den Fürsten Nicolaus von Werle vom 7. Juni 1308, in welche diese Urkunde transsumirt ist, im Archiv der Stadt Gnoien, gedruckt bei Wiggers, Geschichte der Stadt Gnoien. 1855. B. Urkunden, S. 5.

1294. April 27. 2288.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft den Vicaren an der Domkirche zu Güstrow 6 Hufen in Misdorf.

In nomine domini. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam omnia, que geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore, necesse est, ut ea, que diuturnis uolumus commendare memoriis, roboremus subscriptione testium et amminiculo litterarum. Hinc est, quod tam ad presencium, quam futurorum noticiam uolumus deuenire, quod nos de consensu matris nostre dilecte et fratrum nostrorum uniuersorum et de consilio consiliari[or]um nostrorum, ut diuinus cultus nostris temporibus augeatur, de bona uoluntate et matura [de]liberacione uendidimus et contulimus uicariis uniuersis, quos prepositus Ghodefridus bone memorie prefecit in ecclesia Gustrowensi, in exspectacione, que wlgariter anwarde dicitur, domine Mechtildis de Malchin in Mysdorp sex mansos, duos cum censu et dimidia decima, quatuor cum censu tantum, pro sexaginta et duabus marcis numerate et solute pecunie perpetuo possidendos, cum omni iure, proprietate, actione, usu, usufructu seu requisicione, quo uel qua, exemto seruicio, ceteri uasalli nostri possident bona sua. Preterea, ut omnis future ambiguitatis scrupulus excludatur, quales et quanti sint predictorum mansorum redditus, exprimi procurauimus hiis in scriptis, et sunt hii: uidelicet quatuor modiis minus quam septem tremodia dure annone et quatuor modii et tria tremodia auene. Jnsuper latere nolumus

vniuersos, quod redditus, quos Ludolfus armiger noster in predictis bonis habere dinoscitur, a uicariis memorate ecclesie, sicut a nobis prius possederat, in feodo possidebit. Promisimus eciam uicariis antedictis prelibatorum mansorum redditus ab omni impeticione defendere, quantum per nos stat, et similiter disbrigare. Ut hec autem per nos facta uendicio incommutabilis perseueret, nec a nostris successoribus possit in i[r]ritum reuocari, sepedictis uicariis presens scriptum contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius uendicionis hii sunt: Nicolaus Gallus, Bernardus et Johannes fratres de Belin, Danquardus de Ghetze, Johannes Monetarius, Ludolfus Halremunt; Hinricus prepositus Gustrowensis, Conradus decanus, Hinricus scolasticus, et alii quam plures, tam layci, quam clerici fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CC° XC° IIII°, quinto kalendas May.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. LVIII. Clandrian verzeichnet die Urkunde in d. Registratur u. Extract etc. pag. 83, und bemerkt dazu: „Wie diser brieff registriret, ist die schwartze seide, daran das Sigel gehangen, also verrottet gewesen, das es nicht lenger halten konnen. Derwegen es mit schwartzen zweren hinwider angemacht." — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 169. — Vgl. Nr. 2221.

1294. Juni 9. Güstrow. 2289.

Das Dom-Capitel zu Güstrow verkauft dem Warenschen Bürger Volkmar Püchte aus Domherrenhagen.

Das Capittel zu Gustrow vorkaufft vnd vorlehnet Volckmarn, burgern zu Warne, 4 Mk. vnd drey dromet pacht in Domherenhagen mit 1 schillinge vnd 1 rauchhune, also das, wen er vnd seine fraw verstorben, sollen 2 Mk. widervmb zur Kirchen kommen, die andern 2 Mk. kan er nach seinem gefallen ihrer Kirchen auch legiren. Von disen gutern sol er ihnen auch mit einem pferde dienen, haben ihme auch die iurisdiction vber den Hagen vorlassen vnd den dritten teil des bruchs. Datum Guzstrow, anno domini 1294., in die Primi et Feliciani martyrum.

Nach Clandrian, Registratur vnd kurtzer Extract der Brieffe vnd Instrumente in der Thumbkirchen zu Güstrow, pag. 29.

1294. Juni 26. 2290.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht der Stadt Malchin den Malchiner See und die Mühle vor der Stadt an der Peene.

Nos Nycolaus quartus dei gracia dominus de Werle ad noticiam omnium, tam presencium, quam futurorum, cupimus peruenire, quod

iustis et racionabilibus precibus nostrorum fidelium et dilectorum consulum et communitatis ciuitatis nostre Malchyn inclinati, visa et audita littera et priuilegio per dilectum nostrum auum dominum Nicolaum dominum de Werle eis traditis et concessis, eorum desiderio acquiescere duximus et assentire, quarum inquam litterarum tenor sequitur in hec verba:

Jn nomine domini. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus in perpetuum. Quoniam vnicuique solet accidere hu[ma]nitus, oportunum est censendum gesta hominum scripturarum karactere perhennari. Nouerint igitur [v]niuersi presens scriptum visuri uel audituri, quod nostro maturo ac nostrorum consilio contulimus consulibus in Malchyn stangnum in Warkentin cum omni proprietate et genere iurium ac libertatum ad idem pertinencium rite, prout nostri progenitores possederunt et nos habuimus, perpetuo possidendum. Preterea contulimus eisdem molendinum nostrum ante ciuitatem Malchyn supra Penam situm cum viginti tremodiis annone, cum exactione, precaria, excessibus possidendum iugiter, necnon ceteris aliis iuribus ac libertatibus, quemadmodum iam de stangno superius est premissum, tali condicione adiuncta: si stangnum sev molendinum siue utrumque a nobis per placita iuris uel amoris seiungeretur, pro recompensacione talium bonorum alia bona prefatis consulibus adeo conueniencia ac eis vtilia porrigere obligaremur vel eadem persoluere bona cum paratis denariis, secundum quod taxacio eorundem posset estimari. Ne igitur de huiusmodi collacione futura hominum posteritas vacillet aut in irritum redigat, presens scriptum fecimus nostri sygilli munimine roborari. Testes huius rei sunt: vasalli et milites nostri: Fredericus Molteke, Fredericus Kercdorp, Johannes de Lewitzowe, Hermannus de Rumpeshagen, Hucsol, Scado, Johannes de Golstede, Albertus de Deuen, et qui tunc temporis fuerunt consules ciuitatis Malchyn, hii sunt: Guntherus, Arnoldus de Scherpsowe, Bernardus Raceborch, Johannes de Pinnowe, Johannes Vitekowe, Hermannus de Pisce, Lambertus Rumholt, Johannes de Kracowe et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CC° XCIIII°, per manum domini Johannis de Retze tunc temporis nostri cappellani, in die beatorum Johannis et Pauli martirum.

Nos presens priuilegium et suprascriptas litteras ratas et gratas habentes, ipsas innouamus, approbamus [et c]onfirmamus nostri publ[ici] sygilli sub appensione. Cuius testes sunt nostri fideles et dilecti: Hartmann[us de] Oldenborch, Hinricus Moltzan, Andreas Vlotowe, Hinricus Vos, milites, Johannes Breyde, Hinricus Sconeueld, Hinricus Linstowe, Bernardus de Lesten, Conradus de Curia, Tanquardus Lucowe, famuli, ac plures alii fide digni. Datum et actum in ciuitate nostra Malchyn prenominata, anno dominice incarnacionis M° CCC° quinquagesimo secundo, in crastino sancti Dyonisii et sociorum eius, per manus domini Johannis

Sterneberch, canonici Guzstrowensis et plebani in Theterowe, nostre curie notarii principalis.

Nach dem Original dieser Confirmation im Malchiner Stadt-Archiv, welches durch Moder gelitten hat, und dessen Siegelband mit dem Siegel ausgerissen und verloren gegangen ist. Gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. II, S. 106. — Diese ganze Bestätigungs-Urkunde ist wiederum aufgenommen in die Bestätigung der Fürsten Bernhard und seines Sohnes Johann, sowie der Brüder Lorenz und Johann, vom 29. Dec. 1374, Malchin, welche sich ebenfalls im Original zu Malchin befindet.

1294. Juni 27. 2291.

Die Dominicaner vereinbaren die Bedingungen ihrer Aufnahme in die Stadt Wismar mit den dortigen Rathmännern.

Omnibus Cristi fidelibus presencia visuris et audituris Johannes prior, Thomas subprior ceterique fratres conuentus ordinis predicatorum in Wismaria, Marquardus de Walmerstorp, Hasso de Krukowe, necnon vniuersi consules, tam presentes, quam preteriti, ciuitatis eiusdem salutem in domino sempiternam. Ad noticiam singulorum, tam presencium, quam futurorum, peruenire volumus, quod ad introitum fratrum predicatorum condiciones subscripte inter nos consules et ipsos de consensu partis vtriusque sunt volenti et beniuolo animo ordinate, videlicet quod ipsi fratres facient pontem apud claustrum suum circumquaque sicut alii conciues superius et inferius. Jtem murum ciuitatis emendabunt ad latitudinem siue longitudinem sui claustri, sicut ex vtraque parte de voluntate consulum emendatur. Jtem non ement plures areas nisi a domo Willekini de Mølne usque ad plateam apud domum Jacobi de Slawestorp ad murum protendentem, quam plateam post empcionem eiusdem Jacobi [a domo] usque ad murum ad latitudinem, quam nunc habet, ampliabunt. Jtem, si contigerit ciuitatem grauari aliquo grauamine spirituali, ad hoc fratres nuncii eius esse debent in expensis ipsius ciuitatis ad illud grauamen tollendum, in quantum possunt secundum suum ordinem et secundum deum. Jtem non assument sibi patronos ecclesiis parrochialibus assignatos vel aliis piis locis, scilicet domui sancti Spiritus et hospitali. Jtem facto prandio diebus dominicis et festiuis predicabunt in ecclesia beate virginis, nisi quando in claustro suo festum habuerint speciale. Jtem non petent hostiatim cum saccis brasium vel annonam. Jtem viam vltra murum ad necessarium construant adeo mundam et firmam, quod consulibus placeat. Jtem de hereditatibus datis in testamentis aliquorum fiat secundum ordinem iuris Lubicensis. Vt autem predicta omnia rata permaneant et inconwlsa, presentem paginam sigillorum fratrum predicatorum et nostre ciuitatis munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXXXXIIII°, dominica infra octauam sancti Johannis baptiste.

Nach der Abschrift im Wism. P.-B. mit dem Rubrum: „De cenobio predicatorum." — Gedruckt in Schröders P. M. I, S. 824. — Vgl. oben Nr. 2148, Note, und Nr. 2202.

1294. Juni 28. Rostock. 2292.

Wizlav, Fürst von Rügen, verleiht dem Kloster zum heiligen Kreuz in Rostock das Eigenthum von 5 Hufen in Behrenshagen, 7 Hufen in „Priwizstorp" (Prusdorf?) und 11 Hufen in Alt-Willershagen mit der halben Viehtrift und dem Kruge, welche der Ritter Heinrich Mörder an das Kloster verkauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wizlaus dei gracia Ruyanorum princeps omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, prouide inuentum est a viris prudentibus, vt acta, que debent esse perpetua, scripto et litterarum testimonio confirmentur. Hinc est, quod notum esse volumus tam futuris, quam presentibus, quod nos de mera nostra liberalitate, necnon de heredum nostrorum consensu plenario ac etiam dilectorum fidelium nostrorum consilio, dedimus ecclesie sanctimonialium sancte Crucis in Roztoc proprietatem quinque mansorum in villa Bernardeshagen et septem mansorum in Priwizstorp et vndecim mansorum in Antiquo Willershagen in terra Tribbeses, necnon et medietatis platee, que vulgariter vestrate nuncupatur, ac taberne in eadem villa, cum omni iure, fructu et vtilitate, quemadmodum dominus Hinricus Morder, miles, suique progenitores et parentes habuisse et possedisse noscuntur et quemadmodum moniales dicte ecclesie s[a]n[c]te Crucis in Roztoc memoratos mansos, stratam dictam et tabernam ab ipso domino Hinrico Morder, milite, conparauerunt, libere et perpetue possidenda(m), cupientes nichilominus omnium bonorum esse participes, que in prenotata fuerint ecclesia, et vt a sanctimonialibus ibidem deo famulantibus nostri et parentum nostrorum iugis memoria habeatur. Et iam dictam libertatem et proprietatem volumus a nobis et a nostris heredibus ac successoribus inconuulsam perpetue permanere. Vt ergo hec nostra donacio semper a nobis et ab heredibus nostris et successoribus firma et rata permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigilli munimine fecimus nostri communiri. Testes rei sunt: dominus Reinfridus de Peniz, dominus Johannes Morder, Nicolaus Cabolt, dominus Johannes Moltke, Johannes Ramelowe, Arnoldus de Wokenstede, Hinricus Morder, milites, Johannes Babbe, Hinricus Pramule et Wernerus frater suus, armigeri, Albertus de Cosuelde, Nicolaus de Molendino, Johannes Rufus, Gerardus de Lawis, burgenses, et alii quam plures fide digni. Datum Roztoc, in vigilia Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CC° LXXXX° IIII°.

Nach einem Transsumpt vom J. 1593 im Prov.-Archiv zu Stettin gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. III, S. 90, Nr. 241. — Vgl. oben Nr. 2041 und 2212.

1294. Rostock. 2293.

Johann von Rathenow verkauft dem Wenden Heinrich von der Wik, dem Speckschneider, ein Haus zu Rostock.

Johannes de Rathenowe vendidit Henrico Slauo, specsnider de Wich, aream vnam sitam infra Thydericum de Sosat et ipsi resignauit. Jn ipsa area optinet dictus Rathenowe vnius marce redditus, quos Henricus prefatus reemere poterit, quando wlt uel potest, secundum arbitrium ciuitatis, pro X marcis denariorum.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 128. — Getilgt. Im Stadtb. 1295—1304, fol. 9*, ist nämlich zum Jahre 1295 aufgezeichnet: „Johannes de Rathenowe vendidit Johanni Cloken vnius marche redditus, quam Henricus Slauus de Wick eidem dare solebat, et sibi racionabiliter resignauit, sicut ipse tenuit. Et sic Henricus de Wick aream possidebit."

1294. Juli 6. Tönsberg. 2294.

Erich, König von Norwegen, und sein Bruder, Herzog Hakon von Norwegen, beurkunden den von ihnen für sich und die Stadt Bremen mit den Städten Lübek, Riga und den Deutschen zu Wisby, den Städten Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald, Anklam, Campen, Stavern und Stettin in Bestätigung des Calmarschen Friedensschlusses vom Jahre 1285 geschlossenen Vergleich.

Ericus dei gratia rex Norwegie discretis uiris et honestis ac sibi dilectis aduocato, consulibus et co[m]munitati ciuitatis Bremensis salutem in domino sempiternam. Noueritis, nos vna cum fratre nostro karissimo domino duce Norwegie pro nobis et subditis nostris ac vobis et incolis ciuitatis vestre infrascriptam fecisse placitationem cum nunciis et procuratoribus ciuitatum maritimarum Sclauie, presentibus discretis viris et honestis nobisque dilectis Wolberno dicto Yspal et Erico Radeconis, conciuibus, nunciis et procuratoribus vestris ad nos super hoc specialiter destinatis, cuius placitationis tenorem de verbo ad uerbum ex originali priuilegio sumptum hiis patentibus litteris vobis transmittimus nostri sigilli munimine roboratum. Qui tenor talis est:

Jn[1] nomine domini. Amen. Nos Ericus dei gratia rex Norwegie et Haquinus eadem gratia dux Norwegie notum facimus vniuersis, quod venientibus ad nostram presentiam apud Tunsberg circa festum penthecostes, sub anno domini M° CC° nonagesimo quarto, discretis viris et honestis Johanne dicto Runese de Lubek pro Riga et Theutonic[i]s[2] in Wysbi, Walthero de Clut[z]e[3] de Wysmaria, Reynkino filio Re[m]berti[4] de Rozstok, Gothscalco de Stralesund, Baldwino de Gripeswold et pro Tancglem, Hartwico de Nagle de Campen, Hyddone

de Stoweren et Alberto de Bremis de Stytin, nunciis et procuratoribus ipsarum ciuitatum, inter nos et subditos nostros necnon et dilectos nobis ciues Bremenses, ex parte vna, ac predictas ciuitates et earum incolas, ex altera, taliter extitit placitatum [4]: quod cause contra nos et subditos nostros mote, que propter aliquorum absentiam, actorum uidelicet uel reorum, ad presens decidi non poterant iusto modo, apud predictam villam Tunsbergensem [5] quoad illos, qui sunt ex parte australi Lydendenes, ac Bergis quoad illos, qui ex parte alia [6] commorantur, circa festum beati Johannis baptiste proximo futurum tractari debent et legitime diffiniri [7]. Promiserunt nobis insuper suprascripti procuratores et nuncii [8] nomine procuratorio ciuitatum predictarum [9], quod nobis et [10] subditis nostris ac ciuibus Bremensibus debet iustitie complementum fieri super causis et querimoniis, quas habemus contra dictas ciuitates vel earum aliquas aut aliquam seu incolas earumdem [11], quandocumque consules ciuitat[is] [12], contra quam aut contra cuius incolas mouebitur querimonia [13], fuerint requisiti. Debet insuper inter predictarum ciuitatum [14] ac Bremensis ciuitatis incolas, sicut inter nos et ipsas ciuitates [15], esse vera concordia et stabilis amicitia, vbicumque conuenerint, fruique debent hinc et inde [16] libertatibus et immunitatibus, quas hactenus ullo tempore liberius habuerunt. Ad hec compositionem Kalmarnie factam inter nos et suprascriptas ciuitates firmiter obseruare volentes et inuiolabiliter, eandem tenore presentium confirmamus. Volentes insuper dictarum ciuitatum [17] incolas vniuersos, qui regnum [18] nostrum mercandi causa tamquam hospites duxerint frequentandum, amplioribus priuilegiis munire de gratia speciali, vt cognoscant se ad nostra beneficia [19] eo fortius obligatos, eisdem infrascriptas gratias decreuimus liberaliter concedendas: inprimis quod, cum ad ciuitates uel villas forenses regni peruenerint, licite poterunt ad pontem applicare, balliui licentia non petita; debent tamen eadem die uel sequenti proxima, postquam ad pontem applicauerint, insinuare balliuo nostro, quas et quales res apportauerunt [20], ac res easdem transferendi de nauibus infra domos licentiam petere, que non debet eis aliqualiter denegari; hoc adiecto, quod balliuus noster res illas, quas nobis credit necessarias, primitus emat infra triduum iusto pretio et soluat pretium tempore debito pro eisdem; quod si balliuus non fecerit infra dictum terminum [21], vendant postea libere cuicumque. Postquam autem infra ciuitatis uel ville forensis districtum, qui takmark dicitur, peruenerint, debent res suas venales ibidem vendere; alioquin easdem ducere poterint [22], quocumque voluerint, extra regnum et infra, non tamen vltra Bergas [23] versus partes boreales, nisi hoc alicui de speciali gratia concedatur. Jtem de qualibet naue deferente annonam [24], ad ciuitates uel villas forenses [25] ueniente, dabitur unum melius talentum annone in eadem existentis [pro theloneo] [26], quod procurator noster [27] eligendum duxerit, excepto flore tritici [28], quod flur in Norico appellatur [29]. Debent etiam esse liberi a [30] trahendis nauibus, nisi nostris. Si quis autem infra regnum Norwegie decesserit, bona sua debent

heredi uero vel eius procuratori legitimo [31] restitui, super hoc testimoniales patentes ciuitatis litteras deferenti, de qua fuerat, qui decessit, infra annum [32] et dimidium post diem obitus decedentis. Jtem ad ostendendum arma sua uel ad sequendum fures ad patibulum vel alios dampnatos ad mortem non tenentur. Jtem pro solutione, que dicitur ledangr [33], immunes debent esse, qui ante festum [34] natiuitatis dominice cum nauibus suis sunt expositi ad viam [35] et de suis mercimoniis penitus expediti; quodsi postea [36] vi tempestatis compulsi fuerint moram trahere [37] in aliqua ciuitatum vel villarum regni, nichilominus immunes debent esse a tributo, dummodo mercatiam [38] suam emendo non exerceant uel uendendo. Jtem merces suas in domibus ciuitatum vel villarvm forensium reponere valent [39], vbi eis uidebitur oportunum, dummodo non alienent [40] easdem alibi quam in locis ad hoc specialiter deputatis. Jtem naues proprias locare poterunt aliis [41] ad loca licita, sicut premittitur, nauigandas, nec ad conducendum naues aliorum [42] compellantur. Jtem, si quis ab aliquo super causa pecuniaria uel leui crimine, pro quo pecunia solet solui, per modum illum inpetitur, qui taksetning [43] in Norico nuncupatur [44], potest illud tak ferre cum proprio domestico et duobus suis compatriotis, nauem propriam habentibus iuxta pontem, ad recedendum minime preparatam, que ad cautionem sufficit pro quantitate petita uel emenda secundum qualitatem criminis exhibenda. Jtem ad excubias et nocturnas vigilias [45] non tenentur. Nec in cista cuiuspiam debet fieri scrutinium [46], nisi contra eum de falso probabilis oriatur suspicio uel de furto. Preterea volumus, quod pondus appellatum pundare [47] in publico loco sub [48] fida custodia ponatur, vt ad illud eis libere [49] pateat aditus, si aliqua voluerint ponderare; ac in eadem haberi debet grauitate, sicut ab [50] antiquo fuerat et in legibus continetur. Jtem, si naufragium passi fuerint infra terminos regni nostri, res suas per se uel per alios colligere valeant et rebus ipsis et nauibus uti pro libito voluntatis, donec easdem res et naues abdicauerint uoluntarie vel habuerint pro derelicto. Jtem, si quis nautarum delinquit, puniatur ipse legitime, sed non [alii] innocentes, nisi [51] quatenus puniendi sunt illi [52] secundum leges patrie uel loci consuetudinem, in quo delictum comprobatur [53] esse commissum, qui iudicio scienter subtraxerint delinquentem uel defensauerint uiolenter. Nec priuate persone delictum alicui ciuitatum [54] imputabitur, nisi iustitiam facere neglexerit requisita. Quisquis etiam pro causa aliqua fuerit accusatus, que contra ipsum legitime nequeat comprobari, debet, si poterit, cum personis ydoneis consimilibus quoad statum et conditionem incusati, qui ueritatem rei, de qua queritur, magis creduntur agnoscere, secundum arbitrium legiferi, prout delicti qualitas exegerit, se legaliter [55] expurgare; alioquin in purgatione deficienti pena conscripta legibus infligatur. Jtem in causa ciuili uel criminali [56], quando actor intentionem suam fundare voluerit et testes producere, non nisi bone fame et ydonee persone in testimonium admittantur. Preterea [57], si quis mercatorum in Norwegia merces emptas a Theutonicis [58] datis

arris, quas vlgariter uocant festepenig [59], secum eodem die, quo emerit, non asportat [60], licitum est ei, cuius ille merces fuerant, eas vendere postea cuicumque, exceptis hiis, que ad vsus nostros necessari[o] [61] sunt emenda. Hec itaque omnia et singula superius expressa taliter duximus concedenda, si libertates omnes ab eisdem ciuitatibus [62] concesse hominibus nostris, necnon et conpositiónes [63] inter nos et dictas ciuitates [64] facte ab eisdem [65] firmiter obseruentur, et quatenus de iniuriis, dampnis [66] nobis et subditis nostris ceterisque nostris fautoribus [67] ab incolis dictarum ciuitatum [68] illatis, cum requisiti fuerint, satisfactum fuerit cum effectu [69].

Quibus omnibus libertatibus et gratiis superius declaratis vos precipue et incolas vestros gaudere volumus et concedimus per presentes. Jn cuius rei testimonium et euidentiam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno et loco suprascriptis, in octaua beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno vero regni nostri quinto decimo.

Nach einer vom Dr. Ehmck mitgetheilten, vom Original in Bremen genommenen Abschrift [B]. Das Siegel des Königs am Original ist ziemlich beschädigt. Aus derselben Quelle stammt auch der Abdruck bei Thorkelin. Diplomatar. Arna-Magn. II, p. 51 (wiederholt bei Liljegren, Svenskt. Dipl. II, 1, p. 174). Die Ausfertigung für Campen (mit den Varianten der übrigen) ist gedruckt bei Lange u. Unger, Diplomatar. Norveg. V. 1, p. 27, die für Stralsund (welche im Original mit den anhangenden Siegeln des Königs und des Herzogs im Archiv dieser Stadt liegt) bei Fabricius, Rüg. Urk. II, S. 91 [St], die für Lübek bestimmte [L] im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 561. Wismar besitzt von seinem Exemplar [W] eine Abschrift in seinem Privilegienbuche, Rostock nur eine alte niedersächsische Uebersetzung. Die nennenswerthen Varianten aus L, W und St möchten folgende sein. Der Eingang des Bremer Exemplars nennt allein alle städtischen Abgeordneten, und deshalb legen wir es unserm Abdrucke zum Grunde. Der Eingang des Lübeker Exemplars lautet so [mit den Abweichungen von W und St]: „In [1] nomine domini. Amen. Nos Ericus dei gracia rex Norwegie [Norweyge: W] et Haquinus eadem gracia dux Norwegie notum facimus vniuersis, quod veniente ad presenciam nostram [ad n. pres.: W] apud Tunsberg [Tunsberge: W; ap. T.: fehlt hier St], circa festum penthecostes [c. f. p.: fehlt W], sub anno domini M° CC° nonagesimo quarto, [apud Tunsberg: hier St] discreto viro et honesto Johanne Runese, nuncio et procuratore ciuitatum Lubek, Ryge et Teutonicorum in Wisby [d. v. et hon. Walthero de Klǫtze, n. et proc. ciuitatis Wismar: W; d. v. et hon. Gothscalco, n. et proc. ciuitatis Stralesund: St], inter nos et subditos nostros et dilectos nobis ciues Bremenses, ex parte vna, ac predictas ciuitates [predictam ciuitatem: W, St] necnon et ciuitates Campen, Stouer, Wismar, Rodstok, Stralesund, Gripeswald, Stetin et Tangelem [ciu. Lǫbeke, Wismar (st. Rostock!), Stralesund, Gripeswald, Tanklem, Stetin, Kampen, Stouer, Rige et Teutdnicos in Wysbǫ: W; ciu. Lubek, Rodstok, Wismar, Gripeswold, Campen, Stouer, Stitin, Tangelem, Rygam et Teutonicos in Wisby: St] ac earumdem ciuitatum [ciu. fehlt W] incolas, ex altera, taliter extitit placitatum." In der Rostocker Uebersetzung werden Reineke von Rostock und Wolter von der Wismar als die Abgeordneten dieser beiden Städte genannt. — [2] Theutonicos: B — [3] Clute [Clute?]: B (vgl. Not. 1) — [4] Roberti: B — [5] Tunsbergen: St — [6] altera: L, W — [7] definire: L — [8] Promisit n. i. suprascriptus procurator et nuncius: L, W, St — [9] ciuitatis predicte: W, St — [10] ac: W — [11] contra dictam ciuitatem seu incolas ejusdem: W, St — [12] ciuitatum: B, L; -tis: L, W, St. — [13] super hoc: W (st. contra — querimonia): W, St — [14] predictam ciuitatem: W, St — [15] ipsam ciuitatem: W, St — [16] hinc et inde: hinter immunitatibus: W — [17] dicte ciuitatis: W, St. — [18] vniuers. ad r.: W — [19] beneplacita: L, W, St — [20] apportaverant: L, St; apportauerint: W — [21] infra triduum: L — [22] poterunt: W — [23] Bergis: W — [24] ann. def.: St — [25] forenses regni: L — [26] pro theloneo: L, W, St (fehlt: B) — [27] noster: fehlt St — [28] tritici: fehlt W, tritici: L — [29] nuncupatur: L, St — [30] de: L, W, St — [31] leg.: fehlt St. — [32] an. scilicet: L, St — [33] le-

danger: L, leidangar: W, ledang: St — [34] qui a. f.: fehlt W — [35] ad v. exp.: St — [36] qu. preterea: St — [37] contrahere: L, St — [38] mercanciam: St — [39] valeant: W — [40] aligenent: W — [41] aliis: fehlt St. — [42] al. aliquatenus: L, St — [43] taksætning: L, taksatning: St — [44] appellatur: L — [45] nocturnas vigilias et excubias: L, ad exc. vel noct. vig.: W — [46] scrutulum: W — [47] pundere: L, pondare: W — [48] et sub: St — [49] liber: St — [50] sicut de ant.: L, sicut ant.: W — [51] non alii inn. pro eo nisi: L, non alii inn. nisi: W, St (alii: fehlt B) — [52] ille: W — [53] probatur: L — [54] ciuitati: St — [55] exigerit se legitime: W — [56] crim. uel ciu.: L, W, St — [57] „Preterea bis emenda" ist in L erst hinter: „In horum — — appensa" nachgetragen. — [58] Teutunicis: W — [59] festpenning: W, St — [60] apportat: St — [61] necessario: L, W, St; necessaris: B — [62] o. l. ab eadem ciuitate: W, l. o. ab eadem ciuitate: St — [63] nostris et conpositionem: W — [64] dictam ciuitatem: W, St — [65] eadem: W — [66] dampnisque: W — [67] faut. nostris: L, W — [68] dicte ciuitatis: W, St — [69] Von hier an lautet der Schluss in L [W u. St]: effectu. In horum igitur testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra presenti priuilegio sunt appensa. Datum Tunsbergis, anno suprascripto [Dat. anno et loco suprascriptis: W, St], in octauis beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno regni nostri quintodecimo [XV°: W, St]. — Frühere Abdrücke s. bei Cassel, Ungedr. Urk. 7, Torfaeus, Hist. Norweg. IV, 7, p. 387, Dreyer, Jus naufr. p. 94; eine Uebersetzung steht bei Willebrandt, Hans. Chron. III, S. 8. — Vgl. Sartorius II, S. 176.

Eine alte nordische Uebersetzung findet sich zu Kopenhagen in einem Chartular von 22 Folioblättern, geschrieben von einer dänischen Hand in der ersten Hälfte des 16. Jahrh., enthaltend Privilegien der norwegischen und dänischen Könige für die Kaufleute in Bergen, in altnorwegischer und dänischer Sprache. Das vorstehende Privilegium vom J. 1294 ist darin das älteste, eins vom J. 1509 das jüngste. Wir theilen den Eingang mit, weil, wie es scheint, dem Uebersetzer die für Rostock bestimmte Ausfertigung vorgelegen hat:

The Tysko aff Henszenn theris priuilegia, som konning Eriich wdgiifuitt haffuer.

Eriickiir, mett gudz nade Norigis konungr, ok Hokan, mett samo nade Noriges hertug, williom, att thett szee allom godom monnom kunnicht, att tha er lediit war fra wor herres byrdt M. CC. ni thii oc fiire aar, kommæ fiir oss y Tonsberge, om bwide szundo thimæ, welbornar oc skiellige mendt Rennicke aff Rostock oc Walter aff Wiiszmer thesszar stader budt oc fulle wmbotzmend y there naffne, att ende mellom oss theier saker oc aakiærer, er nw lenge haffue waret oc standet emellom oss oc wors thiænere oc wnderdanere, borgarne aff Bræmenn, paa eno side, oc for[neffn]dar stader oc saa thessze stader: Lubech, Straalswnd, Griibszwoldt, Aucklem, Stattiin, Kampen, Stawern, Riige oc Tyske indenn Wiisby oc theira er inden oc wnder theira weldæ bua oc bygga, aa adra halffuonæ," — — — — *Schluss:* „In cujus testimonium etc. Anno vt supra."

Der Pfingsttag wird hier der „weisse Sonntag" genannt, nach altnordischer Weise. Unrichtig hat Suhm (XI, p. 187) den Sonntag Invocavit (März 7, 1294) verstanden, der in Süddeutschland (vgl. Pilgram im Calendarium) allerdings im Mittelalter so genannt wird. Dadurch ist Fabricius, Rüg. Urk., Regest. III, Nr. 396, verleitet, diese Urkunde für eine andere als die von ihm unter Nr. 402 seiner Regesten angeführte, oben verglichene Stralsunder Ausfertigung des Privilegiums vom 6. Juli 1294 zu nehmen.

1294. Juli 21. Rostock. 2295.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Doberan das Dorf Zarchelin im Lande Plau mit allem Recht und Gericht.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle omni generacioni in perpetuum. Quoniam omnes ante tribunal Christi stabimus reddituri racionem de operibus nostris, que gessimus in corpore, siue fuerint bona siue mala, necessarium est vnicuique sibi per elemosinarum remedia pro peccatis veniam, pro terrenis celestia commutare. Et quia suis spaciis transeunt vniuersa et labilis est hominum memoria, oportunum videtur, vt,

si qua volumus ad posterorum noticiam transmittere, vt scripturarum testimonio perhennentur. Notum sit igitur vniuersis litteras presentes visuris, quod nos de matris nostre dilecte .. et confessoris nostri salubri consilio ac maturo, pro remissione omnium peccaminum nostrorum et pro salute nostra necnon omnium progenitorum atque coheredum nostrorum, tam eorum, qui nunc viuunt vel adhuc futuri sunt, quam illorum, qui iam deo spiritum reddiderunt, ad honorem omnipotentis dei ac gloriosissime virginis Marie, cuius protectioni committimus nos et nostra, ecclesie Doberanensi et fratribus inibi deo seruientibus nunc et in perpetuum seruituris villam Zolghelin in terra Plawe sitam donamus, cum omni iure ac plenario iudicio colli siue manus, quiete ac pacifice absque omni inquietudine aduocatorum quorumcumque vel iudicum perpetuis temporibus possidendam, ita vt eadem villa Zolghelin et homines inibi commorantes nullum super se habeant advocatum vel iudicem nisi abbatem de Doberan, cuius erit ibidem omnis iudiciaria potestas in omni causa, vel cui ipse vicem pro se commiserit iudicandi. Ceterum confirmamus eandem villam Zolghelin predicte Doberanensi ecclesie in perpetuam possessionem cum siluis, pratis, pascuis, campis cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, viis ac semitis, cum terminis et intra terminos, quos habuit ab antiquo. Vt igitur super premissis nulla possit ambiguitas in posterum suboriri, quod absit, presentes litteras inde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius rei sunt: inprimis dominus Thidericus plebanus in Plawe, dominus Johannes plebanus in Tetterowe,. capellanus et notarius noster, clerici; item dominus Johannes de Leuetzowe, dominus Johannes de Belin et frater suus dominus Bernardus de Belin, dominus Johannes de Goltstede, dominus Fredhericus de Kerecdhorpe, hii milites, cum pluribus aliis fide dignis diuersi generis hominibus, vbi hec ordinata sunt, pariter affuerunt. Acta sunt hec in ciuitate Rozstoc, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, kalendas Augusti duodecimo. Datum per manum prelibati domini Johannis plebani in Tetterowe, capellani tunc et notarii nostri.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das an rothen und gelben seidenen Fäden hangende Siegel (abgebildet zu Nr. 1729) ist gut erhalten. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1547.

1294. Aug. 9. Gadebusch. 2296.

Johann, Fürst von Meklenburg zu Gadebusch, verleiht dem Kloster Rehna 2 Hufen und andere Aecker in Deutsch-Nesow, 2½ Hufen in Wendisch-Nesow, Einkünfte aus Falkenhagen, 1 Hufe in Lübsee und 7 Hufen aus Cordshagen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes dei gratia Magnopolensis dominus in Godebuz omnibus Christi fidelibus presens scriptum

perpetuo robore duraturum. Cum hominis uita breuis, tempus uero longum existat, obliuio per successum temporis gestorum excludit memoriam, nisi scriptis et sigillorum appensionibus roborentur. Nouerint igitur tam presentes, quam futuri, quod, cum bona, que Gherardus Friso dictus, ciuis Lubicensis, a nobis in district[u] dominii nostri, uidelicet terre Godebuz, iure feodali tenuerat, pro certa quantitate pecunie comparassemus, et predicta bona nobis libere resignasset, nos maturo ac sano ducti consilio conuentui ancillarum Christi in Rene de bonis iam dictis duos mansos cum aliis agris, qui vulgariter dicuntur ouerlant, in uilla, que dicitur Teutonicum Nesowe, sitos, et duos mansos cum dimidio in Slauicali Nesowe, item quosdam redditus in Ualkenhagen, in Lipesse unum mansum cum quibusdam casariis, qui vulgariter dicuntur kotere, in uilla, que dicitur Conradeshagen, septem mansos, et generaliter quicquid in pratis, pascuis, campis, terris cultis et incultis, siluis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, piscationibus ad predicta bona spectare dinoscitur, cum omni iure, quo ceteri uasalli nostri utuntur, ita tamen quod medietas iuris et iudicii uasallorum nostrorum in tribus uillis infrascriptis, videlicet Teutonico Nesowe et Lipese et Conradeshagen, libere et integre predicto conuentui cedere debeat, uendidimus perpetuo possidendos, conferentes etiam eidem conuentui Renensis ecclesie ob spem salutis eterne et remedium progenitorum omnium nostrorum animarum proprietatem omnium predictorum. Ne autem ab aliquo heredum uel saltem successorum nostrorum, quod per nos bono zelo legitime factum est, infringi valeat, in huius rei testimonium presentes sigilli nostri munimine uolumus communiri. Testes sunt: Ulricus de Bluchere senior, Fredericus Moltzan, Fredericus Smekere, Gerlagus de Ekerenvorde, Ludolfus et Ulricus Moltzan fratres, milites, Hinricus et Bernardus de Gustekowe fratres, Godefridus de Bulowe, famuli; Johannes et Euerardus, capellani nostri. Datum Godebuz, anno dominice incarnacionis M° CC° LXXXXIIII°, indictione septima, in uigilia beati Laurentii martiris.

Nach dem Pergament-Diplomatarium des Klosters Rehna aus der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts.

1294. Aug. 31. Wismar. 2297.

Heinrich (II.), Fürst von Meklenburg, verleiht dem Vogte Willekin auf der Insel Pöl, dem Leibgedinge seiner Mutter, der Fürstin Anastasia, mit deren Zustimmung 4 Hufen auf Pöl mit Befreiung von allen Diensten gegen einen Zins von 2 Drömt Roggen.

Henricus dei gratia dominus Magnopolensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Cum in humanis actibus fere nichil incommutabile reperiatur aut solidum super terram,

expedit omnimode, ut ea, que rationabiliter aguntur in tempore, ne simul cum tempore per obliuionem, ignorantie matrem, prolabantur, litterali testimonio perhennentur. Quamobrem notum esse volumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos de consensu et beneplacito dilecte matris nostre domine Anastasie Magnopolensis inclite seruicium quoddam equorum, nobis et nostris progenitoribus clare memorie hactenus expedite ministratum, de quatuor mansis sitis in insula Pole, predicte matris nostre dotalicio, dimisimus Willekino eiusdem aduocato, suis exigentibus meritis et deuotis obsequiis nobis et sepedicte matri nostre crebrius exhibitis, pro duobus tremodiis siliginis, nobis et nostris heredibus aut successoribus annuatim eo tempore, quo ceteri subditi nostri censum suum persoluere consueuerunt, videlicet in festo beati Martini, sine reclamatione qualibet exigendis, porrigentes predictos quatuor mansos eidem Willekino et vxori sue Gese necnon heredibus suis siue successoribus ab omni seruicio exemptos perpetuis possidendos temporibus, dummodo nobis et nostris successoribus exinde, sicut superius expressimus, annuatim predicta duo tremodia siliginis in prenotatis ministrantur terminis expedite. Vt autem hec nostra donatio vigorem perpetue firmitatis optineat, presentem paginam sigilli nostri munimine firmiter duximus roborandam. Testes sunt: Bernardus de Plesse, Reymarus de Barnekow, Heyno de Stralendorpe, Ludolfus Neghendank, Thidericus de Jndagine, Hinricus Stenhus, Hinricus de Barnekow, Hinricus de Rambowe, milites, Marquardus de Latendorpe, Nicolaus de Stralendorpe, armigeri, Johannes de Lewezsow, Johannes Moderiz, Johannes de Cludze, Hermannus Molendinarius, Rodbertus et Coleghe, ciuitatis nostre Wismarie burgenses, ac quam plures alii fide digni. Datum in castro nostro Wismarie, anno domini M° CC° LXXXX° quarto, feria tercia proxima post decollationem beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer Schnur von rother und grüner Seide hängt das in Bd. II, zu Nr. 872, abgebildete Siegel des Fürsten Heinrich I., dessen sich auch sein Sohn Heinrich II. bediente. Auf der Rückseite steht die Registratur aus der zweiten Hälfte des 15. Jahrh.:

„Littera prima in ordine ratione curie in Pole Vp deme Velde nuncupate."

— Gedruckt bei Schröder, P. M. I, S. 827.

1294. Oct. 9. Nyborg. 2298.

Erich, König von Dänemark, gestattet den Kaufleuten der Seestädte freie Fahrt durch sein Reich, namentlich auch durch Esthland und Wirland bis zur Narwa und nach Alt-Nowgorod, und befreiet sie vom Strandrechte.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus dei gracia Danorum Sclauorumque rex, dux Estonie, salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod nos ad instanciam dilectorum nobis ciuium de Lubæk et de Gutlandia, mercatoribus

omnibus ciuitatum maritimarum Mare Orientale transire volentibus graciam cupientes facere specialem, ipsis omnibus et singulis liberaliter indulgemus, quod ad regnum nostrum, vbicumque eis placuerit, cum rebus et mercibus suis secure venire valeant, siue hoc uia terrestri siue aquatica ipsis oportunum fuerit, et in eodem libere sua exercere mercimonia, securi pro nobis ac omnibus baliuis et officialibus nostris, necnon aliis quibuscumque, qui nostris astricti sunt uoluntatibus et mandatis. Singulariter autem assecuramus eosdem per terras nostras Estoniam videlicet totam et Wironiam usque ad fluuium Narwa et deinde versus Nogardiam, ne quisquam eos, siue in mari siue in terris, in se vel in suis presumat aliqualiter inpedire. Ceterum indulgemus eisdem, quod, si eos alicubi infra limites et terminos tocius regni nostri naufragium, quod absit, pati contingat, quamdiu res suas et naues per se ipsos seu per alios saluare poterunt, eisdem id faciendi tenore presentium liberam concedimus facultatem, et quod per neminem aduocatorum nostrorum seu per quemquam alium de regno nostro debeant aliquatenus inpediri. Verum per graciam nostram districte prohibemus, ne quis aduocatorum nostrorum aut quisquam alius ipsos mercatores contra tenorem presentium presumat aliquatenus molestare; quod qui fecerit, regiam non effugiet vlcionem. Jn cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Nyburgh, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in die beati Dyonisii et sociorum eius, presentibus consiliariis nostris.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 565, aus „dem Original, mit anhängendem Siegel, auf der Treso" zu Lübek. — Im Raths-Archiv zu Rostock findet sich eine alte Abschrift dieses Privilegiums auf Pergament; im Raths-Archiv zu Wismar wird von einem Transsumpt des Bischofs Bertram von Lübek (d. d. 1354, fer. 5. ante festum b. Mathei ap. = Sept. 18) eine vom Wismarschen Stadtschreiber M. Peter Wedighe (1516) vidimirte Copie aufbewahrt.

1294. Oct. 31. 2299.

Wizlav, Fürst von Rügen, Heinrich, Fürst von Meklenburg, und Nicolaus, Fürst von Werle, schliessen einen Vertrag wegen des durch die Ermordung des Fürsten Heinrich von Werle veranlassten Krieges.

— — — visuris in perpetuum. Cum omnis disensionis materia, exorta inter viros inclitos videlicet dominum Hinricum Magnopolensem — — — necnon et consulum civitatum Rozstoc et Wismarie ad sopiendam plenarie sit commissa — — — consilio nobis — — — et possibile fuerit, nec pena in vinculis captivationis infligenda est eisdem, que vel mortem inducat vel corporis — — — vendicabit. Ceterum omnes munitiones seu fortalitia in terra Sywan, que tempore guerre nunc mote fuerunt opposita, funditus — — — municionem non faciet aliquam, de qua terre Slavie possint gravamina irrogari. E converso dominus Nycolaus de Werle et domicellus — — —. Et vasalli terre Sywan

vasallagium facient domino Nycolao de Werlle prehabito et domicello Nycolao de Rozstoc equaliter. — — — De hiis vero, que acta sunt tempore guerre Sywan vel in locis aliis quibuscunque inter personas quascunque, cuiusque — — — vero huius contrarium attemptaverit, dominorum et vasallorum civitatumque omnium indignationem et inimicitiam se sentiat incursu[rum] — — — pace nichilominus perdurante, excepta tamen exactione, quam Johannes de Berkowe longi marchionis — — — depactavit — — — et diem. Dominia dominorum exibunt infrascriptorum, videlicet dominorum Wyzlai principis Ruyanorum, Johannis et Henrici Magnopolensium, Nycolai — — — obtinere. Dicti vero milites et vasalli si emptores non habuerint, domini eis emptores ordinabunt — — — iuvabunt. — — — non porrigent nisi creditoribus, quibus obligantur, solutum et satisfactum — — — vendicabunt. Possunt autem sepedicti milites et vasalli agros suos . . et seminare medio — — — milites et vasallos aut civitates aliquas seu quoscunque pace prehabita comprehensos genere aliquo gravaminis indebiti molesta — — — nollet, reliqui debent unanimiter insurgere contra illum, donec passo vel passe iniuriam iusticie fieret comple[mentum]. — — — prenotati tales advocatos vel officiales in terminis suis statuent, qui sint pacifici et non — — — provocantes — — — vel pro eo exhibere debeat sive in quocunque casu alio, etiam armata manu totisque viribus se iuvabunt ad — — — vasallus tempore guerre nunc mote propter dominorum servicia promissum suum alicubi servare neglexit — — — ad locum sibi — — — thelonea statuent nova et inconsueta, sed omnes incole terrarum Slavie pace firma omnimode perfruentur. Jtem domi — — — [S]lavie exterminati et eliminati esse debent perpetuo. Quos quicunque foveret vel manuteneret, presumeret in aliquo publice — — — quod absit, quis ex nobis pacis huius ordinationem infringere attemptaret, ad refrenandum hunc et compescendum — — — biliter observandis: hii nobiles, videlicet dominus Wizlaus Ruyanorum princeps, Henricus Magnopolensis et Nycolaus de Werlle — — — Hermanno Rumpeshaghen, Conrado de Bune, Johanne, Frederico, Georgio, Conrado dictis Moltke, Frederico — —, — Pren, Johanne de Lhu, Ludolfo Hardenacke, Johanne Storm, Johanne Pren, Johanne Rosendal, Reymaro de Barnekow, — — — Raven Buc, Hinrico Mordero, Olrico de Blucheren, Frederico et Ludolfo Molzan, Gerlaco de Ekerenvorde, militibus, — — — anno domini M° CC° nonagesimo quarto, in vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Rostock. Der vordere Theil der Urkunde ist verloren; an dem erhaltenen Theil sind noch drei Siegelstreifen, die Siegel selbst fehlen. — Vgl. Nr. 2134, 2180, 2182, 2190 und 2302.

1294. Nov. 3. Bützow. 2300.

Gottfried, Bischof von Schwerin, gibt seine Zustimmung zu der Permutation der Pfarren zu Parkentin und Stöbelow.

Godefridus dei gracia episcopus ecclesie Zverinensis viro religioso et honesto Johanni abbati Doberanensi salutem in domino. Cum ecclesiarum profectibus[1], quantum possumus, consulere teneamur, ob hoc, ut ecclesiarum Parkentin uidelicet et Stoblow[2], nostre diocesis, prouideatur utilitatibus, permutationi earundem, dummodo tamen fiat racionabiliter, consensum nostrum duximus adhibendum. Datum Butzowe, proxima quarta feria post festum omnium sanctorum, sub anno domini M° CC° XC° quarto. Suprascripta approbamus, profectibus[3]. Datum et cetera.

Nach dem anscheinenden Concept im Haupt-Archiv zu Schwerin. Doch ist ehemals ein Siegelband aus dem Pergamente geschnitten, wenn jetzt auch nicht mehr vorhanden. [1] Statt profectibus war zuerst rectoribus geschrieben; auf die Correctur bezieht sich wohl das am Schlusse zur Erinnerung, wie es scheint, hinzugefügte Wort [3] profectibus. — [2] Das Wort Stoblow ist undeutlich, doch steht auf der Rückseite von einer andern, aber gleichzeitigen Hand: „De permutatione Parkentin et Stoblow" sehr deutlich geschrieben. Der Abdruck bei Westphalen III, p. 1548, gibt Stone.

1294. Nov. 11. Parchim. 2301.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder verleihen der vom Bürger Wolder Grote zu Parchim in der Georgenkirche daselbst gestifteten Vicarei das Eigenthum von 4 Hufen zu Schalentin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gratia dominus de Werle et sui fratres omnibus presentem paginam visuris seu percepturis salutem in perpetuum. Ne actus humani in tempore contingentes vna cum temporaneo elapsu obliuione prouocante in nichilum redigantur, expedit et est tranquillum, vt non solum linguis testium firmati, verum eciam scripturarum testimonio perhennentur. Notum tam presentibus, quam future posteritatis sequacibus constare volumus et patere, quod nos consensu vnanimi necnon matura deliberacione in vnum conuenientes, ad altare in parochiali ecclesia sancti Georgii Parchim ad honorem beatorum apostolorum Symonis et Jude a Magno Woldero, ciue nostro Parchim morante, presentis negocii promotore, constructum, suarum inualescente instancia precum, donauimus perfectam proprietatem quatuor mansorum in quadam villa Scolentin dicta iacencium perpetuis duraturam temporibus, seruata eiusdem perpetuitatis duracione cum donacionis tytulo, et dotauimus idem

altare cum prefatis quatuor mansis sub completa dotalis iusticie libertate, rectore eiusdem altaris habente in ipsis sepedictis quatuor mansis liberam potestatem, tam in siluis et campis, quam in aquis et pascuis, tam in viis, quam in inuiis, et in omnibus siue hic positis siue non positis, prout iuris consuetudo exigit villanorum, iura quoque ad sexaginta solidorum solucionem gubernandi, in reliquis nichilominus iudicii articulis procedendo secundum nostrorum rectitudinem vasallorum. Annuimus eciam, quod idem Wolderus prenotatum altare conferet temporibus vite sue, quo tandem defuncto duo sui patrueles, videlicet Nicolaus et Theodericus, idem altare conferre debebunt per tempora vite sue, quibus omnibus de medio sublatis infra quatuor septimanas extunc collacio eiusdem altaris ad plebanum ecclesie sancti Georgii dicte ciuitatis Parchim, qui pro tempore fuerit, pertinebit: adiecto eciam, quod ipsum altare eidem ecclesie incorporari non debebit aliqua racione, sed speciale beneficium perpetuo permanebit. Huius donacionis testes sunt: dominus Nicolaus de Bruseuiz, Nicolaus de Malin dictus aduocatus, Gerardus frater suus, Denekinus de Welcin, Johannes Huno, Henricus de Bruseuiz, Hermannus de Clenow, Ywan de Bellew, milites, Ditmarus de Sconeberchge, Hermannus Rampo, Lambertus de Merica, Ludolfus Acleye, Bekes, Arnoldus Dordenstender, Gerardus Calmeri, Gruder, Volpertus, Gerardus, Lutbertus, Johannes Stute, consules in Parchim, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Vt autem hec nostra donacio rata ac firma permaneat et a nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, presentem cartulam inde confectam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Parchim, anno dominice incarnacionis M° CC° LXXXXIIII°, in die beati Martini episcopi gloriosi.

Nach dem Original auf Pergament im Haupt-Archiv zu Schwerin mit dem wohl erhaltenen Siegel des Fürsten Nicolaus (abgebildet zu Nr. 1729) an einer gelben seidenen Schnur. — Vgl. Nr. 1968 und 2203.

1294. Dec. 13. Rostock. 2302.

Nicolaus, Fürst von Werle, verpfändet dem Fürsten Nicolaus von Rostock und der Stadt Rostock sein ganzes Land zwischen der Warnow und der Recknitz bis an die Grenzen der Stadt Gülstrow um das Lösegeld, welches er von ihren Gefangenen erhalten kann.

Nycholaus dei gracia dominus de Werle vniuersis presentia visuris in domino salutem. Ne acta nobilium a memoria hominum excidant, expedit scripturam fieri continentem testimonium veritatis. Hinc est, quod notum facimus presentibus, posteris et futuris, quod nos communicato fidelium vasallorum nostro-

rum consilio inpignorauimus inclito patrueli nostro N. domino de Rozstoc et ipsi ciuitati Rozstoc totam terram nostram sitam infra fluuios Warnouiam ac Rekenitzam, usque ad agros et metas seu terminos ciuitati Guzstrow pertinentes protendentem, pro tanta quantitate argenti, quanta extorqueri poterit a captiuis nobis per eosdem presentandis, tali siquidem condicione interclusa, quod idem N. patruelis noster inclitus homagium recipiet a vasallis nostris omnibus commorantibus infra terminos prenotatos, statim ut captiui nobis fuerint presentati. Preterea aduocatum statuet sibi competentem, sed excessus, redditus et prouentus omnes dicte terre nobis personaliter usque ad octauas pasche volumus integraliter reseruari, ut ipsam terram eo melius et competencius redimere valeamus. Ceterum, si prelibatam terram redimere non potuerimus, quod absit, a sepedicto N. patruele nostro et ciuitate Rozstoc in octaua pasche, statim extunc tota terra memorata cum omni proprietate, commoditate, usufructu et utilitate qualibet ad manus et usus dictorum N. domini de Rozstoc et ciuitatis Rozstoc erit deuoluta titulo pignoris, quousque ipsam redimere poterimus pro argento memorato et dampno quolibet accrescente. Jn cuius rei euidenciam duximus has litteras sigilli nostri karactere muniendas. Testes, qui presentes erant: Bernardus de Belyn, Fredericus Molteke, Fredericus de Kerichdorpe, Otto de Retzowe, Heynricus de Osth et alii quam plures milites nostri fide digni. Actum et datum Rozstoc. anno gracie M° CC° XC° IIII°, Lucie virginis.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An der linken Seite hängt an einem Pergamentstreifen das (zu Nr. 1729 abgebildete) schildförmige Siegel des Fürsten Nicolaus von Werle. — Vgl. 2299 und die daselbst citirten früheren Urkunden.

1294. Dec. 21. (Wismar.) 2303.

Rath und Gemeinde der Stadt Wismar erklären sich damit einverstanden, dass von den Urtheilen des Hofes zu [Alt-] Nowgorod nur nach Lübek appellirt werden dürfe.

Uniuersis presencium receptoribus . . consules ac universitas burgensium in Wismaria sinceri affectus plenitudinem cum obsequendi beniuola voluntate. Notum facimus et recognoscimus tenore litterarum presentium lucide protestantes, quod honorandis viris, amicis nostris dilectis, burgensibus ciuitatis Lubicensis in eo iure, quo ipsi et nos ac vniuersi mercatores in curia Nogardensi vsi et gauisi sunt hactenus, assistere volumus et adesse, videlicet vt, si aliquis mercator in eadem curia se in suo iure grauatum cognosceret vel sentiret, quod pro recuperacione sui iuris ad nullum alium locum nisi ad ciuitatem Lubicensem respectum

habere debeat et recursum. Jn cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° LXXXX. quarto, in festo beati Thome apostoli.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 567, aus drei Transsumpten. Vgl. Nr. 2255 und die Rostocker Urk. d. d. 1295, Jan. 5. — Gedruckt bei Sartorius II, Nr. LXXXII[b].

1294. Dec. 25. Drechow. 2304.

Gottfried, Bischof von Schwerin, beurkundet, dass der Abt Arnold von Neuenkamp zu Drechow eine Tochterkirche der Kirche in Tribsees gegründet und bewidmet, und er selbst den Kirchhof geweihet hat.

Godefridus dei gracia episcopus ecclesie Zwerinensis omnibus presencia uisuris in perpetuum. Tenore presencium cupimus notum esse, quod honorabilis vir Arnoldus abbas Noui Campi — — — ecclesie parochiali in Tribuzes filiam plantauit in Drechowe — — —; cuius ecclesie cymiterium auxiliante domino consecrauimus in die natiuitatis domini, anno incarnacionis ipsius M° CC° XC° quinto. Datum Drechowe, anno et die predictis.

Nach dem Original (im Prov.-Archiv zu Stettin), welches noch an einem Pergamentstreifen ein Stück des Siegels zeigt, vollständig gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III). S. 96 (Nr. CCXLVII), und correcter bei Lisch, Behr. Urk. I, S. 185.

1294. Dec. 29. Rostock. 2305.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum von 5 Hufen bei der Stadt Goldberg, welche dem Ritter Johann Fineke (Wunke) und zum Burglehn in Richenhagen gehört haben, für 50 Mk. Pf.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis[1] salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, ad quos presens pagina deueneril, quod nos, matura deliberatione prehabita, de consilio consulum ac vasallorum nostrorum, firma voluntate venerabili in Christo domino Arnoldo abbati ac monasterio Noui Campi proprietatem quinque mansorum circa oppidum Goldberghe[2] situatorum, qui Johannis dicti Wnken militis, quondam aduocati ibidem, fuerant et ad ius feodale castelli aliquando in Rykenhagen[3], quod wlgo borchlen dicitur, pertinebant, cum paschuis, pratis, paludibus, rubetis et lignis pertinentibus ad eosdem pro quinquaginta marcis denariorum vendidimus foro irrefragabili, cum iudicio vsque ad solidos sexaginta, volentes omnino, vt iidem[4] quinque prefati mansi nec per nos, nec

per heredes nostros aut aliquem officialium nostrorum de cetero funiculo distributionis debeant mensurari. Vt hec autem firma permaneant eternaliter, sigillum nostrum huic cedule duximus apponendum [5]. Testes huius rei sunt: domini Ludolfus et Hartmannus fratres de Oldenborch, Heinricus de Ost. Johannes de Goldstede [6], Joachim aduocatus [7] in Plawis, Heinricus Scade advocatus [7] in Warne, Ernestus dictus Buddo, milites, et dominus Johannes de Rethzen, sacerdos et capellanus curie nostre, et alii quam plures fide digni [8]. Datum in Rostock, anno domini M° CC° nonagesimo quinto, die sequenti post festum puerorum innocentum.

Nach dem Original im Prov.-Archiv zu Stettin, mitgetheilt von dem weil. Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Es sind von dieser Urkunde 2 Original-Ausfertigungen vorhanden, von welchen die Siegel mit Stücken des Pergaments abgerissen sind. Die Abweichungen des zweiten Exemplars, welches durch die Ausreissung des Siegels sehr beschädigt ist, sind folgende: [1] presentia visuris — [2] Gottberge — [3] Rythenhagen — [4] hiidem — [5] Hier folgt das Datum, und die Zeugen kommen hinterher. — [6] Gollstede — [7] tunc advocatus — [8] fide digni: fehlt. Da man den Anfang des Jahres damals von Weihnacht zu rechnen pflegte, so setzen wir diese Urkunde noch in das Jahr 1294. Da aber eine zweite Urkunde über diesen Gegenstand vom 12. Febr. 1296 (s. u.) datirt ist und mit der vorstehenden fast ganz übereinstimmt, so möchte man diese Urkunde vielleicht lieber in das Jahr 1295 setzen, um so mehr, da die meisten Erwerbungen des Klosters Neuenkamp in Meklenburg in die Jahre 1295 und 1296 fallen.

1295. 2306.

Die von Mallin beurkunden, dass sie das Dorf Bisdorf vom Bischofe Gottfried von Schwerin gekauft haben [und dass diesem der Rückkauf frei steht].

Ein alt, vermuddert briefflin der von Malin, das sie vom Bischoffe Godfrido zu Zwerin Biscopstorp gekaufft anno 1295.

Clandrian. Protoc. fol. 73. — Auch Hederich berichtet in seinem Index nach dem Registrum eccles. Zwerin.:

Godefridus episcopus uendit Biscoppestorpe dictis de Malyn.

Dass dem Bischofe das Recht der Einlösung zustand, dürfte man schon daraus schliessen, dass von Seiten der Käufer eine Urkunde über die Erwerbung ausgestellt ist. Clandrian verzeichnet aber auf derselben Seite auch noch eine zweite Urkunde, welche dies beweist: „Ein alt, durchlochert brieff der Maline, das vorgemelter Bischoff (Gottfried von Schwerin) dass dorff Bischopstorp widergelöset anno 1307."

1295. Mölln. 2307.

Albrecht, Herzog von Sachsen, und seine Neffen Johann und Albrecht verkaufen dem Dom-Capitel zu Ratzeburg das Eigenthum der Capitelgüter im Lande Ratzeburg mit allem Recht, ausser der Landwehr und dem Burgwerk.

Albertus dei gratia, Johannes et Albertus duces Saxonie, Angarie et Westphalie, omnibus presentia uisuris uel audituris uiuere cum salute. Sicut res

et bona ducatus Saxonie communiter possidemus et pro indiuiso tenemus, ita communi deliberatione decreuimus quedam ex iis uendere, ut ex eorum aut earum pretio utilitatem nostram nobis perquam necessariam faciamus. Quapropter notum facimus uniuersis, quod nos, recepto condigno et iusto pretio a preposito et conuentu ecclesie Raceburgensis, eis et ecclesie ipsorum per eos vendidimus proprietatem quorumdam mansorum et quedam stagna cum proprietate ipsorum, iura quedam et libertates tam in mansis, quam in stagnis ceterisque bonis ecclesie ipsorum in territorio nostro Raceburg constitutis, que suis nominibus duximus exprimenda. Vendidimus siquidem eis proprietatem duorum mansorum in villa Panten, duorum mansorum in uilla Hermannestorp, in Sicco Allodio IX mansorum et dimidii proprietatem, item proprietatem mansorum, que ecclesie in Slauuestorp soluunt, proprietatem eciam duorum molendinorum prope stagnum Raceburgense positorum, item trium stagnorum proprietatem, stagni uidelicet Lanchowe, stagni Goldense, stagni in Oldenborg, et piscationem liberam in eisdem, cum omni iure, quod actenus habuimus in eis. Maius eciam iuditium, tam in iam dictis bonis, quam in uillis, quas ecclesia in terra nostra Raceburg possidet, et earum terminis, silicet in uilla Campowe, in uilla Cytane ac Cytane Slauicali, in uilla Goldense, in uilla Clotesuelde, in uilla Oldenborch, in uilla Walegodesuelde, ecclesie uendidimus, volentes et donantes ac uenditionis tytulo in ecclesiam hoc ius transferentes, ut in predictis uillis ac earum limitibus, agris cultis et incultis, in pratis, campis, pascuis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, viis et inuiis, uiarum exitibus et regressibus, que intra dictarum uillarum limites continentur, in collum et manum iudicare ualeant per se uel per suos officiales, quos ad hoc decreuerint statuendos. Jtem predicta bona omnia libera facimus et reddimus penitus absoluta ab omni grauamine, a petitione maiore et minori, ab exactionibus, que in eis usque ad hec tempora facere consueuimus in porcis, pecunia et annona, ita quod exnunc nobis nichil iuris competat in eisdem. Homines eciam ecclesie, qui predicta bona et memoratas uillas inhabitant, ad commune terre placitum, quod lantynk dicitur, venire non compellantur inuiti. Si uero ad terre defensionem, ad castri Raceburg munitionem, ad pontis refectionem cum ceteris terre hominibus fuerint euocandi, preposito Raceburgensi denunciabitur uel suo offitiali, vt hii, qui de hominibus ecclesie ad hec tenentur, per ipsum uel suum nuntium euocentur, et si necesse fuerit et exegerit eorum maliuolentia, a preposito inpignorentur et ad prehabita compellantur. Jtem homines ecclesie, qui ad fossata facienda et aggeres comportandos astricti sunt, extra territorium Raceburg hoc facere minime compellantur. Vt autem iste uenditionis contractus in perpetuum stabilis perseueret, nos Albertus senior illi [per] presentes auctoritatem tutorio nomine adhibemus et simul cum conducibus et patruelibus nostris renuntiamus omni iure canonico uel ciuili, quo in iuditio uel extra reuocari possit uel quomodolibet impugnari, promittentes bona fide, quod per nos uel alios contra eum

numquam ullo tempore veniemus. Actum a nobis Molne [1], anno domini M° CC° nonagesimo quinto, in presentia testium [2] ad hoc rogatorum: domini Ribonis senioris et domini Hemyconis Hako et Thetleui de Parkenthin, Gotscalci de Mustin et Hinrici Scako, militum [2]. Quia uero nos Johannes et Albertus uno adhuc sigillo contenti sumus, in sigillatione presentis instrumenti tantum pro nobis unico usi sumus, patrui nostro (!) sigillo et auctoritate una cum nostro presentem paginam roborante.

Nach dem Original im bischöflich Ratzeburgischen Archiv zu Neu-Strelitz. Das Wort [1] Molne und die Worte [2] „testium — — militum" sind von einer andern, aber gleichzeitigen Hand in einen offen gelassenen Raum eingetragen. An rothen und gelben Seidenfäden hangen die beiden zu Nr. 1990 beschriebenen herzoglichen Siegel. — Gedruckt bei Westphalen II, p. 2226; Schröder, P. M. II, S. 2982. — Vgl. Nr. 2275.

1295. Rom. 2308.

Acht Bischöfe ertheilen der Kirche in Broda einen Ablassbrief.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere peruenerint, nos dei gratia Rogerus [archiepiscopus san]cte Seuerine, Guilelmus Callensis, Robertus Calinensis, Romanus Croensis, Jacobus Treuentinus, frater Maurus Amiliensis, Stephanus Opidensis et frate[r Franciscus . . e]racenensis episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens, et uita bene seruient[ibus sibi multo m]aiora tribuat, quam ualeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgenciis uidelicet et remissionibus iniu[n]cti[s], vt exinde reddantur diuine gratie apciores, cupientes igitur, vt ecclesia sancti Petri et beate Marie semper virginis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam sancti Petri et beate Marie virginis de Broda, Hauelbergensis diocesis, que per tempestates mirabiles desolata et per guerram principum et discordiam inmensam est destructa, causa deuocionis seu peregrinacionis in festiuitatibus subscriptis, videlicet natiuitatis domini nostri Jesu Christi, parasceuen, recurreccionis, tempore rogacionum, pentecostes, et in omnibus festis beate Marie virginis, beate Michaelis archangeli, beatorum Johannis baptiste et euangeliste et omnium apostolorum beatorum, Nicolai et Martini confessorum, beatarum Marie Magdalene, Elisabet, Katerine et Cecilie viduarum et virginum, et omnium sanctorum, ac in dedicacione prefate ecclesie et per octauas predictarum festiuitatum octauas habencium accesserint et ibidem diuinum officium seu predicacionem dei, quando prior uel aliquis de con-

uentu prefate ecclesie, ordinis Premonstratensis, missam uel uerbum dei in festiuitatibus suprascriptis celebrari uel predicari (!) contigerit, deuote audierint, necnon qui prefate ecclesie fabrice, su(b)stentacionibus, reparacionibus, luminariis, libris, vestimentis, calicibus, campanis, altarium ornamentis seu aliis necessariis manus adiutrices porrexerint seu quicquam facultatum suarum in extremis legauerint, donauerint, miserint, per se uel per alios quocumque modo licito procurauerint, nos de omnipotentis dei misericordia, gloriose semper virginis Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum ac omnium sanctorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in deo relaxamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Datum Rome, anno domini M° CC° nonagesimo quinto, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno primo.

Nach dem Original im Archiv zu Neu-Strelitz. In der 1.—3. Reihe der Urkunde ist, wohl durch einen Brand, ein Loch entstanden. An leinenen Fäden hangen die parabolischen Siegel der acht Bischöfe in rothem Wachse; sechs zeigen den Bischof stehend, zwei einen unter einem Heiligenbilde in einer Nische knieenden Bischof. Sämmtliche Siegel haben, zumal in den Umschriften, sehr gelitten, doch liest man noch auf dem letzten:

— [F]RIS [FR]ĀCISCI — CR —

Darnach ist der Name in der Urkunde ergänzt. Auf dem oberen Rande der Urkunde ist die Genehmigung des Bischofs Burchard von Havelberg mit folgenden Worten geschrieben:

> Nos vero Borchardus dei gracia Hauelbergensis ecclesie episcopus presentem indulgenciarum donacionem, in quantum iusta est et de iure possumus, auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus. Datum Noua Brandenburg, anno domini M° CCC° XLIII°, die beatorum Johannis et Pauli martyrum, nostro sub secreto.

Auch ist unten am Pergamentstreifen sein Secretsiegel angehängt, von dem aber nur der untere Theil erhalten ist, der einen Schild zeigt mit des Bisthums Wappen, nämlich zwei Bischofsstäben im Kreuz und einem Kreuze dazwischen. Von der Umschrift ist erhalten:

— — — hAVGL — — —

1295. Karow. 2309.

Huno von Karow, Ritter, verleiht dem Kloster Eldena zur Präbende seiner Tochter Jutta, Nonne daselbst, eine jährliche Weizenhebung aus Beckentin.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam uisuris seu audituris dominus Huno de Karowe salutem in eo, qui omnium salus est et origo. Cicius ab hominum elabuntur memoria, que nec testium uoce, neque scripti perhennantur tenore. Eapropter tam uniuersitati presentium, quam posteritati futurorum notum esse cupio, quod duos koros siliginis in Beketin ad manum prepositi ac conuentus in Eldena pro prebenda filie mee Jutte, ibidem professe, resigno cum omni utique iure ac libertate possidendos, sicut hactenus possessio nostra fuit in eisdem. In cuius rei firmamentum et robur perpetuum presens scriptum inde

confectum sigilli nostri communiuimus appensione. Datum et actum anno domini M° CC° LXXXXV°, in Karowe.



Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel des Ritters Huno von Karow: ein Andreas-Kreuz, von dessen Balken jeder aus Rauten, die mit der Spitze an einander stossen, so zusammengesetzt ist, dass von dem Mittelpunkte des Kreuzes aus jeder Flügel drei Rauten zählt. Die Umschrift lautet:

✠ S' hVNONIS . MILITIS . DE . CA . . . E .

1295. Neuenkamp. 2310.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum des Aalfanges in einem Theile des Plauer Sees.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus presencia conspecturis salutem. Notum esse uolumus presentibus et futuris, quod nos in remissionem nostrorum peccaminum necnon et progenitorum nostrorum salutem dilectis nobis domino abbati et conuentui Noui Campi, Cysterciensis ordinis [1], donauimus proprietatem capture anguillarum, que wlgo aluanc dicitur, prope ciuitatem Plawis in stagno, prout hiis terminis concluditur: primo a Medekowe, vbi se Eldena [2] fluuius prefato stagno Plawis primitus infundit, vsque in locum, qui dicitur Cutzinerorth, et abhinc vsque in locum, qui uocatur Sunnenberge [3], qui totaliter ad prefatam capturam pertinet, et abhinc vsque ad cuiusdam loci arborem, que (!) Slapesowe dicitur, et sic vsque ad pontem, quo trans flumen Eldenam transitur in ciuitatem, ita quod sepedictam capturam cum suis terminis prenotatis tam libere et quiete cum omni iure absque qualibet exactione, cum omni eciam iudicio, maiore scilicet et minore, perpetuo possideant hiidem dominus abbas et conuentus, vt nullus hominum clausuris, sportis aut funibus, qui alrep nuncupantur, aut aliquo alio instrumento sine ipsorum consensu audeat anguillarum ibidem exercere aliquatenus aut attemptare captionem. Jn cuius rei firmitatem presens scriptum sigillo nostro de omnium heredum nostrorum consensu fecimus roborari. Huius igitur rei testes sunt: dominus Ludolfus et dominus Hartmannus fratres dicti de Oldenborch, dominus Heynricus de Ost, dominus Heynricus de Dechowe, dominus Johannes de Ost, milites, dominus Johannes de Retze [4], plebanus de Tetherowe, Nycolaus de Oritz, famulus, aliique quam plurimi fide digni. Datum in Nouo Campo, anno domini M° CC° LXXXX. quinto [5].

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Hier werden zwei Original-Ausfertigungen dieser Urkunde aufbewahrt, von verschiedenen Händen in einer festen Minuskel geschrieben.

1) Das Original des vorstehenden Abdrucks ist in einer grössern und schönern Schrift geschrieben; an rother und grüner Seide hängt des Fürsten schildförmiges Siegel (abgebildet zu Nr. 1729). Auf der Rückseite steht die gleichzeitige Registratur:

„In presenti priuilegio positum est vocabulum quoddam pro ostensione terminorum angrillarum capture in stagno Plawe, quod Sunnenberge [6] hic notauimus, dubitantes propter diuersorum relatus hominum, vtrum, vt habetur in priuilegio isto, Sunnenberge, an Goldekenberghe vocitetur."

2) An dem Originale des zweiten Exemplars hängt dasselbe Siegel aus grünem Wachs an einer Schnur von goldgelber Seide. Von der oben gedruckten Ausfertigung weicht es folgendermassen ab: [1] Cyst. ord., Zwerinensis dyocesis — [2] Heldena — [3] qui vocatur Goldekenberghe — [4] Rethze — [5] nonagesimo quinto. — Auf der Rückseite steht dieselbe Registratur (mit der Abweichung: [6] Sonnenberghe). — Gedruckt bei Lisch, Cod. Plaw., S. 39; Lisch, Oertzen. Urk. I B, S. 25; Jahrb. XVII, S. 283 (vgl. daselbst S. 81).

(1295.) 2311.

Gottfried, Bischof von Schwerin, und Nicolaus[, Fürst von Rostock,] trennen die Seelsorge des Hospitals zum heiligen Geist zu Ribnitz von der Pfarre der Stadt, mit Zustimmung des Pfarrers Johann von Moltke, und geben dem Altare des Hospitals den der Kirche von dem Ritter Friedrich von Kardorf entwehrten Besitz.

Godfridus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus, necnon et Nico[laus] — — — diuini cultus semper intendere cupiamus, hinc est, quod presencium tenore litterarum notum esse volumus omnibus hominibus, tam presentis temporis, — — —, [quod domum sancti Spiritus in Ribbenitze, ne pauperes et debiles in ipsa domo degentes] diuinis careant, cum omni iure separauimus et omnino exemimus a predicta ecclesia supradicti opidi, Johannis de Molteke plebani eiusdem ecclesie ad [hoc accedente consensu], — — — in diuinis eidem domui et personis in ea habitantibus preesse sciat et valeat, et is a preposito curam recipiat animarum. Et quidquid oblatum ibidem ad — —, — — — — — in eadem domo decedencium liberam habeat sepulturam. Annuimus insuper, quod dilectus nobis dominus Fredericus miles dictus de Kerchdorpe — — — per commutacionem abstraxit eidem parrochiali ecclesie, in recompensam, dicto domino Johanne Molteken plebano consenciente, restituendo dotem al[taris] — — — exactionis precarie seu uiolente debebit perpetuis temporibus possidere. Et hiis factis memoratus dominus Fredericus de Kerchdorp prouentu — — — [sa]cerdos sue vite temporibus obtinebat et ad illud perpetuo in septimana qualibet singulis secundis et quartis et sextis feriis missa d — — — [suc]cessorum eorundem et heredum, necnon filiorum et amicorum prenominati domini Frederici de Kerchdorp memoria iugis fiat, cultoribus tamen t — — — conscriptam sepedicte domui sancti Spiritus in testimonium et cautelam tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes hu — — — [Johannes de

Le]wetzowe, Conradus de Cysendorp, Tesmarus marscalcus, Echardus de Exen, Godscalcus Polene, milites, et alii quam plurimi fide dig[ni] — — —.

Nach einer beglaubigten Abschrift vom 1. Febr. 1860 im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Schweriner Archiv besitzt nämlich einen Process über einen Streit zwischen der Pfarre und dem Heil.-Geist-Hospital zu Ribnitz auf einem grossen Blatte Pergament, welches quer durchschnitten und mit jeder Hälfte zum Einbande der früher dem Kloster Ribnitz gehörenden deutschen Uebersetzungen der Evangelien und Episteln gedient hat. Die obere Hälfte ist noch vollständig vorhanden; die untere Hälfte ist aber gerade der Länge nach durchschnitten und nur in der einen Hälfte vorhanden. Diese enthält nun die Abschrift der vorstehenden Urkunde, welche also auch nur zur Hälfte erhalten ist. In diesem Processe wird auch der Inhalt der vorstehenden Urkunde also registrirt:

> — — Verum quia per dictas sentencias vobis permitti videtur, quod corpora decedentium pauperum, infirmorum et aliorum in dicto hospitali degentium duntaxat possitis in cimiterio dicti hospitalis libere sepelire, et quod ad restitutionem funeralium corporum predictorum et oblatorum voluntariorum in altari dicte capelle factorum et legatorum eidem hospitali relictorum, in posterum faciendorum et relinquendorum non teneamini, et pro eisdem pauperibus et infirmis et aliis in dicto hospitali degentibus ecclesiastica sacramenta m[inist]rare et eorum curam [ger]ere animarum ac ipsis salus moderacione supradicta diuina officia celebrare possitis secundum tenorem concessionis seu ordinacionis facte per bone memorie Godfridum Zwerinensem episcopum, coram auditore prime instancie predicte, secundum quem tenorem de celebrationibus d[iuin]orum aliis[que supra]positis sub modis et formis infrascriptis fuit ordinatum, videlicet quod, ne pauperes et debiles in dicta domo habitantes diuinis carerent, domus ipsa a parrochiali ecclesia fuit separata, ita videlicet, quod ad altare vnicum protunc in sepedicta domo fundatum et dotatum perpetuo in septimana qualibet singulis secundis, quartis et sextis feriis vna missa legeretur seu diceretur animarum, sabbatis vero singulis vna missa de domina nostra etc., vt in dicto tenore, quem ad maiorem declarationem inferius presentibus annotari fecimus, plenius continetur.

Die vorstehende Urkunde wird um das Jahr 1295 ausgestellt sein, da alle Zeugen hierfür stimmen. Friedrich v. Kardorf lebt 1275—1306; Conrad v. Zisendorf wird 1292, Gottschalk Polene schon 1283 genannt; Eckhard v. Eixen scheint verschrieben zu sein für Gerhard v. Eixen, welcher seit 1283 öfter genannt wird. Im J. 1313 war schon Werner v. Axekow Pfarrer zu Ribnitz. — Ein Auszug ist gedruckt bei Masch, Gesch. der Fam. v. Kardorf, S. 280.

(1295.) Wismar. 2312.

Die Wismarschen Rathmänner nehmen für den Hof des H.-Geist-Hospitals bei der Stadt einen Hofmeister an.

Consules susceperunt famulum quendam Hermannum nomine cum XII marcis denariorum Lvbicensium in curiam sancti Spiritus apud ciuitatem sitam, cui preesse debet, quamdiu se taliter gesserit, quod consulibus et tutoribus eiusdem domus placuerit. Sed si taliter se habuerit, quod ipsis non placuerit, tunc medietatem pecunie predicte recipiet et exibit, et aliam medietatem domus sancti Spiritus optinebit, nisi forsan idem famulus medio tempore tam debilis fieret, quod laborare non posset in curia prenotata. Tunc in domum sancti Spiritus recipietur, et prebenda sibi ministrabitur sicut aliis conuersis ibidem.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 216. — Wenn, was mehr als wahrscheinlich ist, die „valua monachorum" die seit einigen Jahren wieder geöffnete Windpforte ist, so lag dieser Hof vor derselben. Schröder (Ausführl. Beschreibung d. St. u. H Wismar, Mscr., p. 1329) führt an zum Jahre 1339: „de agro Johannis Karowen extra valuam monachorum apud curiam sancti Spiritus."

(1295.) Wismar. 2313.

Abgrenzung des Besitzes des Wismarschen H.-Geist-Hospitals in Martenstorf gegen die Dorfveide.

Proprietas bonorum sancti Spiritus in Mertinstorp finaliter est distincta et diuisa de pascuis eidem uille attinentibus. Hoc Bertoldus Bosowe et Hermannus Vridach, qui ciues aliquando fuerant in ipsa villa, verum esse, coram consulibus affirmabant. Super qua distinctione cum consensu eiusdem ville ciuium omnium presentes erant: Hinricus de Siphusen et Johannes de Cluce, Dedde et Henneke Varnere.

Nach dem Wism. Stadtb. A, p. 217.

(1295.) Wismar. 2314.

Die Dominicaner zu Wismar kaufen das Erbe Eberhards von Dalliendorf.

Hereditatem, que fuerat Euerhardi de Daliendorp, emerunt fratres predicatores ab Hinrico de Wittenborgh et Gerardo Daliendorp pro quinque marcis et centum, in qua pecunia Coneke de Godebuz et frater suus habent XX marcas, vnde dabuntur eis annuatim redditus duarum marcarum, donec ipsis pecunia sua predicta fuerit totaliter persoluta. De qua eciam pecunia dabuntur in festo Michaelis proximo Hinrico de Wittenborgh et Gerardo predictis XXX marce denariorum et in natali domini nostri proximo subsequente XXV marce. Tunc remanebunt adhuc superstites XXX marce, pro quibus dictus Hince remanebit in eadem domo, quamdiu fratribus placuerit; sed dum easdem XXX marcas sibi refundere voluerint, eum in anno dimidio prescire faciant, quibus persolutis idem Hince fratribus cedere debet de domo. Pro hiis obseruandis et pecunia prenotata compromiserunt in solidum Hildebrandus Rikeland, Hermannus Laske, Hinricus Siphusen, Wernerus Paskedach et Nicolaus Friso, sartor. Hoc constat consulibus. Hermannus Parsowe et Hince carpentarius, maritus Grete, cum predictis uenditoribus warandare promiserunt fratribus per annum et diem, sicut ius est ciuitatis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 218. — Getilgt. — Vgl. Nr. 2317.

(1295.) Wismar. 2315.

Willküre der Rathmänner zu Wismar gegen den übermässigen Aufwand bei Taufen und Kirchgängen, Hochzeiten und Begräbnissen.

[I.] Decreuerunt consules tam presentes quam preteriti, quod puerum baptizandum tantum sequentur sex mulieres.

Jtem domina quecumque introducenda in ecclesiam ibit in sexta persona.

Et hoc arbitrati sunt sub pena trium marcarum argenti.

[II.] Jtem: Qui noluerint habere expensas in nupciis, de die nullam habebunt congregacionem, sed de uespere. Tunc non dabuntur species, sed propinabitur hominibus; sed prius de mane sponsa in sexta persona ibit ad ecclesiam et audiet missam. Similiter et in tercia die. Volentes autem habere nupcias sollempnes de die, sponsus et sponsa de mane ante prandium cum suis amicis in tympano et choro ibunt ad ecclesiam et audient missam, qua finita, redeuntibus ipsis ad hospicium, habebunt ad maius LXXX scutellas, et scutella dabit duos solidos. Nec de uespere, nec die sequenti facient aliquas expensas, sed tercia die sponsa de mane in sexta persona ibit ad ecclesiam. Et hec omnia sub pena prenotata.

[III.] Jtem: Clerici non ibunt de cetero ad aliquod funus cum cruce uel processione, nisi sit clericus, qui obiit [1].

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 219. — Der Inhalt dieser Willküren scheint auf entwickeltere Zustände hinzudeuten, die Aufzeichnungen auf p. 219 und p. 220 haben Unterbrechungen erlitten und zeigen verschiedene Hände, und das Rathswillekürebuch fol. 4 [b] gibt die Bestimmung III. mit dem Zusatze: [1] Arbitratum est anno domini M°CCC°XVI°, so dass man der Vermuthung Raum geben könnte, die ganze Willküre sei erst 1316 gemacht. Dem wird aber nicht so sein, da die in den Inscriptionen derselben Seite vor- und nachher vorkommenden Personen bestimmt dem Ende des 13. Jahrhunderts angehören, dieselbe Hand auch in den zunächststehenden Inscriptionen sich zeigt und, wenn diese Willküren dort später, also etwa 1316, eingetragen wären, dies kaum ohne die Schrift zu drängen oder zu dehnen hätte abgehen können, wovon sich aber keine Spur zeigt; auch würde der Schreiber schwerlich das lange f am Ende der Wörter angewendet haben. Es wird demnach anzunehmen sein, dass die Willküre III. im Jahre 1316 erneuert und wieder anderweitig niedergeschrieben ist. Die Willküren I. und II. finden sich auch im Rathswillekürebuch fol. 27 [b], jedoch mit Abänderungen, so dass im Anfange des 14. Jahrhunderts eine neue Redaction stattgefunden haben wird. Hier ist die Bestimmung wegen des Kirchganges ganz fortgelassen, und dagegen hinter der Verordnung wegen der kleinen Hochzeiten eingeschaltet: „Sabbato vero, quo deponitur Alleluia, ibit vnaqueque sponsarum metsexta persona ad ecclesiam."

(1295.) Wismar. 2316.

Lübisches Statut über das von auswärts eingebrachte Brod.

Jura pistorum in Lubeke.

Quicumque hospites cum pane uenali venire voluerint, possunt licite omni die, ita tamen, quod panem ferant ualentem denarium aut duos panes pro denario. Quodsi panis denarium non valeret, magistri pistorum hoc tractabunt tamquam proprium panem; sed si hospites obedire noluerint magistris, hoc indicare debent consulibus, quibus extunc vadiabunt hospites X solidos, de quibus magistri percipient sex denarios. Si vero panis paulo melior esset quam denarius, non deberet uendi preciosius quam pro denario.

Nach dem Wism. Stadtb. A, p. 90. — Da dieselbe Verordnung mit etwas anderer Wortstellung auch in das Rathswillekürebuch fol. 5 [b] eingetragen ist (gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtr., S. 58), so wird man annehmen können, dass dies Lübische Statut auch in Wismar Geltung hatte. In das Jahr 1295 haben wir diese Nummer nach der Handschrift setzen zu müssen geglaubt.

(1295.) Wismar. 2317.

Die Dominicaner zu Wismar kaufen ein ihnen benachbartes Haus.

Hereditatem, que iacet inter Villekinum de Mulne et fratres predicatores, emerunt fratres a Henrico de Daliendorp. Jn eadem hereditate manebit idem Henricus a festo pasce ad duos annos pro L marcis. Expletis istis duobus annis dabunt sibi. Vernerus Paskedach, Hyldebrandus Rykelant, Hermannus Laske, Henricus Siphusen, Nycolaus Friso promiserunt pro isdem fratribus. Tunc idem Henricus debet exire de eadem hereditate. Jn eadem hereditate habet Hermannus Laske XX marcas, pro quibus dabunt sibi idem fratres duarum marcarum reditus; si esset in illis aliquis defectus, ide[m] proscri[p]ti (!) respondebunt pro defectu. Pro isto promisso, quod isti vere fecerunt, idem fratres ipsis posuerunt eandem hereditatem ita, sicut fuit eius Henrici. Jstam hereditatem resignauerunt coram consulibus Henricus de Vittenborg et Gerhardus de Daliendorp. Pro varandia diem et annum promiserunt Hermannus Parsowe et Henricus carpentarius secundum ius ciuitatis.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 225. — Getilgt. — Vgl. Nr. 2314.

(1295.) Wismar. 2318.

Die Wittwe von Eixen zu Wismar und ihr Sohn Arnold kaufen ein Erbe vom H.-Geist-Hause und Heinrich bi der Müren.

Domina Hylburgis et Arnoldus de Exsen emerunt hereditatem a sancto Spiritu et ab Henrico de Muro, quam sibi resignauerunt coram consulibus. Pro varandia promiserunt Johannes de Cluce et Henricus de Muro. Jn eadem hereditate habet Johannes filius Brandenburg X marcas, de quibus faciet domina Hellebur[gis] secundum compromissum ciuitatis. Quando idem seruus venerit, tunc sibi restituet denarios ex toto.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 226.

(1295.) Wismar. 2319.

Hermann Lasche zu Wismar kauft von seinem Bruder, dem Dominicaner Gerhard, 4 Mark Rente.

Hermannus Laske emit a fratre suo Gerhardo, ordinis sancti Dominici, quinque marcarum reditus pro quinquaginta marcis, que ipsum ex parte sui patris attingebant iure hereditario; quidquid autem sibi ex parte matris, si obitum eius supervixerit, secundum alios eiusdem matrone heredes equam porcionem absque omni inpedimento tollet. Ad ista omnes viciniores amici dederunt consensum. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 227. — Getilgt.

(1295.) Wismar. 2320.

Funfzehn Bürger zu Wismar verbürgen sich für Johann Marquards, der ihnen mit Mutter und Brüdern dafür Grundbesitz verpfändet.

Bernardus Blesse, Werherus Duelich, Werherus Crukov, Crist[i]anus Hengest, Johannes Blesse filius, Hermannus pistor, Henricus de Wesera, Petrus Mucelmowe, Werherus Smedeke, Johannes Felix, Martinus filius Boionis, Johannes Monachus, Gerhardus Blesse, Nicolaus Jule, Johannes de Wesera, isti XV promiserunt pro Johanne filio Marquardi pro IIIℓ marca et CC. Medietatem debent soluere in festo Martini, aliam mediam partem in festo Martini ad annum. Super quibus debitis inpignorauerunt nobis idem Johannes et Benedictus et Hartvicus, fratres sui, et mater ortum humuli, qui iacet apud Dampmenhusen, et domum, que iacet in strata Bwenstrata, et duo iuiera, que iacent in monte patibuli [1].

Ortum humuli et iuiera idem Johannes faciet de suis sumptibus laborare. prouentus debitores (!) tollent pro sua redemptione. Jtem de isto orto humuli debet habere Henricus Howemdorp IIII solidos et IIII marcas; in festo Michahelis debent dari sine pignore et querimonia. Super quo promiserunt Werherus Duelich, Bernardus Blesse et Werherus de Crukov. De istis debitis et dampnis nos excipiet idem Johannes et sui fratres et mater sua.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 227. Getilgt. — [1] Der „Mons patibuli" (1323: Galchberch), welcher hier zuerst vorkommt, trug den Galgen bis 1830, wo dieser abgebrochen, und der Gottesacker angelegt wurde.

(1295.) Wismar. 2321.

Johann, Andreas Schraders Schwestersohn, kauft von diesem einen Speicher.

Johannes, filius sororis Andree Sartoris, emit ab Andrea vnum granarium, quod iacet iuxta orreum Hermanni Laske in strata, que vadit ad murum. Jllud resignauit sibi coram consulibus. De [e]odem granario vendidit idem Johannes Andree trium marcarum reditus pro XXX marcis, quas redimere potest secundum compromissum ciuitatis. Jstos reditus dispono filie mee, que est in Dobertin, ad tempora vite sue pro suis necessariis comparandis. Jpsa mortua cede[n]t aliis heredibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 229. — Getilgt.

(1295.) Wismar. 2322.

Heinrich von der Weser kauft eine Rente in dem Ziegelhause des St.-Georg zu Wismar.

Henricus de Vesera emit duarum marcarum reditus in tegelhus beati Georii pro XX marcis, quas redimere potest pro eadem pecunia. Pro deffectu promiserunt Henricus de Siphusen et Henricus de Gogelov.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 230. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wismarschen Stadtrechts, S. 35.

(1295.) Wismar. 2323.

Aufzeichnung über den Verkauf einer Rente aus Saunstorf durch Johann Mönnik zu Wismar.

Gerhardus Monachus emit XVIII tremodia redituum singulis annis de Benedicto de Rodenbeke et suis liberis. Hoc cessit iure hereditario super liberos

ipsius Gerhardi, videlicet Johannem et Ermegardim filiam eius et tutorem eius Hassonem de Crukov iuuenem in villa, que dicitur Sovesdorp. Modo vendidit suam porcionem ipse Johannes filius Gerhardi domino Benedicto de Roden(dem)-beke iuniori. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 230.

1295. Jan. 5. 2324.

Der Rath zu Rostock erklärt sich damit einverstanden, dass von dem Hofe zu [Alt-] Nowgorod nur nach Lübek appellirt werden dürfe.

Vniuersis Jesu Christi fidelibus, ad quos scriptum presens peruenerit intuendum, consules ciuitatis Rostoc voluntatis et seruitii voluntariam in domino exhibicionem. — — — *[Gleichlautend mit Nr. 2303.]* — — — Datum anno domini M. CC. nonagesimo quinto, in vigilia epyphanie.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 567, aus drei Transsumpten. Gedruckt auch bei Sartorius II, S. 180. — In einer gleichzeitigen Aufzeichnung (zu Lübek auf der Trese) heisst es:

„Iste sunt ciuitates, que solent et tenentur appellare a curia Nogardensi ad ciuitatem Lubicensem: Colonia, Tremonia, Padeburnen, Minda, Lymego, Lippia, Heruordia, Huxaria, Magdeborgh, Hallis, Brunswich, Goslaria, Hildensem, Honouere, Lüneborgh, Rozstock, Stralessund, Wismaria, Gripeswald, Kylo, Stadium, Riga, Dantzeke, Elbingho."

U.-B. der Stadt Lübek I, S. 578. Vgl. daselbst S. 557, 559, 566, 569, 571—578 und oben Nr. 2255 und 2303.

1295 Rostock. 2325.

Volmar Runge, dessen Söhne und Tochter überlassen Bertram Dame ein Erbe zu Rostock.

Volmarus Runghe et filii sui et filia venerunt ad presenciam consulum, resignauerunt hereditatem vnam Bertramo Dame vicinam ipsi Bertramo, et omni renunciauerunt actioni ac inpetitioni; et sic hereditas eadem libera est Bertrami. Actum anno V° coram consulibus vniuersis.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 149. — Volmar Runge wird schon früher wiederholt genannt. Stadtb. C, fol. 150, zum J. 1287: „Hermannus et Johannes et Henricus fratres, filii Johannis de Wokerente, vendiderunt eorum hereditatem Volmaro Runghen." — 1289 (Stadtb. D, fol. 2) ist er mit Simon und Lambert v. d. Möhlen Vormund zweier Frauen Abele und Gertrud. — Vgl. auch 1296, Oct. 28. — Von seinen oben berührten Söhnen kennen wir zwei, Volmar und den bei den Unruhen im J. 1312 oft genannten Heinrich. Vgl. Stadtb. 1304 — 1314, fol. 68^b, zum J. 1308: „Volmarus Runghe iunior recognouit, quod domina Gerdrudis nouerca sua habet secum ducentas marcas denariorum, cum quibus ducentis marcis separata est a bonis Volmari senioris." — Stadtb. A, Heft 5, Lage 14^d, fol. 2: „Henricus Runghe recognouit, quod quatuor marce reddituum, descript[orum] patri suo Volmaro ante octo annos in domo lapidea [H]ermanni cerdonis, pertineant Henrico de Robele scolari." Vgl. über den aus Röbel nach Rostock gezogenen Volquin Runge oben Nr. 1667.

1295. (März — April.) Rostock. 2326.

Schwester Wibe, Tochter Meister Jordans, verpfändet der Kirche zu Dargun bis zur Vollendung des Werkes, welches ihr Vater für diese macht, ihren Antheil an einem Erbe zu Rostock.

Soror Wiba, filia magistri Jordani, posuit ecclesie in Dargun pro patre suo magistro Jordano suam quartam partem hereditatis, quam emit a Hermanno Lest, titulo pignoris pro XX marcis denariorum; quando vero opus, quod idem Jordanus preparabit ecclesie, factum est, hereditas dicta libera est et soluta, et pro solucione Henricus de Parkentyn est fideiussor.

Nach dem Rostocker Stadtpfandbuch 1295 — 1304, fol. 4*. — Vgl. oben Nr. 2217 und die Note zu derselben, auch 2175.

1295. März 12. Parchim. 2327.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleihet dem Kloster Dobbertin 6 Hufen zu „Sarnestorp", welche dieses von Tralow gekauft hat.

Nicolaus, Her von Werle, hat dem Closter Dobertin sechs Hufen im Dorffe Sanerstorp [1], die sie von Tralowen gekauffi, vorlehnet. Datum Parchim, 1295., in die beati Gregorii.

Nach Clandrian, Dobb. Reg., Nr. CCCLXIX. — [1] „Sanerstorp" ist verschrieben für „Sarnestorp". — Vgl. Bd. II. Nr. 1225, und unten zum J. 1298 die Urkunde des Fürsten Nicolaus von Werle über „Sarnestorp."

1295. März 18. Wismar. 2328.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, genehmigt, dass die Brüder von Plessen an den Lübischen Bürger Gerhard von Tribsees das Dorf Zarnekow mit 45 Mk. Pf. jährlicher Hebungen, unter Vorbehalt des Rückkaufs innerhalb 5 Jahre, verkaufen, und verzichtet auf die dem Fürsten aus diesem Dorfe zuständigen Dienste und Rechte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam humana labilis est memoria, ex maiorum sagacitate prudenter emanauit, vt, quod memorabile temporaliter agitur, ad successiue posteritatis memoriam scripture testimonio transferatur. Eapropter et presentibus notum facimus et futuris, quod constituti in presencia nostra dilecti fideles nostri Bernardus, Helmoldus Rosendal et Helmoldus iunior, milites, et Reymbernus, fratres dicti de Plesse, recognouerunt

vnanimiter coram nobis, se mediante consilio et consensu heredum ac amicorum suorum omnium rite vendidisse et racionabiliter Gerardo dicto de Tribbeses, ciui Lubicensi, et ipsius veris heredibus nobis dilectis in villa Tsarnekowe redditus quadraginta quinque marcarum denariorum slauicalium annuatim pro quadringentis et quinquaginta marcis denariorum eiusdem monete, tali modo quod idem Gerardus et sui heredes ipsam villam cum dictis redditibus, omni iure, libertate, censu et fructu, cum agris cultis et incultis, pratis et pascuis, aridis et paludibus, siluis et lignis, areis et molendinis, aquis, aquarum decursibus, terminis et distinctionibus, et plane cum omnibus, quibus dicti fratres in ea hactenus vsi sunt, cum plena proprietate debeant perpetuis temporibus libere possidere; qui fratres de Plesse recognouerunt dictam pecuniam eis esse integraliter persolutam. Nos igitur accedente consensu et consilio heredum, consiliariorum ac vasallorum nostrorum omnium huiusmodi vendicionem ratam et gratam habentes, ob dilectionem et fauorem dictorum Gerardi et heredum suorum renunciamus omni iuri et seruicio nobis et nostris successoribus competentibus in eadem villa; hanc eis superaddentes prerogatiuam specialem, vt, si, quod absit, nos et nostros successores seu quoslibet alios principes et dominos nobiles cum ciuitate Lubicensi aut quoscunque eius inhabitatores (!) contigerit in posterum super quibuscunque articulis discordare, dicti Gerardus et heredes sui in dicta villa et ipsius attinenciis et redditibus nullum defectum, impedimentum vel violenciam paciantur, sed eam cum bona securitate possideant pleno iure. Preterea, si propter karistiam seu quamcunque aliam causam in terra nostra alicubi prohibitum fuerit, ne annona educatur, nichilominus Gerardus et sui heredes predicti omnem annonam de villa predicta prouenientem educendi, quorsumcunque et quandocunque voluerint, habebunt liberam potestatem. Damus insuper eis plenam potestatem et liberam facultatem, quod sepedictam villam cum redditibus, iuribus, libertatibus et proprietatibus predictis vendere, dare, legare et alienare possint, qualitercunque voluerint, tam locis et personis spiritualibus et ecclesiasticis, quam secularibus quibuscunque, nostra aut nostrorum successorum seu quorumlibet aliorum contradictione non obstante, et illi, quibus eam vendiderint, ipsam cum omnibus iuribus, libertatibus et redditibus predictis perpetuo possidebunt. Recognoscimus eciam, dictos fratres de Plesse et eorum heredes ac nichilominus omnes in dictis villis inpheodatos aut aliquid iuris habentes omne ius, tam pheodale, quam aliud, cuiuscunque nominis fuerit, coram nobis ad manus Gerardi et heredum suorum predictorum liberaliter resignasse. Ceterum pro speciali dilectione dederunt dictis fratribus de Plesse potestatem plenariam, dictam villam cum redditibus sepedictis infra quinque annos immediate nunc proximos pro dicta summa reemendi; si vero ipsam reemere decreuerint, ipsam pecuniam, videlicet quadringentas et quinquaginta marcas slauicalium denariorum, nullo tempore anni nisi in dominica, qua cantari solet officium Letare Jherusalem, in ciuitate Lubicensi, omni occasione cessante,

integraliter erogabunt. Huius rei testes sunt: dilecti nostri Benedictus de Rodenbeke senior, Heyno de Stralendorpe, Marquardus de Lo, Reymbernus de Barnekowe, Eggehardus de Quitsowe, Johannes Storm, milites, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Jn testimonium autem omnium premissorum et robur perpetue firmitatis presens scriptum super hiis confectum sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum Wismarie, anno domini M° CC° LXXXX° quinto, feria sexta ante dominicam quadragesime Judica.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einer dicken Schnur von schlecht gefärbten, rothen seidenen Fäden hängt das in Bd. II, zu Nr. 872 abgebildete Siegel Heinrich des Pilgers, das auch sein Sohn, Heinrich II., führt. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. II, S. 79; U.-B. der Stadt Lübek II, S. 73.

1295. März 23. Rostock. 2329.

Nicolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Rostocker Bürger Nicolaus von der Möhlen das Eigenthum des Dorfes Dolgen (bei Lage) und gestattet, dieses an ein Kloster zu übertragen.

Nos N. dei gracia dominus de Werle presentibus protestamur, quod Nicholao de Molendino, burgensi in Rostoc, et suis iustis heredibus proprietatem ville in Dolgar (!) contulimus perpetuo possidendam, apposito articulo subsequenti, videlicet qvod, si predicti Nicholaus et heredes sui pro remedio anime sue in vsus claustrales quoscunque dictam villam vellent conuertere quandocunque, sepedicte ville extunc ad claustrum huiusmodi proprietas ex toto deuoluetur. Jn cuius rei euidenciam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Rostoc, anno domini M° CC° XC° quinto, presente domino Wizlauo, consa[n]guineo nostro karissimo, principe inclito Ruyanorum, feria quarta proxima ante dominicam palmarum.

Nach dem Original im Archiv des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An einem aus der Urkunde geschnittenen Pergamentstreifen hängt des Fürsten Nicolaus von Werle schildförmiges Siegel, abgebildet zu Nr. 1729. — Vgl. 1295, Juni 1.

1295. April 6. Doberan. 2330.

Johann, Abt von Doberan, kauft Kornrenten, welche Alexander von Schwerin in den Klostergütern zu Wilsen hat, auf dessen Todesfall zurück und gewährt ihm und seinen Söhnen Brüderschaft und Begräbniss im Kloster.

Omnibus Christi fidelibus litteras presentes visuris frater Johannes dictus abbas monasterii de Doberan felicitatem in domino sempiternam. Tenore presen-

cium recognoscimus et notum fieri cupimus tam presentibus, quam futuris, quod Alexander dictus de Zwerin nobiscum ordinauit, vt de bonis ecclesie nostre in Wilsna singulis annis post obitum suum tollantur quinque punt siliginis, quinque punt ordei et decem punt avene, de quibus semper in festo beate Marie Magdalene nostro conventui perpetuum seruicium ministretur. Ceterum dedimus eiusdem Alexandri filiis, videlicet Alexandro, Henrico et Johanni, centum et quinquaginta marcas denariorum pro successione et iure successionis, quod ius habebant vel habere poterant in illis annualibus redditibus, qualescunque habuerat de ecclesia nostra pater ipsorum temporibus vite sue. Qui omnes annuales redditus eo mortuo liberi nobis erunt. Collectus est eciam idem Alexander vna cum filiis in fraternitatem domus nostre, ita vt participes sint omnium spiritualium beneficiorum, que apud nos de cetero domino largiente fient, in vita ipsorum pariter et in morte. Si quis eciam eorum apud nos sepulturam elegerit et ad hoc aliqua vectura indiguerit, corpus illius afferre debebimus in aliquo curru nostro. Testes omnium horum sunt: frater Marcolfus prior noster, dominus Georgius quondam abbas domus nostre, Wolphardus cellerarius, Henricus camerarius, Johannes subcellerarius, Bertoldus infirmarius, Ludolfus magister hospitum, et plures alii de conventu nostro, tam monachi, quam conversi. Actum et datum Doberan, anno domini M°CC° nonagesimo V°, ydus Aprilis octauo.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt das beschädigte parabolische Siegel des Abts von Doberan.

1295. (Ende April.) Rostock. 2331.

Meister Johann, Apotheker zu Rostock, kauft Gebäude daselbst, von denen er an Jacob und Andreas Wilde einen Grundzins zu entrichten hat.

Detmarus corrigicida et Godiko Lorbere vendiderunt magistro Johanni apothecario ligna et edificia, que habebant in strata institorum in area Jacobi et Andree Wilden, sicut ipsorum fuerant. De qua area dictus magister Johannes dabit annis singulis Jacobo et Andree quatuor anni temporibus quatuor marcas cum dimidia ad iustum censum arealem, et sic perpetuo dictam aream possidebit. Ludolfus Pes et Lubbertus tabule presidebant.

Nach dem Rost. Stadtb. 1295—1304, fol. 5[b]. — Im Stadtb. D, fol. 104 (zum J. 1293) steht schon: „Detmarus corrigicida — vendidit magistro Johanni apothecario ligna et edificium, quod habuit in area Jacobi et Andree, sita in platea institorum. De qua area idem magister Johannes dabit annis singulis XXXVI solidos denariorum perpetuo ad iustum censum arealem." — Ueber den Apotheker Johann vgl. auch Nr. 2155. — Im Stadtb. 1337—53 heisst es (fol. 31[b]): „Magister Johannes apothecarius et filia sua Gheze cum consensu Eleri Vinkenberc, sui mariti, vendid[eru]nt Conrado de Bremen hereditatem angularem supra plateam doleatorum." Fol. 164[b] (1349): „Egbertus Tribuzes vendidit — redditus — in hereditate sua apud apothecam in opposito chori beate Marie virginis sitam"; und fol. 179[b] (1350): „Jo-

hannes Penselyn apothecarius vendidit Nicolao Crutzebiter IIII marcarum redditus pro L marcis in hereditate sua, que magistri Johannis apotecarii fuerat, in opposito chori beate Marie virginis sita." Ob diese Einzeichnungen einen und denselben Apotheker Johann betreffen, ist aus den Stadtbüchern nicht ersichtlich.

1295. Mai. Rostock. 2332.

Helmich Snidewind verkauft an Thomas Blidelewent eine Rente aus seinen Heringshäusern vor Rostock.

Helmicus Snidewint vendidit Thome Blideleuent duarum marcarum redditus in duabus domibus suis allecium trans fluuium Warnowe sitis pro XX marcis denariorum, quos redditus idem Helmicus reemere poterit quolibet festo pentecostes denariis pro eisdem.

Nach dem Rost. Stadtpfandb. 1295—1304, fol 7ᵇ. — Eine „domus allecium" kommt ohne weitere Bezeichnung im Stadtb. D, fol. 94ᵇ, vor. Daselbst heisst es zum J. 1293 (fol. 121): „Arnoldus de Sultha vendidit Henrico de Greuesmole pellifici quartam partem stupe iuxta domum allecium site, cum aqueductu per domum Henrici de Grip in fluuium Warnowe." Und 1294 (fol. 129ᵇ): Henricus de Grip vendidit Henrico de Gneuesmolen quartam partem stupe in antiqua ciuitate.

1295. Mai 1. Plau. 2333.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt dem Kloster Rühn das Patronat der Kirchen zu Frauenmark (bei Parchim) und Severin, nachdem in dem Brande des Klosters mehrere Privilegien desselben verloren gegangen sind.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus hanc [l]itteram [visuris] vel audituris salutem in domino sempiternam. Cum venerabiles domine sanctimoniales in Rune, edific[iis clau]st[rali]bus p[er incendium de]structis, necnon ornamentis ecclesiasticis et quibusdam priuilegiis a[d v]sum testimonii super quodam iure patronatus ipsis perpetue collato necessariis igne consumptis, graue dampnum pertulerint et iacturam: nos igitur, huiusmodi earum importuno euentui affectu compassionis quam intimo condole[nte]s, ne gracia a predecessoribus nostris ipsis fauore pietatis concessa casualiter euanescat, quam eorum paternitas benigno donationis ac defensionis auxilio assueuerat confouere, ius [patro]natus super ecclesiis [in u]illis Vrowenmarke et Ceberyn eisdem dominabus diuini amoris intuitu liberaliter ad fruicionem perpetuam duximus conferend[u]m, vt huius collationis et exhortationis instinctu diligenter ammonite memoriam nostram ac parentum nostrorum, cum tempus oportunum advenerit, pie deuocionis ac recordationis affectu p[era]gant reuerenter. Vt autem hec donatio a successoribus nostris rata et incommutabilis

habeatur, presens scriptum sigilli [nostri muni]mine duximus roborandum. Testes huius rei, qui huic donationi presentes affuerunt, sunt hii: dominus abbas de Nouo Campo, dominus [T]hydericus[1] plebanus de Plawe; item milites: dominus Hynricus de Osthen, dominus Bernardus de Belyn, dominus Nycolaus de Bruseuiz, dominus Nycolaus de Malyn, dominus Hermannus de Clenow; item burgenses de Plawe: Hynricus Niger Clericus, Johannes Marlow et quam plures alii fide digni. Datum Plawe, anno domini M° CC° nonagesimo quinto, in die apostolorum Phylippi et Jacobi.

Nach dem Original im königl. Archiv zu Kopenhagen, mit Ergänzung der Lücken aus einer in der ersten Hälfte des 16. Jahrh. vom Notar J. Dalhusen angefertigten und beglaubigten Abschrift. — [1] Unrichtig giebt Schröder, Pap. Mekl. II, p. 2984. Hinricus plebanus de Plawe. — Gedruckt in Jahrb. XXV, S. 296.

Anm. Ueber den Brand zu Rühn berichtet Detmar bei Grautoff, Lüb. Chroniken I, S. 167, zum Jahre 1292:

„By dersulven tyd, des dunredaghes to pinxsten in der nacht, wart vorbrand dat closter to „Rune van mortbernen, darvon de iuncvrowen quemen in groten schaden."

1295. 2334.

Ludwig und Nicolaus Kabold, Dietrich von Eixen und Ludolf, Johann und Bernhard von Schlagsdorf leisten dem Kloster Neuenkamp Gewähr auf Jahr und Tag für den von Heinrich Huskummer gekauften Hof in Goldberg.

Uniuersis Christi fidelibus Lodewicus et Nycolaus milites dicti Kabolt, fratres, Theodericus de Exen, miles, Ludolfus de Slawekesdorpe, miles, necnon et Johannes et Bernardus de Slawekestorpe, fratres sui, salutem in domino sempiternam. Notum facimus et presentibus litteris recognoscimus, quod nos curiam Heinrici Huscummer in Goltberge situatam, quam venerabilis dominus abbas et conuentus monasterii Noui Campi, Cisterciensis ordinis, cum agris et ceteris omnibus, que ad ipsam curiam pertinent, pro nongentis marcis vsualium denariorum emerunt, tenemur eisdem domino abbati et conuentui anno et diebus secundum ius, quod lantrecht dicitur, warendare, sicut eisdem promisimus data fide. Et si, quod absit, inter dominum Slauie Nycolaum de Werle et dominum Magnopolensem gverra interim orta fuerit, promisimus, quod prefatus Heynricus Huscummer dictam curiam in integro cum rebus et vtensilibus a quolibet vastatore defendere tenebitur et tueri, quod si nequiuerit facere, ipse Heinricus Huscummer portabit dampnum, et non memorati dominus abbas et conuentus. Jnterim eciam adducere tenebimur eos, qui aliquod ius, siue feodale, siue aliud aliquid, in sepedicta curia suisque attinenciis sibi possunt asscribere, vt ad manus dicti domini abbatis et conuentus totum resignent, vt dictat iusticia, nunquam de cetero repetendum. Jn huius igitur promissionis nostre stabilimentum nos Lode-

wicus et Nycolaus Kabolde et nos Theodericus de Exen singuli sigillis propriis, et nos Ludolfus, Johannes et Bernardus de Slawekestorpe sigillo dilecti patris nostri presentem litteram fecimus roborari. Datum anno domini M° CC° LXXXX° quinto.

Nach dem Original im Provincial-Archiv zu Stettin mitgetheilt von dem weil. Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Die Siegel fehlen. — Vgl. Nr. 2335.

1295. Mai 8. Plau. 2335.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum der Mühle in der Stadt Plau mit dem Fischfange und das Eigenthum eines Hofes in der Stadt Goldberg, welcher früher den Rittern Huskummer gehört hat, mit 9 Hufen und dem Kerseberenwerder.

Nos Nycolaus dei gracia dominus de Werle notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod nos venerabilibus in Christo domino abbati et conuentui monasterii Noui Campi, Cysterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis [1], vendidimus foro irretractabili pro quadringentis et quinquaginta marcis denariorum proprietatem molendini in ciuitate Plawe situati, cum omni iure, vtilitate et fructu, cum iudicio maiore et minore, in condempnacionem mutilationis et mortis [2], sine omni petitione siue exactione, quiete et libere perpetuo possidendum, ita etiam vt nunquam in futurum aliud aliquod molendinum edificetur super aquas in spacio vnius integri miliaris supra et infra prefatum domini abbatis et conuentus molendinum, sed ipsi sibi facient ipsas aquas in accursu et decursu, quanto melius poterunt, fructuosas. Habere insuper in ipsa aqua ad suas expensas libere poterunt piscatorem necnon et ceran absque omni censu, sicut et ipsum molendinum libere perpetualiter optinebunt. Preterea eisdem domino abbati et [3] conuentui vendidimus proprietatem curie in oppido Goldberghe situate, que curia quondam ad quosdam militares homines vocatos Huscummere pertinuerat, cum omnibus agris intra ipsam curiam aut extra, cum totalibus suis pertinentiis vbicumque locatis, cum nouem mansis, numquam per nos vel quoslibet alios homines denuo mensurandis, cum quadam insula siue palude Kerseberenwerdere vocitata, cum omni vtilitate et fructu, cum omni iure, cum iudicio maiore et minore, in condempnacionem mortis vel mutilationis, ita quod predicta omnia simul sine omni exactione vel censu, sine omni inquietacione, quiete et libere perpetuo possidebunt. In cuius rei euidenciam et eternalem firmitatem sigillum nostrum et sigillum karissimi nostri consanguinei domini Wizlai Ruyanorum principis, cuius consensum ad hoc requirere oportuit, quia ipso die eidem principi ciuitatem nostram Plawe in pignus posuimus, huic littere apposuimus, testibus annotatis. Et hii sunt testes huius

rei: inclitus dominus Heynricus Magnopolensis, dominus Reynfridus de Peniz, Nycolaus de Bruseuitz, Bernardus de Belin, Nycolaus de Malin, Johannes de Goldstede, Otto de Retzowe, Gherhardus de Malin, Bernardus de Malin, milites, et multi alii fide digni. Datum Plawe, in dominica qua cantatur Vocem iocunditatis, anno domini M° CC° nonagesimo quinto.

Nach dem Original im Prov.-Archiv zu Stettin. Die Siegel fehlen. Einer zweiten Original-Ausfertigung fehlt: [1] Zwerinensis dyocesis, sonst weicht sie ganz unwesentlich ab. [2] mortis et mutilationis, [3] ac.) — Gedruckt in Jahrb. XVII, S. 282, Lisch, Cod. Plaw., S. 38. — Vgl. Nr. 2334.

1295. 2336.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum der Mühle in Goldberg mit dem dazu gehörenden Fisch- und Aalfange.

Potho dei et apostolice sedis gracia episcopus Zwerinensis vniversis Christi fidelibus, ad quos presentes nostre littere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Noueritis, nos litteras nobilis viri domini Nicolai de Werle sanas, integras et illesas ac omni prorsus vicio et suspicione carentes, sub eius vero sigillo, pendenti in sericis filis, ex cera viridi formato in modum clipei et figuram quasi capitis bouis in medio sui habente ac in circumscriptione sic continente: „Sigillum domini Nicolai de Werle", vidimus et in manibus nostris habuimus, quarum litterarum tenor sequitur in hec verba:

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris Nicolaus dei gracia dominus de Werle in perpetuum. Notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod nos ob remissionem peccatorum nostrorum, necnon et progenitorum nostrorum salutem, dilectis nobis domino abbati et conuentui monasterii Noui Campi, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis diocesis, donauimus proprietatem molendini in Goldberghe situati cum totali piscatura et angwillarum captura ad ipsum molendinum pertinente, ita ut nullus hominum debeat aquas eiusdem molendini aut ipsum molendinum superius aut inferius preedificare aliis molendinis aut weris aut sportis in piscatura ponendis, sed ipsum molendinum cum omnibus suis attinenciis, videlicet pratis, pascuis, lignis, ortis, terris ad aggerem reficiendum et molendinum, cum iudicio maiore et minore, cum omni utilitate et fructu, sine omni exactione et censu sepedicti dominus abbas et conuentus perpetuo possideant libere et quiete. In cuius rei perpetuam firmitatem sigillo nostro et testibus presentem litteram fecimus roborari. Testes sunt isti: dominus Ludolphus de Oldenborch, dominus Hartmannus frater suus, dominus Hinricus de Ost, dominus Hinricus de Dechowe, dominus Johannes de Ost, milites, dominus Johannes de

Rethze, plebanus in Teterow, Nicolaus de Oritz, famulus noster, aliique plurimi fide digni. Datum anno ab incarnacione domini M° CC° nonagesimo quinto.

Jn cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Acta sunt hec in opido Stralesundis, nostre Zwerinensis diocesis, anno domini M° CCC° LXXX° sexto, sabbato ante dominicam qua cantatur Misericordia domini, presentibus honorabilibus et discretis viris: magistro Nicolao de Jnsula, in decretis licenciato, magistro Hermanno Luneborch, baccalaurio in medicinis, Hinrico Kusel, clerico, publico notario, Hermanno Holvetoph et Nicolao Masekenholt, opidanis Stralesundensibus, Zwerinensis diocesis, aliisque pluribus fide dignis testibus premissorum.

Nach dem Original-Transsumpt im Prov.-Archiv zu Stettin, mitgetheilt vom Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Die Transsumirungsformel des Bischofs Potho ist wegen der Geschichte desselben wichtig und daher hier mitgetheilt; vgl. Jahrb. VIII, S. 21, und XI, S. 228. — Gedruckt bei Lisch, Gesch. des Geschl. v. Oertzen I. B. S. 27. Nr. 13.

1295. Mai 17. Dobbertin. 2337.

Nicolaus, Fürst von Werle, schenkt dem Kloster Dobbertin das Eigenthum von 10 Hufen in Wilsen (bei Lübz).

Nicolaus, Her von Werle, gibt dem Closter Dobertin den eigenthumb zehen hufen im Dorfe Wilssne mit allen ihren Zugehorungen. Was von denselben gegeben wirt, sollen die Jungfrawen zu ihrer kleidung zu hulffe haben. Datum in Dobertin, anno domini 1295., 16. kalendas Junii.

Nach Clandrian's Dobb. Reg., Nr. CCCLVIII.

1295. Mai 19. Wismar. 2338.

Willekin von Mölln kauft die Mühle zu Alt-Steffin von Gottschalk von Sternberg.

Anno domini M° CC° LXXXX° quinto, in octaua ascensionis domini, emit Willekinus de Molne molendinum in Antiqua Steuina a Godscalco de Sterneberghe pro CC marcis denariorum slauicalium, ex quibus persoluit in parato centum marcas denariorum, pro quibus tollet in festo Martini proximo decem marcarum redditus de eodem molendino. Si vero Willekinus a dicto festo Martini ad annum a domino Magnopolensi priuilegium ex nouo poterit impetrare, quod Willekinus et sui heredes ipsum molendinum pro eodem censu, quo Godscalcus habuit, optinere possint, statim post receptionem ipsius priuilegii Willekinus alias

centum marcas presentabit, et molendinum idem ipsi Willekino et suis heredibus perpetuis temporibus attinebit. Quodsi processum habere non poterit, Willekinus pro centum marcis expositis in festo Martini tollet annuatim decem marcarum redditus de eodem molendino. Si vero Godscalcus predictas centum marcas ipsi Willekino in festo pentecostes aliquando persoluerit, tunc redditus decem marcarum sunt soluti, et quilibet apud suum permanebit. Pro defectu autem, si quem haberet in premissis idem Willekinus, promiserunt in solidum sibi Hinricus Claua et Godscalcus personaliter et Johannes frater eius et gener eorum Johannes, nepos Albi, sed Godscalcus indempnes faciet alios prenotatos.

Nach dem Wism. Stadtb. A, auf einem Blättchen Pergament nach p. 84. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsaltorthümern. S. 31.

(1295.) Wismar. 2339.

Die Wismarschen Rathmänner verkaufen zwei neue Worthen.

Johannes Moderiz persoluit duas areas nouas, quas emit a ciuitate. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 221.

(1295.) Wismar. 2340.

Aufzeichnung über den Kauf eines Speicherantheils zu Wismar.

Schakko emit quartam partem de granario, quod situm est retro scolas, cum curia, quod sibi attinet, a Bertoldo de Pvle, quod sibi coram consulibus resignauit.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 222.

(1295.) Wismar. 2341.

Lübbert von Sternberg zu Wismar weist seine Kinder wegen ihres mütterlichen Erbtheils an auf 300 Mark aus dem Wismarschen Zolle.

Lubertus de Sterenberge, qui moratur in Wismaria, resignauit et ostendit suis pueris specialibus, Greta (!) et Telseke et Taleke, in theloneo, quem habet in ciuitate Wismarie, trecentas marcas. Quodsi theloneum venderit (!), ipsis pueris pro eadem summa ostendit alia bona. Jstam pecuniam habent ex parte matris eorum.

Nach dem Wism. Stadtb. B. p. 224.

1295. Juni 1. Rostock. 2342.

Nicolaus, Fürst von Rostock, verleiht dem Rostocker Bürger Nicolaus von der Möhlen das Eigenthum des Dorfes Dolgen (bei Lage), mit der Vergünstigung, dasselbe auf geistliche Stiftungen übertragen zu dürfen.

Nicolaus dei gracia dominus de Rozstoc omnibus cernentibus presens scriptum vel audientibus in vero salutari salutem. Fidele testimonium perhibet scriptura, que posteris inculcat memoriam, elidit ignoranciam, roborat veritatem. Volentes autem erga nostros obsequiosos semper esse benefici, notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod nos, considerantes fidei devocionem et constanciam, quam dilectus nobis Nycolaus de Molendino, burgensis noster in Roztoc, erga nos dudum habuisse dinoscitur, sibi et suis iustis heredibus habitis et habendis proprietatem ville in Dolghen cum omnibus pertinenciis suis de fidelium nostrorum maturo consilio contulimus perpetuo possidendam, tali eciam addito articulo, quod, si predicti Nicolaus videlicet et sui heredes pro remedio anime sue in vsus claustrales vel ecclesiasticos qvoscumqve dictam villam vellent conuertere quandocumque, sepedicte ville extunc ad claustrum uel ecclesiam huiusmodi ex toto proprietas deuoluetur. Et vt hanc graciam et libertatem nullus heredum aut successorum nostrorum infringere valeat, presentem cartam predicto Nycolao tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt: Johannes Moltike, Henricus Kat, Georgius Moltike, Fredericus de Kyrcdorp, Hermannus de Snakenburg, Fredericus Babbo, milites, et vniversi civitatis nostre Rozstoc consules. Actum et datum Rozstoc, anno domini M°CC° nonagesimo quinto, feria IIII^{a} post festum Trinitatis.

Nach dem Original im Archiv des Heil.-Kreuz-Klosters in Rostock. An einer Schnur von rother, gelber und grüner Seide hängt das zu Nr. 2277 abgebildete Siegel des Fürsten Nicolaus von Rostock. — Vgl. Nr. 2329.

1295. Juni 6. Magdeburg. 2343.

Nicolaus, Propst zu St. Marien in Magdeburg, und die ihm untergebenen Prämonstratenser-Pröpste beschliessen auf ihrem Capitel zu Magdeburg mehrere Statuten.

In nomine domini. Amen. Nicolaus dei gratia prepositus[1] sancte Marie Magdeburgensis, ordinis sancti Augustini, et prelatorum ordinis eiusdem capitulum generale omnibus[2] inspecturis salutem et fraternam in domino charitatem. Generosa plantatio Premonstratensis ordinis, a qua velut a stipite nostre religionis ramus erigitur, cuius conversatio laudabilis honestatis flores et fructus profert, nos excitat et inducit. ut honorem ipsius favore benivolo prosequentes salutifera

ipsi [3] capituli monita ac [4] ordinis nostri commoda, quantum cum deo possumus et secundum virium nostrarum valentiam, studeamus efficaciter adimplere. Igitur convocatione de nobis facta super publicatione prerogativarum et privilegiorum, a predicto Premonstratensi capitulo nostro ordini indultorum, ac super aliis tractatibus utilibus nobis [5] in unum convenientibus in anniversario clare felicisque recordationis domini Nortberti quondam Magdeburgensis archiepiscopi, institutoris nostri ordinis, et in ecclesia sancte Marie Magdeburgensis, de qua secundum fundationem ordinis primitivam [6] nostre derivative descend[er]unt [7] ecclesie, videlicet domino preposito ecclesie iam dicte ordinisque patre, necnon de Brandeburch, de Havelberch, de Ratzeburch cathedralium, de Gratia Dei, de Lezeka, de Jericho, de Kolbeke, de Quidilingheburch, de Mildenvorde, de Poledhe, de Grammezowe, de Themeniz, de Staden, de Hilburgerode et de Brode ecclesiarum ordinis sancti Augustini prepositis, publicatis indultis supradictis, utilitate communi pensata, decrevimus infrascripta concorditer et unanimiter statuenda. Primo quidem statuimus, quod nos prelati dictam Magdeburgensem ecclesiam inter nos cum devote subiectionis reverentia principaliter pro matre reputabimus et capite, cuius membra nostras ecclesias fore recognoscimus ac ad [8] essentiam ordinis velut a capite processisse. Item statuimus, quod nos prelati omnes [9] et singuli de triennio in triennium in anniversario domini Nortberti archiepiscopi supradicti [10] venire debemus Magdeburg [11] ad capitulum propriis in personis. Si quis autem infirmitate corporis vel aliis legitimis impedimentis detentus venire non potest [12], cum mandato procuratorem idoneum pro se mittet. Preterea statuimus, quod a nobis prelatis ad iam dictum capitulum venientibus diffinitores duo vel tres in huiusmodi capitulo eligantur, qui una cum domino preposito ecclesie sancte Marie Magdeburgensis, patre ordinis predicto, super ipsius ordinis reformatione [13] statuant, ordinent et disponant, quicquid ad [14] promotionem ipsius expedire cognoverint, quod a nobis statuimus inviolabiliter observandum. Item statuendo volumus, quod pro nobis omnibus unus prelatus secundum ordinem prelatorum et formam contributionis expensarum eorundem infrascriptorum [15] de triennio in triennium debet Premonstratense [16] capitulum visitare. Fiet itaque talis taxatio contributionis secundum facultatem ecclesiarum et reddituum prelatorum. Dominus prepositus Magdeburgensis septem fertones cum dimidio contribuet, Brandeburgensis duas marcas, Ratzeburgensis quinque fertones cum dimidio, Havelbergensis tres fertones, de Gratia Dei et [17] Letzeka, de Jericho et [18] Grammezowe, de Staden, eorum quilibet tres fertones, de Mildenvorde, de Broda quilibet unum fertonem cum dimidio, de Quidelingheburch, de Poledhe, de Rode, [de Colbeke] prelati [19] quilibet unum fertonem, cuius pecunie Brandeburgensis argenti contributio debet in ecclesia sancte Marie Magdeburgensi(s) [20] et in anniversario domini Nortberti proximo [21] ac deinceps frequenter in eisdem appropinquante visitatione capituli comportari. Si quis autem prelatorum, quod absit, infra duos

menses ab huiusmodi anniversario continue numerandos contributionem per modum comportationis iam dictum neglexerit presentare, omnium accedente consensu statuimus, quod contra talem per suspensionem officii pro defectu comportationis mensis primi, et per [22] excommunicationis sententiam pro defectu comportationis secundi a sepedicto domino preposito sancte Marie, ordinis nostri patre, procedatur, qui prelatis mandabit, ut ipsum excommunicatum publice nuncient et suis subditis precipiant, quod similiter huiusmodi denunciationem in suis ecclesiis fideliter exequantur. Est autem ordo talis, quem prelati ad Premonstratense capitulum euntes circulariter observabunt. Quia dominus prepositus Magdeburgensis, de Gratia Dei, de Jericho, de Grammezowe in preterito proximo Premonstratensi fuerunt capitulo, ibit in proximo nunc [23] appropinquante capitulo Brandeburgensis, deinde Havelbergensis, Ratzeburgensis, Letzekensis, de Staden, de Brode, de Quideling[burch], de Kolbeke, de Hilburgerode, de Poledhe, de Mildevorde, post hos iterum prepositus [24] Magdeburgensis circulum ordinis renovabit, eodem ordine frequenter [25] deinceps ab omnibus iam dictis prelatis, ut est dictum, inviolabiliter observato. Jtem statuendo pronunciamus et pronunciando statuimus, quod quilibet prelatorum pecuniam infrascriptam per modum taxationis particulariter unicuique deputatam annis singulis ad defensionem et utilitatem ordinis contribuet comportandam in anniversario [26] et ecclesia prenarratis ac ordinis patri sepedicto suisque condiffinitoribus presentandam, utpote dominus prepositus Magdeburgensis unam marcam, Brandeburgensis quinque fertones, Raceburgensis tres fertones, Havelbergensis, de Gratia Dei, de Jericho et Letzeke, de Grammezowe et de Staden quilibet dimidiam [27] marcam, de Mildenvorde, de Brode, de Hilburgherode, de Quidelingheburch, de Poledhe et de Kolbeke quilibet unum fertonem, quam pecuniam Brandeburgensis argenti [28] ipsi [29] dominus prepositus Magdeburgensis, pater ordinis, ac diffinitores ad usus et necessitates ordinis fideliter conservabunt. Volumus etiam et statuimus, quod quilibet prelatus ordinis ad hoc intendere debet maturitatis providentie [30] cum effectu, ut a subditis suis ordo servetur secundum antiquas ecclesie sue consuetudines et approbatas et hactenus observatas. Si quis autem subditorum a suo prelato collo rebellionis extento per inobedientie maliciam incorrigibilis extiterit, ad dominum Magdeburgensem prepositum [31] et diffinitores illius incorrigibilitas deferetur [32], ut super ea materiam cohercionis et correctionis [33] inveniant, quibus suam contundant malitiam, excessus eius correctione debita refrenando. Jtem, quia nonnulli nostri ordinis religiosi causas inter se sive querimonias emergentes ad extraneos trahunt iudices et in scandalum ordinis suorum eliminant iudicium prelatorum, statuimus, quod huiusmodi querimonie sive cause [34], si per prelatos terminari nequeunt, ad dominum Magdeburgensem prepositum ac [4] diffinitores predictos tanquam ad superiores iudices integraliter devolva[n]tur [35], quorum iudicio cum fine decisionis congrue termine[n]tur [36]. Et ne statuta nostra maxime

circa nostras ecclesias et loca novis adinventionibus vel figmentis mutari [37] contingat in posterum, ea scripti testimonio sigillisque nostris et capitulorum nostrorum duximus roboranda. Actum anno domini M°CC°LXXXX° quinto, die et loco predictis, in capitulo generali.

Nach Gercken, Brandenburg. Stiftshistorie, S. 502, „ex orig. arch. Cap. Brand." (mit welchem der Abdruck bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 8, S. 182, nach einem Copialbuche, übereinstimmt). Aus einer andern (Magdeburgischen?) Original-Ausfertigung scheint das Transsumpt in den Statuten der Magdeburger Prämonstratenser-Congregation vom J. 1424 geflossen zu sein, welche nach einer Copie im Prov.-Archiv zu Magdeburg abgedruckt sind in dem soeben erschienenen Buche von F. Winter: „Die Prämonstratenser des zwölften Jahrhunderts" (Berlin 1865), S. 375. Mit Uebergehung der Verschiedenheiten in der Schreibung der Namen merken wir folgende Abweichungen an: [1] prepositus ecclesie — [2] omn. presentis — [3] ipsius — [4] et — [5] tract. videlicet nobis — [6] primitiva — [7] descenderunt (wie auch Riedel, dagegen G: descendunt) — [8] rec. et quoad — [9] omnes: fehlt — [10] sepius dicto — [11] Magdeburgi — [12] possit — [13] reformationem — [14] in — [15] infrascriptam — [16] Premonstratensium — [17] Dei, de — [18] et: fehlt — [19] de Colbeke (wofür G u. R prelati haben) — [20] in Magdeburg — [21] proxime — [22] per: fehlt — [23] nunc in pr. — [24] dominus prep. — ([25] sequenter: R) — [26] abn. Norberti — [27] dimidium — [28] arg. Br. — [29] ipsi: fehlt — [30] providentia — [31] prep. Magd. — [32] deferatur — [33] „materiam cohortationis et coercitionis (correctionis)" — [34] causa — [35] -antur (auch R so; G: -atur) — [36] -entur (auch R so; G: -etur) — [37] mutari (imitari: G, R). — In die Statuten vom J. 1424 ist endlich auch folgender Anhang nicht aufgenommen, der sich bei Gercken (und Riedel) noch findet:

> He ecclesie sunt exempte. Iste ecclesie sunt exempte ab ordine Premonstratensi: prima et principalis Magdeburgensis ecclesia sancte Marie, mater aliarum ecclesiarum, in civitate sita; Gratia Dei, Magdeburgensis diocesis, filia Magdeburgensis; Letzeka, Brandeburgensis diocesis, filia Magdeburgensis; Brandeburgensis cathedralis ecclesia, filia Magdeburgensis; Ratzeburgensis cathedralis ecclesia, filia Magdeburgensis; Rome Lateranensis ecclesia ad sanctam Crucem, filia Magdeburgensis: Poledhe, Maguntinensis diocesis, filia Magdeburgensis; Colebeke, Halberstadensis diocesis, filia Magdeburgensis; Hilborgerode, Halberstadensis diocesis, filia Magdeburgensis; Mildenvorde, Nuenburgensis diocesis, filia Magdeburgensis; Quidelingeburgensis, Halberstadensis diocesis, filia Magdeburgensis; Har[u]stenensis ecclesia, filia Gratie Dei; Broda, Havelbergensis diocesis, filia Havelbergensis; Stade, Bremensis diocesis, filia Gratie Dei; Grammezowe, Caminensis diocesis, filia Jericho; Ylevelt, que nunc obedit ordini Premonstratensi, filia Poledhe.

Dagegen ist durch Winter, S. 373, jetzt folgendes Privilegium über das Verhältniss der Magdeburger Congregation zum ganzen Prämonstratenser-Orden (nach einer Copie im Prov.-Archiv zu Magdeburg) veröffentlicht, welches wir zur Erläuterung hier einfügen:

> Guilhelmus dei patientia Premonstratensis abbas et abbatum ejusdem ordinis capitulum generale venerabili et dilecto in Christo fratri preposito Magdeburgensi salutem et sinceram in Christo charitatem. Vobis presentibus intimamus, quod, prout in registris et cartis ordinis antiquis reperimus, iste sunt ecclesie vobis subjecte, quarum prelati tenentur vestre citationi personaliter comparere et vestris preceptis obedire in omnibus, prout vobis in isto anno gratiose concessum est a nostro capitulo generali, qu[a]rum ista sunt nomina: Magdeburch, Gratia Dei, Letzeka, Brandenborch, Havelberch, Raceb[o]rch, Jerichow, Colbeke, Roda, Quedlinborch, Mildevorde, Polde, Gramzowe, Temenitz, Stade(w) et Brode. Quas quidem ecclesias secundum concessionem supradictam ecclesie Magdeburgensi private subjectas reputamus presentium testimonio litterarum. Datum Premonstratum (!), anno domini MCCXCIII., in capitulo generali.

Im Ratzeburger Archiv zu Neu-Strelitz findet sich weder Original noch Abschrift der Beschlüsse vom J. 1295; doch ist (in der ersten Hälfte des 14. Jahrh.) in dem Copiar II, auf p. 72, angemerkt:

> Notandum, quod in quolibet triennio mittendus est nuncius a preposito et capitulo Raceburgensibus ad prepositum et capitulum Magdeburgenses. Et idem portabit ibi VI fertonem Magdeburgensis argenti, et quilibet ferto tenet XII solidos Lubicenses; et pro sumptibus habebit III marcas equester. Et hoc erit in die Bonifacii martyris.

1295. Juni 15. Rostock. 2344.

Johann Breidemarke, Vogt, leihet an Eberhard Röver zu Rostock 181 Mk. Pf.

Johannes Breydemarke, aduocatus, habet in hereditate lapidea Euerhardi Royuer CC marcas denariorum XIX minus, et idem Euerhardus erogabit in proximo (!) pentecoste CC marcas expedite ad usum dicti Johannis; et sic inter ipsos est condictum. Scriptum anno nonagesimo V°, circa festum beati Viti.

Nach dem Rostocker Stadtbuch A, Heft 5, Lage 5, fol. 5ᵇ.

1295. Juni 23. Güstrow. 2345.

Nicolaus, Fürst von Werle, versichert dem Kloster Doberan die Freiheit des Wasserstromes, die niedere Gerichtsbarkeit, ein Drittheil der höheren Gerichtsbarkeit und das Stadtrecht für die Mühle in Güstrow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nycolaus dei gracia de Werle dominus omnibus, ad quos presentes littere nostre peruenerint, in perpetuum salutem et pacem consequi sempiternam. Ne cadentibus hominibus p[ari]ter a memoria cadant humana, ea que statuimus, prouido litterarum testimonio ad agnicionem reducimus posterorum. Nouerit ergo presens etas et futura posteritas, quod, quamuis nuper religiosis viris dominis abbati et conuentui monasterii Doberan nobis semper in Christo dilectis super possessione molendini in Gustrowe a nobis et patruo nostro empta contra malignancium insultus litterarum et priuilegiorum munimine prefuimus efficaci, nos tamen, videntes mundi maliciam heu de die in diem diuertere ad peiora, eandem ecclesiam, ut quiete militet altissimo et ut heredes et successores nostri pari exemplo discant ipsius ecclesie fratres confouere, denuo nouis dignum duximus priuilegiis super eadem possessione roborare. Jgitur de fideli nostrorum consilio statuimus et ordinamus ac per successores nostros inuiolabiliter obseruari volumus, quod nullus, cuiuscunque potencie existat, admittatur aliquid in meatu ampnis dictum molendinum impellentis construere, nec quidquam, per quod decursus uel accursus reddatur tardior uel difficilior, in ipso fluuio supra et infra dictum molendinum presumat aliquis edificare, sed quod semper meatum suum idem fluuius retineat ita liberum et inobstructum, quemadmodum eum nunc retinet et ab antiquo dinoscitur tenuisse. Si vero in eodem fluuio aliquid ex iuncis, graminibus, surculis uel rubetis excreuerit, per quod meatus impediretur, id totum dicti fratres uel qui eorum nomine dictum possederint molendinum, adhibito eis ad hoc nauicularum suffragio defalcare, euellere, abscindere poterunt seu exstirpare, necnon aliter, qualiter eis congruum fuerit, ipsius aque cursum, ut habundancius se molendino superfundat,

attrahere, allicere valeant seu adaptare. Jnsuper liberum eis erit, eam, quam nunc habent, exclusam reparandi seu illam destruendi aliamque de nouo in pristino uel in alio loco eis competenti, cum et quando voluerint, edificandi, necnon ipsius dammonem seu vallum alcius et lacius congerendi ac fundandi, ad cuius reparacionem seu emendacionem arenam de antiquo aggere uel alibi, ubi eis commodius visum erit, sine quorumcunque contradictione adducere valeant uel afferre; poterunt eciam cum ipsorum exclusis aquam ad altitudinem, quam voluerint, retinere. Ceterum, prout in nostris et patrui nostri litteris continetur, idem religiosi viri in ipsius molendini ampne supra et infra, necnon areis, hereditatibus, attinenciis atque terminis eorum omnibus iudicium sexaginta solidorum libere possidebunt; in maioribus autem excessibus nos duas partes tollemus, ipsi vero terciam partem retinebunt, ita tamen, ut huiusmodi excessus, siue maiores fuerint uel minores, per aduocatum monasterii, uel quem illic fratres Doberanenses prefecerint, iudicentur. Et quamuis in predictis hereditatibus sic, ut predicitur, idem religiosi iudicium habeant exercere, nichilominus tamen ipsas hereditates inhabitantes iure ciuitatis gaudebunt, presertim cum a iudicio terre, videlicet lantrecht, ad iudicium ciuitatis, scilicet stadrecht, ipsè hereditates per nos, ut in litteris nostris super hoc datis apparet, sint translate. Porro per presentis nostri priuilegii donacionem aliis priuilegiis super dicti molendini libertatibus eisdem fratribus per nos, patruum uel successores nostros datis uel donandis nolumus in aliquo derogari, sed quod illa in presenti presensque in illis vnumquodque in altro (!) firmius roboretur, ita quod iugi tempore sub inconuulsa permaneant roboris firmitate. Jn quorum omnium et singulorum euidens testimonium presentes nostras litteras inde conscribi et sigilli nostri appensione cum testium annotacione fecimus communiri. Huius ergo rei testes sunt fideles et dilecti nostri milites: Johannes de Bellyn et frater suus Bernardus de Bellyn, Conradus Buno, Fredericus Kercdorp. milites, et alii multi, tam milites, quam armigeri fide digni. Datum Gustrow, anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo quinto, in vigilia beati Johannis baptiste, precursoris domini gloriosi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Güstrow. An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Fürsten Nicolaus von Werle, abgebildet zu Nr. 1729. — Vgl. Nr. 1936, 2169, 2238—2240.

1295. Juni 24. Uelzen. 2346.

Johann von Oberge trägt den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin die Vogtei über zwei Höfe in Rieste zur Verleihung an das Kloster Oldenstadt (bei Uelzen) auf, welches jene von ihm gekauft hat.

Ego Johannes dictus de Oberge omnibus hoc scriptum visuris obsequium semper promptum. Notum sit omnibus hanc litteram visuris, quod ego vendidi

venerabili abbati domino Hermanno totique conventui in Ulsen ius advocatie in duobus bonis in villa Ristede, scilicet in curia villici et in curia, in qua moratur Johannes dictus Helmedinghe, que curie pertinent ad prebendam eorum iure censuali, et hoc decrevi presenti littera mea sigillata protestari. Propter quod vobis dominis meis Helmoldo et Nicolao fratribus comitibus de Zuerin dictis resigno, a quibus iam dictum ius advocatie habui iure feodali, quando ipsi a vobis proprietatem illorum bonorum poterint optinere. Pro warandia dicte advocatie stabunt Johannes et Wernerus famuli de Bodendike, qui promiserunt in manus domini Hermanni abbatis et militis Werneri dicti de Sculenburg et Hinrici dicti Melcinghe fide data pro quolibet impedimento. Jtem promiserunt Manegoldus miles dictus Struve, frater suus Ludolfus de Estorpe et miles Druchholt de Benesholt et Eylardus cum fratre suo Johanne de Oberghe fide data in manus istorum militum: Gevehardi de Monte et fratris sui Segebandi et Johannis dicti Ursi, et in famulorum manus: Eckehardi de Boyceneburg et Eckehardi de Estorpe, quod, si ecclesia in istis bonis aliquam patitur inpeditionem, intrabunt civitatem Luneburg et inde non exibunt, donec a quolibet impedimento dicta bona fuerint libera et soluta. Huius venditionis testes sunt: sacerdos et plebanus Hermannus in Ulsen, miles Wernerus de Sculenburg, Hinricus Meltsinghe, advocatus in Ulsen dictus Stoltenburg. Datum Ulsen, anno domini M° CC° XC° V°, in die beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Archiv zu Hannover, mitgetheilt vom Archivrath Dr. Grotefend. Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen.

1295. Juli 3. Putlitz. 2347.

Otto und Gunzelin, Herren von Putlitz, schenken dem Kloster Stepenitz die Hälfte des Dorfes Porep.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Otto et Guncellinus domini de Potlest omnibus hoc scriptum uisuris uel audituris salutem in omnium saluatore. Nouerint uniuersi, nos pro remedio animarum nostrarum medietatem ville Poribe, tam in sculteto, quam in aliis prouentibus, sanctimonialibus in Stepenitz libere contulisse, ita uidelicet ut, quitquit de agris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis et aliis fructibus poterit prouenire, libere perfruantur. Vt autem hec donatio maneat inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius uero donationis testes sunt: ego Otto dominus de Potlest, dominus Bernardus prepositus, Johannes de Hagenowe miles, Hinricus de Bocholt, Godefridus de Warnestede, Bruningus de Redekestorp, famuli,

et alii quam plures. Datum Potlest, anno domini M° CC° nonagesimo quinto, V° nonas Julii.

Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 1, S. 249, aus „dem Original, woran das Siegel fehlt." Daselbst ist unter Nr. XVI auch eine alte niederdeutsche Uebersetzung mitgetheilt.

1295. Juli 12. Stettin. 2348.

Bogislav und Otto, Herzoge von Pommern, theilen sich unter Mitwirkung ihrer Vasallen und Städte in ihre Lande.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Anno domini M° CC° XC° quinto, quarto idus Julii. Jllustris princeps dominus Buguzlaus dux Slauorum et Cassubie, volens facere suo fratri karissimo domicello Ottoni ut sibi ipsi, ex maturo consilio suorum vasallorum et ciuitatum ponit positiones duas tocius dominii, quod vocatur ducatus Slauorum et Cassubie, equaliter in longum, prout dictus dux dominus Buguzlaus dare uult suo fratri karissimo et accipere ab eodem — — —.

Et sepedictus dominus Buguzlaus ponit positiones sic: castrum Deymyn cum suo campo, molendino, ita tamen quod ciuitas Dyminensis vtatur ipso molendino sicut prius, antiquis pontibus et viis, cum villa Droneviz et aliis viis et villis, que iacent versus ciuitatem Gnogen, et cum tota terra Dymynensi et ipsius advocacia, excepta proprietate ipsius ciuitatis Deymyn et campo ipsius; proprietas vero illius ciuitatis Jnsula vocatur. Apponit eciam dictus dux Buguzlaus dicto castro omnem usufructum, quem prius habebat cum ciuitate Deymyn, ligna, siluas, nemora, pascua et aquam, que vocatur Tolensa, fluuium eciam per medium, qui vocatur Pena, circa ciuitatem Deymyn directe uersus ciuitatem Thanclam et circa eandem ciuitatem similiter per medium usque in Recens Mare, quod equaliter erit amborum fratrum predictorum, Recens vero Mare directe in longum vsque in fluuium, qui vocatur Magnus Stepeniza. Omnes eciam portus aquarum predictorum fratrum ducum liberi permanebunt. Apponit eciam ciuitatem Antiquum Treptowe cum terra et aduocacia ipsius, proprietatem Dargun, proprietatem Verchen, proprietatem Monekehusen, proprietatem claustri Stolp, que est extra Penam — — — —. Et hec est prima posicio vnius dominii.

Hec est altera posicio dominii in longum ducatus Slauorum et Cassubie: ciuitas Deymyn cum campo ipsius, cum Jnsula et proprietate sua et Pena fluuio per medium directe uersus ciuitatem Thanclam, similiter ipsa ciuitas Thanclam cum ipsius campo et proprietate eiusdem, terminis et metis; insuper Gripeswold — — —. Jtem apponit castrum Doberen cum terra adiacente, item terram Zverinensem, ciuitatem Plote et castrum cum terra adiacente — — —.

Actum Stetyn et datum ibidem per manum magistri Lamberti, nostre curie notarii, tempore prenotato.

Nach dem vollständigen Abdruck bei Hoefer, Erhard und v. Medem, Zeitschrift für Archivkunde II, S. 114, aus dem Original im rathhäuslichen Archive der Stadt Stettin.

1295. Juli 25. Schwerin. 2349.

Der Rath zu Schwerin beurkundet, dass der Knappe Simon von Gadebusch und seine Frau aus ihrem Hofe auf der Schelfe dem Dome zu Schwerin eine Rente überlassen haben.

Des Rhatts zu Zwerin brieff, das Simon, ein knape von Godebuze, vnd Hadegund, seine Fraw, der Kirchen zu Zwerin abgetreten vnd erblich vnd eigenthumblich gegeben haben 1 Mk. in dem hofe vff der Schelue, so nehist der Wisen ligt. Wo sie aber ierlichs nicht ausskommen wurde, soll der hoff der Kirchen heimfallen, dafur ihrer beiden Memorie ierlichs soll gehalten werden. Datum Zwerin, 1295., in die beati Jacobi Apostoli.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 195^b. Clandrian bemerkt dabei über das Original: „Die Sigil seind hieuon ab."

1295. Aug. 10. Parchim. 2350.

Gottfried, Bischof von Schwerin, und Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigen nach Anordnung des Ritters Nicolaus von Brüsewitz den Sprengel und die Hebungen der Kirche zu Brütz (bei Goldberg) und die Besitzungen und Hebungen der Pfarre und Küsterei daselbst.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Godfridus dei gratia episcopus Zwerinensis, Nicolaus dei gratia dominus de Werle vniuersis presens scriptum inspecturis salutem imperpetuum. Ne rerum gestarum memoria per decurrentium temporum languescat spatia, non improuide humana solertia scripturarum sibi consueuit adhibere remedia. Notum itaque tam futuris, quam presentibus esse volumus, quod nos piam deuotionem Nicolai de Bruseuisz militis sincero affectu approbantes, ea, que ipse dei zelo ductus ecclesie Bruseuisz contulit ob commemorationem dominorum suorum spiritualium et secularium, scilicet Brunwardi episcopi Zwerinensis et suorum successorum, Borwini principis Slauorum suorumque heredum, Henrici et Nicolai de Werle, Nicolai de Gadebuz, Hinrici occisi et vxoris sue, Joannis et Bernardi, Pribzlaui ac vxoris sue et omnis posteritatis eorum, necnon et comitis Hinrici de Zwerin, Guncelini et vxoris sue

ac omnium heredum eorum, a quibus ipse seculo militans bona et possessiones tenuit temporales, et in recordationem progenitorum suorum, scilicet antiqui Nicolai de Bruseuisz militis, primi fundatoris eiusdem ecclesie, et Alheydis sue vxoris, Hermanni de Hagenow militis et Mechtyldis vxoris sue, Hinrici de Hagenow militis et vxoris sue Gertrudis et filiorum suorum, Fred[erici] de Hagenow militis, Tanquardi de Gusteuene militis et Gertrudis vxoris sue, Johannis de Gusteuene militis et Mechtyldis vxoris sue, Werneri de Lucow militis et Alheydis vxoris sue, Nicolai de Bruseuisz militis, presentis negotii promotoris, et vxoris sue Gertrudis, Martini de Malin militis et Berthe vxoris sue et filiorum suorum, Joannis de Kroghe militis et filiorum suorum, Joannis et Johannis sacerdotum predicte ecclesie, Hermanni Westfali, auctoritatis nostre amminiculo perpetuo retinenda confirmamus. Vt autem melius hoc factum elucescat, euidentius illud decreuimus declarare, quod prefate ecclesie assignauit. Quatuor ville ipsi ecclesie dotaliter incorporate sunt, in quarum qualibet sacerdos et custos habent frumentum vnctionis, de quolibet manso sacerdos habet dimidium modium siliginis, custos quartam partem modii; in Bruseuisz sacerdos habet septem modios, custos quinque; in Distelow sacerdos vndecim, custos sextum dimidi[um]; in Grambow sacerdos nouem modios, custos sextum dimidi[um]; in Buzeelstorp sacerdos decimum dimidi[um], custos quinque. Preterea assignauit sacerdoti septem mansos in terminis Bruseuisz sitos et in Grambow duos mansos cum omni prouentu, preter ius regiminis, in molendino Distelow alterum dimidi[um] chorum siliginis, ita videlicet quod sacerdos, quicunque pro tempore ibidem deseruierit, duos tenebit sotios sacerdotes et in qualibet septimana tres missas pro defunctis ad summum altare in memoriam predictorum dominorum, nisi spetialis officii necessitate septimana fuerit excepta, celebrare sit obligatus. Ad altare domine nostre omnibus diebus dominicis missam de angelis, in reliquis autem feriis pro defunctis in felicem memoriam progenitorum suorum predictorum necnon et posteritatis sue, excepto sabbato, quum de beata virgine celebrabit; ad altare vero beate Katerine omnibus diebus dominicis missam de trinitate vsque ad aduentum domini, ab aduentu domini vsque ad festum trinitatis de omnibus sanctis, in secundis feriis pro defunctis in commemorationem Hermanni Westfali, in tertiis feriis de sancta Katerina, in quartis feriis de sancto Thoma apostolo, in quintis feriis de sancto spiritu, in sextis feriis de sancta cruce, de sancto Johanne evangelista vero in sabbatis celebrabit. Ad lumen perpetuum in eadem ecclesia dimidium chorum siliginis in molendino Distelow, sex modios siliginis in molendino Scolentin, sacerdos etiam de mansis in Bruseuisz annis singulis dabit octo solidos denariorum, que predicta tollent prouisores ecclesie et ibidem lumen perpetuum ordinabunt. Ad vinum libaminum et hostias altaris sex modios siliginis in molendino Distelow et quatuor iugera in campo Bruseuisz, que prefata tollet custos, et de vino et hostiis ecclesie prouidebit. Vt igitur tam pium et laudabile talis ordina-

tionis factum nemo in sue salutis periculum presumat aliquatenus infirmare, nos Godfridus episcopus auctoritate dei omnipotentis et nostra sub pena anathematis districtius, nos vero Nicolaus dominus predictus sub obtentu nostre gratie ac sub pena proscriptionis firmiter prohibemus, volentes inconuulsa et rata perhenniter hec haberi, et ob hoc presentem paginam sigillorum nostrorum munimine dignum duximus roborandam. Huius confirmationis et ratihabitionis sunt testes: Johannes et Godfridus milites dicti de Bulow, Gerardus, Bernardus et Nicolaus milites dicti de Malin, Denekinus de Welcin, Coz. (?) et Hermannus de Clenow, Tanquardus de Gusteuene, Johannes de Karckdorp, milites, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Datum Parchem, anno dominice incarnationis M. CC° XC. V., in die Laurentii martiris gloriosi.

Nach einer Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archiv zu Schwerin. — Gedruckt in Jahrb. XXVI, S. 98.

1295. Aug. 14. Salzwedel. 2351.

Otto, Markgraf von Brandenburg, verpflichtet sich gegen Otto, Herzog von Lüneburg, mit den Fürsten von Werle eher keinen Frieden zu schliessen, als bis die Wittwe des Fürsten Heinrich von Werle wegen ihrer Mitgift befriedigt worden sei.

Nos Otto dei gracia marchio Brandenb[urgensis] presentis scripti tenore protestamur, quod cum dilecto auunculo nostro domino Ott[one] illustri duce de Lunenborch placitauimus in hunc modum, quod cum dominis Slauie nullam debeamus facere composicionem siue sonam, nisi nepte nostre, sorori ipsius, relicte domini H. de Werle, fuerit de dote sua secundum consilium amicorum suorum satisfactum. Jn cuius rei testimonium presentes litteras iussimus appensione sigilli nostri confirmari. Datum Saltwed[ele], anno domini M° C° C° LXXXXV°, in vigilia assumpcionis beate Marie virginis.

Nach Sudendorf, Braunschweig-Lüneburg. Urk. I, S. 83, aus dem im königl. Archiv zu Hannover befindlichen Original. Ferner gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 214, und hiernach in Jahrb. XVIII, S. 212. — Vgl. Nr. 2134, Note.

1295. Aug. 25. Arneburg. 2352.

Otto, Markgraf von Brandenburg, und Otto, Sohn des Markgrafen Albrecht, schliessen für sich und den Markgrafen Albrecht einen Vertrag mit dem Grafen Helmold von Schwerin, nach welchem dieser ihnen mit hundert Reitern

zu dienen verspricht, und sie ihm für das Dienstgeld von 1800 Mark Silbers und etwanigen Schaden die Schlösser und Städte Lenzen und Wesenberg zu Pfande setzen.

A.

Wi Otto von der genaden godes marcgreue tho Brandenborch, wi dun witlich alle den, de dessen brif horen vnde seyn, dat wi gededinget hebben met vnseme liuen svagere greuen Hellenbolde von Szverin, dat he silue met sinen sloten vnde met hundert mannen mit vordekeden orsen vns vnde vnsem liben brodere marcgreuen Albrechte scal dyenen. Hir vmbe hebbe wi eme gelouet tho geuende negenhundert marc Brandenborges siluers vnde Brandenborges gewichtes tho vnsem deyle, de scu wi eme half geuen tho paschen vnde de anderen helft tho sunte Michhelis dage dar na. Were ouer dat, dat wi eme de eyrsten helft tho paschen nicht ne geuen vnde bord eme de vppe scaden tho winnenne, de scal he vppe thydliken scaden winnen bet sunte Michhelis dage, so scu wi eme de negenhundert marc gelden met deme scaden, de gegan is von paschen bet sunte Michhelis dage vppe veftehalfhundert marc. Vor dit siluer vnde vor dessen vorbenumeden scaden, of dar scade vp geyt, hebbe wi eme gesat tho pande Lenzin, hus vnde stat vnde svat so tho der vogedige horet, alsus: were dat, dat wi vnsem liuen svagere desse negenhundert marc vppe sunte Michhelis dage nicht ne geuen vnde gulden, so scal Lenzin vnde svat so dar tho horet, also et hir vor bescreuen is, sin rechte leyn bliuen. De kost och, de binnen desser thyt vppe Lenzin geyt tho haldene, de scu wi gelden, ofte wi Lenzyn losen. Hir is och bededinget: were dat, dat dit orloge geeuent worde, so scu wi doch deme greuen geuen veftehalfhundert marc vppe de tvey thyt, de hir vor bescreuen stan; geyt ouer dit orloge vort, so scu wi eme geuen negenhundert marc, also hir vor bededinget is. Vppe dat alle desse dedinge stede vnde ganz bliuen, so geue wi dessen brif mit vnsem ingesegele besegelt. Desse brif is gegeuen tho Arneborch, also men reydet von der bort vnses herren godes dusent tveyhundert vnde vif vnde negentich iar, in deme anderen dage na sunte Bartholomeus dage.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das parabolische Siegel des Markgrafen Otto mit der stehenden gerüsteten Figur desselben, mit der Fahne in der Rechten und dem brandenburgischen Wappenschilde in der Linken. Von der Umschrift ist nichts mehr zu erkennen. — Von dieser Urkunde bewahrt das Haupt-Archiv zu Schwerin noch eine gleichzeitige Beglaubigung ohne Schluss und Datum, mit folgendem Eingange:

„Wi deken vnde dat mene capitel des godeshuses von Zwerin, wi gardian vnde de mene conuent der minren brudere darselues betuget dat in desser scrift, dat wi gesen vnde gehort hebbet ene hanvestunge des vornomenen vorsten marcgreuen Otten von Brandenborch, vngeuelscet vnde vnbewllen, in desen worden:"

Zur Anhängung der Siegel sind aus dem Pergament zwei Streifen geschnitten: von dem ersten ist das Siegel ganz abgefallen; an dem zweiten hängt noch die untere grössere Hälfte eines parabolischen Siegels aus geläutertem Wachs mit einer stehenden, bekleideten männlichen Figur; Umschrift:

— — M : MINORVM : IN : ZW — —

B.

Wie Otto van godes gnadhen iungherre van Brandenborch, marcgreuen Albrechtes sone, bekennen vnde betu°gen openbare mit disseme brieue, dat wie ghedeghedinghet hebben mit vnseme lieuen swaghere greuen Helmolde van Zweryn, dat hie vseme lieuen vedderen marcgreuen Otten vnde vseme lieuen vadere vnde vs dienen scole silue mit sinen sloten vnde mit hundirt mannen mit vordeketen orsen. Hir vmme hebbe wi eme ghelouet tv gheuene neghenhundirt marc Brandenborsches siluers vnde Brandenborsch ghewichtes tu vseme dele; die scole wie eme gheuen half tu paschen vnde die anderen helft tv sůnte Mychyls daghe dar na. Were dat, dat wie eme die irste helft tv paschen nicht ne gheuen vnde borde eme die vp scadhen tv winnene, die scolde hie winnen vppe tytleken scadhen bit sůnte Mychyls daghe, so scole wie eme die neghenhundirt marc vnde den scadhen, die gheghan is van paschen wente sůnte Mychyls daghe, vppe veftehalfhundirt marc ghelden. Vor dit siluer vnde vor dissen vorbescreuenen scadhen, of dar scadhe vp ghet, hebbe wie eme ghesat Wesenberghe, hus vnde stad, tv pande, also als et die Wendischen herren vseme vedderen vnde vseme vadere lieten, mit alleme gude, beide vorleghen vnde vnvorleghen, alsus: were dat, dat wie vseme lieuen swaghere disse neghenhundirt marc tv sůnte Mychyls daghe nicht ne gheuen vnde gůlden, so scolde Wesenberghe, hus vnde stad, mit alleme gude, als et vore bescreuen is, sin rechte lehn bliuen. Die kost oc, die binnen disser tyt vppe Wesenberghe ghet, tv haldene, die scole wie ghelden, of wie Wesenberghe losen. Hir is oc bedeghedinghet: were dat, dat dit orloghe gheeuenet worde, so scole wie doch deme greuen gheuen veftehalfhundirt marc vppe die twei tyt, die hir vore bescreuen stan; gheit aver dat orloghe vort, so scole wie eme gheuen neghenhundirt marc, alse hir vore bedeghedinghet is. Vppe dat alle disse deghedinghe stede vnde ganz bliuen, so gheue wie dissen brief mit vnseme ingheseghele beseghelet. Disse brief is ghegheuen tv Arneborch, also man reidet van der bort vses herren godes dusent tweihundirt vif vnde neghentich iar, in deme anderen daghe na sůnte Bartholomeus daghe.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein grosses parabolisches Siegel, welches den Markgrafen stehend darstellt, mit der Fahne in der Rechten und dem brandenburgischen Wappenschild in der Linken. Umschrift:

✠ S . OTTONIS . FILII . ALB — — — — NDGBVRGG —

Gedruckt bei Boll, Gesch. des Landes Stargard I. S. 325, und darnach bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 6, S. 23. — Vgl. Bd. II. Nr. 1450.

1295. Aug. 28. Lübek. 2353.

Johann [III., Graf von Schwerin], Erzbischof von Riga, ertheilt den deutschen Kaufleuten ein Handelsprivilegium.

— — Datum Lubeke, anno domini M.CC. nonagesimo quinto, proxima dominica ante festum decollationis sancti Johannis baptiste.

Gedruckt im U.-B. der Stadt Lübek I, S. 574, nach dem Original auf der Trese zu Lübek (auch in Bunge's Livl. U.-B. I, S. 703).

1295. Aug. 30. Bärwalde. 2354.

Albrecht, Markgraf von Brandenburg, vereignet dem Kloster Bernstein das Dorf Sydow.

— — Testes huius facti et rei sunt: dominus Nicolaus prepositus in Vredelant iuxta Stargart, dominus Bartoldus plebanus in Nouo Berlyn, capellani nostri, dominus Conradus de Winninge — — —.

Nach v. Dreger's Abschrift des Originals vollständig gedruckt in Riedel's Cod. dipl. Brand. I, Bd. 18, S. 69.

1295. Sept. 24. 2355.

Giselbert, Erzbischof von Bremen, fordert die Bischöfe von Schwerin, Ratzeburg und Lübek mit ihren Capiteln und sonstigen Prälaten unter Androhung geistlicher Strafen auf, einander auf Grundlage der Bremischen und Stader Statuten gegen Angriffe von Laien Hülfe zu leisten.

Gyselbertus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus uenerabili[bu]s in Christo fratribus Zwerinensis, Raceburgensis, Lubicensis ecclesiarum episcopis seu eorum vices gerentibus, prepositis, decanis ac capitulis ecclesiarum earundem omnibusque dictarum dyocesium prelatis in domino salutem. Quanto ciuitatis domini muris eminencius superponimur, tanto magis superintendere custodia nos conuenit, ut pace sibi disposita gaudeat et salute. Equidem indignum recessisse censemus a memoria, quod persuadente sapientis prouerbio proclamantis: „frater, qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma“, quondam a venerabili domino Gwidone cardinali, apostolice sedis legato, deinde in nostris Bremensi videlicet et Stadensi conciliis p[ro]uisum[1] est salubriter et statutum, vt nostre prouincie prelati in exequendis sentenciis contra scuiciam ecclesias perturbancium latis, sibi mutuum parare debeant auxilium, cum a dictarum sentenciarum latoribus requisiti fuerint, sicut in prouisione statutisque pr[e]missis[2] expressius continetur.

Verum continuus clamor nos docuit ac latere famosi facti multiplicitas non permisit, quod, cum pastores ecclesiarum dicta statuta seruare neglexerint, vtinam ipsis lupis rapacibus placere non dilegerint! ouibus dominicis magna pernicies est inducta. Nos igitur imminentibus excitati periculis [u]osque [3] vigilanciores cupientes efficere, innouando monemus uobisque omnibus et singulis precipimus et mandamus, quatenus secundum predictorum statutorum seriem sentencias uestras alterutrum exequendo, cum ab earundem latore seu latoribus fueritis requisiti, vobis mutuum auxilium inpendatis. Alioquin vos fratres episcopos aliosque prelatos et capitula, si presens nostrum mandatum adimplere contempseritis et a tempore requisicionis infra octo dies dictas sentencias executi non fueritis, pene suspensionis ab ingressu ecclesie et a diuinis uolumus subiacere; sed et prelati episcopis minores et capitula, si infra alios octo dies in uestra negligencia, immo magis contumac[i]a [4] permanseritis, penam excommunicacionis ipso facto uos incurrere cognoscatis: quas penas suspensionis videlicet et excommunicacionis exnunc sicut extunc in h[ii]s [5] scriptis sentencialiter ferimus in rebelles. Ad hec seruanda mobiles vos efficiat karitatis calefactio, attendentes, quod, si quispiam contra quemlibet vestrum preualuerit, eidem duorum resistetur adiutorio, et quod funiculi triplicis difficilis sit ruptura. Datum anno domini M° C° C° XC° V°, in sabbato ante festum beati Michaelis archangeli.

Nach dem Copiar I im Ratzeburger Archiv zu Neustrelitz (mit den Fehlern: [1] peruisum — [2] promissis — [3] nosque — [4] contumacea — [5] huius (st huiusmodi?). — Gedruckt bei Schröder, P. M., S. 2971; auch bei v. Westphalen, Mon. ined. II, p. 2218, mit der Jahreszahl 1292. — Vgl. Nr. 1097, 1646, 2156 und Nr. 2356.

1295. Sept. 24. 2356.

Gottfried, Bischof von Schwerin, Burchard, Bischof von Lübek, und der Propst Heinrich von Ratzeburg, als Stellvertreter seines Bischofs Hermann, verbinden sich, in Gemeinschaft ihrer Dom-Capitel, zur strengen Befolgung der Bremer und Stader Statuten wegen gegenseitigen Beistandes.

Godefridus zu Szwerin, Borchardus zu Lubeck vnd Hinricus, Propst, alss Vicarius Hermanni zu Raceburg, Bischoffe, verbinden sich sampt ihren Capitteln, das sie zusamen setzen, vnd wass vff dem Concilio zu Staden vnd Bremen geschlossen, vnuerbruchlich halten wollen, nemlich ihre erkante Vrteil vnd banne exequiren, vnd das sie keiner Appellation deferiren wollen. Datum 1295., sabbato proximo post festum Matthei.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 225*. — Clandrian fand im Schweriner Stifts-Archiv zwei Ausfertigungen. — Vgl. Nr. 2355 und die in der Note zu derselben citirten Urkunden. — Der Bischof Gottfried erscheint am nächsten Tage (Nr. 2357) schon zu Neukloster; wenn nicht eine der beiden Urk., 2356 oder 2357, zurückdatirt ist, wird die Versammlung der Bischöfe in der Nähe des Klosters gehalten sein.

1295. Sept. 25. Neukloster. 2357.

Gottfried, Bischof von Schwerin, stiftet einen Vergleich zwischen seinem Dom-Capitel und dem Fürsten Heinrich von Meklenburg wegen der Zehnten aus dessen Landen.

Godefridus, Bischoff zu Schwerin, hat die irrung zwischen dem Capittel vnd hern Heinrichen von Mekelnburgk vffgehoben vnd vertragen, dergestalt das itzgedachter her Heinrich daran sein will, das das Capittel ihre zehenden vnd hebungen in seinem lande bekommen sollen. Acta sunt hæc in Nouo Claustro 1295., dominica qua cantatur: „Da pacem, Domine".

Nach Clandrian, Protoc. fol. 77. Clandrian bemerkt über das Original: „Hiran ist dass Mekelnburgische vnd des Capittelss Sigel. Des Bischoffs ist dauon wegk, vnd ist der brieff sehr locherig."

1295. Oct. 5. Dargun. 2358.

Heinrich von Lukow, Ritter, schenkt dem Kloster Dargun zum Bau einer Kapelle daselbst 200 Mk. und verpfändet demselben dafür 20 Mk. jährlicher Hebungen aus Ahrenshagen.

Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram visuris Hinricus miles de Lucow salutem in domino. Nouerint vniuersi Christi fideles, quod diuine remunerationis gratia et in remissionem meorum criminum, necnon et patris mei dilecti Godefridi et matris pariter et Halheydis vxoris mee dilecte simulque filiorum meorum, dedi et assignaui fratribus in Dargun ad edificationem et structuram capelle ibidem ducentas marcas denariorum slauicalium in elemosinam; pro qua iam dicta pecunia viginti marcarum redditus in Arnoldeshaghen absque dominorum seruicio beati Martini festo annis singulis tollendos obligaui ipsis in Dargun fratribus sub forma tali, ut, cum ducentas marcas eis presentauero, predicti viginti marcarum redditus michi et meis filiis vacabunt liberi, impedimento quolibet amputato. Preterea redemptis, ut dictum est, iam prehabitis redditibus et completa ipsius capelle fabrica, fratres Dargunenses memoratam ducentarum marcarum summam in alios commutabunt redditus, conuentui ad quatuor in anno seruicia tribuendos ac perpetuo possidendos. Super quo presentem hanc litteram sigillo domini Tessemari militis, auunculi mei, sepedictis fratribus tradidi roboratam. Cuius rei testes sunt: iam dictus Tessemarus meus auunculus, Marquardus et Nicolaus fratres de Teterow, Fredericus de Kericdorp et filius suus Hermannus, Johannes de Lewezsow, Teodericus Vlotow, milites, Hinceke Grube, armiger, et alii quam plures. Datum Dargun, anno domini M°CC°XC°V°, proxima feria quarta post beati Michahelis archangeli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegel, welches an einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hing, ist abgerissen. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 200. — — Vgl. Nr. 2363.

1295. Oct. 8. Bremen. 2359.

Dietrich, Decan zu Bremen, vom Papste delegirter Richter im Streite des Lübeker Dom-Capitels mit dem Schweriner Domherrn Johann Sperling, hebt den über jenes verhängten Bann auf, und befiehlt dem Propste zu Neumünster, die Ritter [und Vögte] Otto von Grabow und Ludolf von Schwerin und deren Landesherren zum Ersatze des dem Dom-Capitel zu Lübek in Veranlassung dieses Streites zugefügten Schadens durch Androhung von Kirchenstrafen zu nöthigen.

Thidericus dei gracia decanus Bremensis maioris ecclesie, iudex a sede apostolica delegatus, honorabili viro .. preposito Noui Monasterii, ordinis sancti Au[gu]stini, Bremensis diocesis, salutem in domino. Noueritis nos litteras apostolicas recepisse in hec verba:

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio .. decano ecclesie Bremensis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii decanus et capitulum ecclesie Lubicensis petitione monstrarunt, quod, cum Johannes dictus Sperlingus, clericus Lubicensis, ipsos super quadam summa pecunie et rebus aliis coram .. priore de S[t]olp [1], Caminensis diocesis, cui .. archydiaconus Rostrigghe, maioris, ac eiusdem et sancti Anscarii Bremensium ecclesiarum decani, iudices a sede apostolica delegati, commiserant super hac totaliter vices suas, traxisset in causam, dicti decanus et capitulum, ex eo sentientes ab eodem priore indebite se grauari, quod procuratores eorum legitimos, mandatum sufficiens exhibentes, admittere contra iusticiam denegauit, humiliter requisitus, quamquam causa racionabilis non subesset, quare deberent personaliter comparere, ad sedem appellarunt predictam, ac dictus prior huiusmodi appellacione contempta in omnes et singulos de ipso capitulo nominatim excommunicationis et in dictum capitulum interdicti sententias promulgauit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictas excommunicationis et interdicti sententias post appellationem huiusmodi inueneris esse latas, denuncies eos penitus non tenere, ac reuocato in statum debitum, quicquid post appellationem eandem inueneris temere attemptatum in causa ipsa, appellatione remota, preuia ratione procedas iuxta priorum continentiam litterarum. Alioquin partes ad dicti prioris remittas examen, appellantes in expensis legitimis

condempnando; testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Laterani, nonas Marcii, pontificatus nostri anno primo. *[= 1295, März 7.]*

Procuratoribus igitur in presencia nostra dictarum parcium constitutis, sententiando pronunciauimus sub hac forma:

Jn nomine domini. Amen. Nos Thidericus dei gracia maioris ecclesie Bremensis decanus, iudex a sede apostolica delegatus in causa appellationis inter decanum et capitulum ecclesie Lubicensis, ex una, et Johannem Sperling, canonicum ecclesie Zwerinensis, ex parte altera, coram nobis aliquamdiu agitata, constitutis dictarum partium procuratoribus coram nobis, auditis hinc inde propositis et diligenter examinatis, iuris ordine plenius obseruato, appellationem per procuratores dicti capituli Lubicensis interpositam a domino Bor. quondam priore in S[t]olp [2] bone memorie pronuntiamus sententia(re)ndo legitimam extitisse et sententias excommunicationum seu interdicti et quaslibet alias per dictum priorem vel eius successorem in personas ecclesie Lubicensis seu in ipsam ecclesiam prolatas et quecunque ex eis vel ob eas secuta sunt, tamquam post appellationem legitimam attemptata, irrita et inania nuntiamus. Jn cuius euidentiam pleniorem presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum anno domini M° C° C° nonagesimo quinto, sabato proximo ante festum beatorum martyrum Dionisii et sociorum eius.

Set quia dominus Otto miles de Grabov et dominus Ludolfus de Zwerin et eorum complices iuriditionem nostram turbauerunt, post appellationem sepedictam ac postquam dicta causa in nostrum fuit deducta iudicium liteque pendente coram nobis ecclesiam Lubicensem spoliando, et nos exequi predicta personaliter non possumus nec valemus: vobis auctoritate, qua fungimur, precipiendo mandamus, sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie et a diuinis, quam vos incurrere ipso facto volumus, si presens nostrum mandatum neglexeritis obseruare, quatenus dictos milites et eorum complices, monitione legitima premissa, vt predictis dampnis et iniuriis manifestis satisfaciant, per censuram ecclesiasticam compellatis; dominos eciam terre, quorum sunt officiales dicti malefactores et de quorum munitionibus hec perpetrasse noscuntur, ut eosdem ad satisfaciendum compellant pro sepedictis dampnis et iniuriis cohertione debita compellere studeatis. Datum et actum Bremensi in ecclesia maiori, anno domini M° C° C° nonagesimo quinto, sabato proximo ante festum beatorum martyrum Dyonisii et sociorum eius.

Nach dem Original im Hamburger Stadt-Archiv mitgetheilt vom Archivar Dr. Lappenberg und gedruckt in Jahrb. VIII, S. 258. — Statt [1] Scolep und [2] Scolp geben wir Stolp. Vgl. die Exceptionsschrift des Anwalts des Rathes zu Lübek (in dem Streite gegen den Bischof und das Dom-Capitel zu Lübek) vom J. 1300 (Leverkus I, S. 446): „Dominus Johannes decanus et Helembertus scolasticus ac alii canonici ecclesie Lubicensis sunt et erant propter eorum contumaciam nominatim excommunicati excommunicatione

maiori per priorem de Stolp, iudicem auctoritate sedis apostolice subdelegatum in causa, que inter dominum Johannem dictum Sperling, tunc eiusdem ecclesie canonicum, ex parte vna, ac capitulum Lubicense, ex altera, vertebatur, qui quidem iudex predictus fecit eosdem excommunicatos publice denunciari; in qua quidem excommunicatione decanus et scolasticus et canonici antedicti adhuc persistunt." (S. 447 werden diese Worte wiederholt.) — Darauf entgegnete der Anwalt des Capitels (Leverkus I, S. 449): „Intendit probare magister Helembertus scolasticus ecclesie Lubicensis, procurator episcopi et capituli ecclesie predicte, quod .. decanus et capitulum ecclesie Lubicensis ad sedem apostolicam appellauit a .. priore de Stolpe, antequam idem prior interdicti sententiam in Lubicensem ecclesiam fulminaret; item, quod post appellacionem predictam idem prior de Stolpe mandauit domino Borchardo episcopo Lubicensi, quod diuina in predicta Lubicensi ecclesia suspenderet et .. decanum ac ceteros ecclesie predicto canonicos tanquam excommunicatos publice nunciaret; item, quod post appellacionem predictam idem prior mandauit domino Borchardo Lubicensi episcopo, vt Johannem quondam decanum ecclesie Lubicensis defunctum in cimiterio extumulare et de ipso cimiterio eici procuraret; item, quod predicta appellacio ad sedem apostolicam fuit delata et domino Thiderico quondam decano maioris ecclesie Bremensis a predicta sede apostolica delegata; item, quod predictus dominus Thidericus decanus de causa appellacionis vtraque parte presente cognouit; item, quod dictus dominus Thidericus ipsam appellacionem predictam decani et capituli Lubicensis pronunciauit legitimam extitisse et sentencias excommunicacionis in decanum et canonicos predictos prolatas a priore de Stolpe predicto nullas extitisse et quaslibet alias excommunicacionis seu interdicti sententias nullas fuisse, et que ob eas secuta sunt vel fuerunt; item, quod prior predictus seu eius successor omnes excommunicacionum et interdicti, suspensionis et quaslibet alias sentencias, latas per eum in causa habita inter decanum et capitulum Lubicense et Johannem Sperling coram ipso priore, reuocauit seu nullas et inualidas pronunciauit."

1295. Oct. 11. Köln. 2360.

Hermann, Bischof von Ratzeburg, ertheilt dem Cistercienser-Kloster Altenberg bei Köln einen Ablass zur Restauration der Kloster-Kirche.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Hermannus dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus salutem in domino sempiternam. Inter cetera retributionis eterne mercedis illa sunt maioris meriti et salutis, que a Cristi fidelibus ecclesiis et locis venerabilibus indigentibus reparari misericorditer conferuntur. Cum itaque ecclesia monasterii monachorum in Veteri Monte, ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis, in edificiis indigeat reparari et ad reparationem huiusmodi ipsius monasterii prope non suppetant facultates, uniuersitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino ac vobis in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a deo collatis eidem ecclesie ob reuerentiam Jhesu Cristi mittatis vel portetis beneficia karitatis, ut prefata ecclesia vestro mediante auxilio reparetur, et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, vitam mereamini sempiternam. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et eius matris virginis gloriose precibus et meritis confidentes, omnibus personis, que de suis bonis elemosinas fecerint et miserint eidem ecclesie ad reparationem huiusmodi, si ad predicta dyocesani prefati monasterii accedat assensus, quadraginta dies criminalium de iniuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus,

huiusmodi in perpetuum valituris. Datum Colonie, anno domini M. CC. LXXXX. quinto, in crastino Gereonis.

Nach dem wohl erhaltenen Original unter den Urkunden der Cistercienser-Abtei Altenberg im Provincial-Archiv zu Düsseldorf mitgetheilt vom Geh. Archivrath Dr. Lacomblet. Dieser bemerkt über das Siegel Folgendes: „Das mittels Pergamentstreifens angehängte, schön erhaltene Siegel des Bischofs zeigt dessen Figur, wie gewöhnlich, in sitzender Stellung, in vollem Ornate, mit Mitra und Krummstab; die Umschrift des Siegels lautet:

Hermannus Dei gracia Raceburgen. Eccle. eps ✠.

Ein Rück- oder Secretsiegel ist nicht aufgedrückt." Hiernach scheint dieses dasselbe Siegel zu sein, von welchem wir hieneben nach einem Exemplar vom 13. Mai 1299 eine Abbildung geben.

1295. Oct. 12. Stralsund. 2361.

Der Rath der Stadt Stralsund erklärt sich damit einverstanden, dass vom Hofe zu [Alt-]Nowgorod nur nach Lübek appellirt werde, behält sich jedoch für die in Stralsund anhängig gemachten Sachen den üblichen Instanzenzug zunächst auf Rostock, dann erst auf Lübek vor.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit intuendum, consules in Stralessunt salutem in domino. Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod honorandis viris, amicis sincere nobis dilectis, burgensibus ciuitatis Lubeck in eo iure, quo ipsi et nos ac vniuersi mercatores in curia Nogardensi vsi et gauisi sunt hactenus, assistere volumus et adesse, videlicet ut, si aliquis mercator in eadem curia se in suo iure grauatum cognosceret et sentiret, ut pro recuperatione sui iuris ad ciuitatem Lubek respectum habere debeat et recursum, salvo iure nostro ab antiquis temporibus habito et servato, scilicet si aliquis mercator de Nogardia seu alius quicunque vellet in ciuitate Stralessunt contra alium quemcunque in forma iudicii agere uel aliquem coram iudicio nostro conuenire pro quacunque causa, quod illam secundum leges et iura nostra, prout hactenus consueuimus iudicare, fine debito decidere et terminare ualeamus, et quod, quicunque voluerit nostras sententias redarguere, quod ipse

possit secundum iuris nostri exigenciam licite, et debeat etiam, si causa apud nos non fuerit terminata, a nobis ad civitatem Rozstock et ulterius ad civitatem Lubek, si uoluerit, appellare, in qua extunc ipsa causa debet ab honestis viris dominis consulibus finaliter terminari et diffiniri. Jn cuius rei evidens testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Stralessunt, anno domini M° CC° nonagesimo quinto, feria quarta proxima post festum beati Dyonisii, epacta existente III^a^, concurrente V^to^, indictione VIII^a^.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 95, aus einer alten Abschrift des hansischen Recesses d. d. 1371, vig. Sim. et Jud., im Strals. Stadt-Archiv. — Gedruckt auch im Lüb. U.-B. I, S. 576, und bei Sartorius II, S. 184. — Vgl. Nr. 3303 und 2324.

1295. Oct. 14. Wismar. 2362.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, verpfändet Zehnten aus dem Lande Bukow, welche er vom Bischofe Gottfried von Schwerin zu Lehn trägt, an Gottfried Rikeland und Gerhard Bülow.

Henricus, Her zu Mekelnburgk, bekennet, das er die hebungen, die er von Godefrido, Bischoffen zu Zwerin, zu lehne hat, Godfrido Rikeland vnd Gerardo Bulowen vorsetzet habe vor 500 Mk. genger muntze,

	rogken	garsten	habern
alss zu Vnstede	18 sch.	18 sch.	3 dr.
Vlenbruc	2 dr.	2 dr.	4 dr.
Corghow	2 dr.	2 dr.	4 dr.
Wichmannestorp	2 dr. 6 sch.	2 dr. 6 sch.	5 dr.
Ketelhudestorp	2 dr.	2 dr.	2 dr.
Meitterdorp	16 sch.	16 sch.	2 dr. 8 sch.
Roggow	3 dr.	3 dr.	6 dr.
Pantzow	4½ dr.	4½ dr.	10 dr.
Cladestorp	1½ dr.	1½ dr.	3 dr.
Summa	20 dr. 4 sch. Rogken		
	20 dr. 4 sch. Garsten		
	39 dr. 8 sch. Habern.		

Vnd mag der Bischoff oder auch erstgemelter her dise hebung widerlosen. Datum Wismariæ, 1295., in festo Kalixti Papæ.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 156*. Clandrian bemerkt dazu: „Noch 1 brieff vorigem gleichlautend sub eodem dato." Und am Rande steht die Bemerkung: „Landt Bucow: Buc."

1295. Dec. 6. Dargun. 2363.

Das Kloster Dargun bezeugt, dass die 20 Mk. jährlicher Renten aus Ahrenshagen, welche der Ritter Heinrich von Lukow demselben geschenkt hat, mit 200 Mk. abgelöst werden können.

Nos frater Johannes abbas in Dargun necnon et conuentus ibidem tenore presencium recognoscimus protestantes pupplice, quod dominus Hinricus miles de Luchow ob remunerationis diuine graciam et in remissionem peccatorum suorum, pariter et patris sui et matris, vxoris sue et heredum suorum, suam largam nobis contulit elemosinam, videlicet ducentas marcas denariorum, pro quibus nobis obligauit viginti marcarum redditus in Arnoldeshagen, prout in priuilegio suo super hoc nobis tradito comprobatur. Preterea, cum nobis predictam summam scilicet ducentas marcas persoluerit, illas in alios redditus commutabimus ad seruicia quatuor conuentui annis singulis perpetuo ministranda. Ceterum, cum sibi aut heredibus suis predictos redditus in Arnoldeshagen redimere pro ducentis marcis placuerit, illos redimere poterunt, impedimento quolibet amputato. Jtem, si in vna summa uel per centum marcas persoluere voluerint, ita videlicet ut ad persolutionem centum marcarum vacent decem marcarum redditus, hoc ipsorum relinquitur voluntati. Jn cuius rei euidenciam testimonio simul et sigillo illustris domini Nicolai de Werle et sigillo nostro presentem paginam communimus. Datum Dargun, anno domini M° CC° XC° V°, in die beati Nicolai confessoris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Die beiden aus der Charte geschnittenen Siegelbänder sind abgerissen. — Vgl. Nr. 2358.

1295. Dec. 14. Demmin. 2364.

R. von Wacholz, Ritter, verkauft den Bewohnern von Zettemin das Feld Wredeloke, mit Ausnahme der Mühle.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus R. de Wacholt, miles, suique heredes salutem in domino. Ne ea, que in rebus exercentur humanis, per temporis diuturnitatem ab hominum memoria citius elabantur, a veterum compertum est solertia, vt acta mortalia[1] literarum apicibus inscribantur. Hinc est, quod notum facimus et presentium tenore protestamur, quod nos burigensibus[2] in Cetemin[3] campum in Wredeloke uendidimus cum pascuis, siluis et omni vsufructu, molendino et monte super molendino posito excepto. Pro quo exsoluent in festo beati Martini quinque marcas annuatim, attamen molendinarius dictis pascuis et lignis ex consilio burigensium[4] predictorum, prout sibi opus fuerit, sicut hactenus fecit, fruetur pascifice et quiete. Vt autem hoc factum

nostrum a nullo valeat irritari, presentem cartam inde confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Dymin, anno domini M° CC° LXXXXV°, sequenti die Lucie virginis gloriose.

Nach einer Abschrift des Visitations-Notars D. Clandrian, im Visit.-Protocoll des Amtes Dargun vom J. 1575, im Haupt-Archiv zu Schwerin. Damit stimmen ein Original-Transsumpt der Universität Rostock (R) vom J. 1562 und eine notarielle Abschrift (A) vom J. 1562, im Haupt-Archiv zu Schwerin, bis auf die unwesentlichen Abweichungen: [2] burgensibus: R — [3] Cetenis: A, R — [4] burgensium: A, R. — Alle 3 haben [1] mortalia.

1296. Freienholz. 2365.

Reddag, Ritter zu Ribnitz, schenkt dem Kloster Doberan (auf seinen Todesfall) seinen Besitz und seine Rechte in Freienholz.

Reddagus miles, commorans in Rybeniz, habet duos liberos mansos in Frinholte ab ecclesia Doberanensi et duos mansos censuales in eadem villa. Post mortem eiusdem Reddagi tollet annuatim ecclesia Doberanensis dimidium censum cum dimidia decima, tam maiore, quam minore, de eisdem quatuor mansis. Jnsuper continentur quinque domuncule, que coten dicuntur, in eisdem quatuor mansis domini Reddagi, de quibus habebit ecclesia Doberanensis tres pullos, qui rochonre dicuntur, et dimidiam minutam decimam. Jtem Thidericus Anebroc, sedens infra siluam et quatuor mansos Reddagi, dabit annuatim quindecim modios siliginis et duorum dierum seruicia. Jnsuper iuxta eundem Thidericum iacent tria iugera, de quibus tollet ecclesia Doberanensis decimam. Jtem in superiori parte IIII^{or} mansorum Reddagi Reynerus et Yde extra illos IIII^{or} mansos habent nouale, vnde dabunt duodecim pullos. Jtem Radolf socer Bertoldi dict[i] Hoghen, qui moratur in domo sita in quatuor mansis Reddagi, dabit decimam minutam integram, et hoc ex parte mansi, quem colit. Jtem Bertoldus Hoghe dabit quinque modios siliginis et sex pullos de ouerlande, excepto manso suo. Jnsuper in alia parte mansorum Reddagi sunt octo mansi, de quibus dabunt decimam maiorem et minorem et unusquisque mansus solidum. Jtem in extrema domuncula, que cote dicitur, iuxta Henricum Telekowe sitam, habebit ecclesia Doberanensis XII pullos. Preterea, quicumque habet coten, dabit de eo unum pullum, qui rochon dicitur, et minutam decimam. Jnsuper ego Reddagus confero ecclesie Doberanensi, quicquid iuris habui in eadem uilla Frinholte specialiter pro denariis meis comparatum. Jtem de silua sciendum, qu[e] Heynolt dicitur, foueri, conseruari ac tueri tenetur ad usus ciuium et ad edificia reparanda. Acta sunt hec in Frinholte, anno domini M° CC° XC° VI°, presente domino Gerhardo de Molne et fratre Arnoldo de Goslaria et uxore nostra domina Rikece, Nycolao Hauenicht et Henrico filio fratris Reddagi, et presentibus ciuibus tocius uille

Frinholte. Vt autem hec mea ordinatio rata et inconwlsa permaneat, testimonio sigilli nostri feci perhennari.

Nach dem mehrfach durch übergeschriebene Zusätze erweiterten Concepte im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt noch die linke Hälfte des hieneben abgebildeten runden Siegels. Man sieht darauf einen links gerichteten Pfeil auf einem gespannten Bogen. Umschrift:

✠ S' . REDDAGI . AD — — —

— Gedruckt bei Westphalen III, p. 1548.

1296. Rostock. 2366.

Einnahmen der Stadt Rostock aus den Dörfern Rikdahl, Vogtshagen, Porkshagen, Nienhagen und Mönchhagen.

Obbertus de Selowe anno nonagesimo sexto, circa natiuitatem domini, presentauit de villa Rictalendorp X marcas denariorum V solidis minus.

Gerhardus de Lawe stat pro villanis de Vogedeshagen pro VII marcis pro pascuis ad III septimanas post Michaelis.

Porrikeshagen XX marcas de agris nouiter locatis.

Peyno sutor stat pro illis de Nigenhagen pro V marcis pro pascuis. Michaelis.

Villani de Monekehagen X marcas pro pascuis. Michaelis.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 149ᵇ, 150ᵃ. — Ueber Rikdahl vgl. oben Nr. 2135.

(1296.) Wismar. 2367.

Das H.-Geist-Haus zu Wismar verkauft zwei Worthen.

Mathias de Vemer emit vnam aream a domo sancti Spiritus, que iacet in fossa sancti Spiritus iuxta Johannem Modericz, quam sibi resignauit coram consulibus.

Domus sancti Spiritus vendidit Henrico Brakele vnam aream, que iacet iuxta Clamerum iuvenem, quam sibi resignauit coram consvlibus. Pro varandia domus promisit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 231.

(1296.) Wismar. 2368.

Dietrich Kril, Priester, und Robert, Küster zu S. Marien in Wismar, bestimmen derselben Kirche ein Haus.

Theodericus Cril, sacerdos, et Rubertus, custos ecclesie beate virginis, edificium, quod edificauerunt super aream beate virginis, ad tempora vite sue possidebunt. Mortuo vno alter possidebit; mortuo reliquo cedet beate virgini.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 232.

(1296.) Wismar. 2369.

Gottschalk, Gärber zu Wismar, erwirbt eine Worth auf der H.-Geist-Grube von Johanna, der Wittwe Arnolds von Klütz, und ihren Kindern.

Godschalkus cerdo acceptauit aream sitam super fossam sancti Spiritus a rel[ic]ta Arnoldi de Kluze et pueris suis pro XII solidis denariorum annuatim in festo pasche persoluendis; quam scilicet aream nec predicta domina Johanna, nec sui heredes vendere poterunt, nisi prius eodem Gotschalko exhibeant; et si quis emeret, vendere non posset, nisi prius predicto Gotschalko vendendum exhiberet pro VIII marcis denariorum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 232. Getilgt. Zu gleicher Zeit und unter gleichen Bedingungen verkaufte die Wittwe dort noch drei Worthen.

(1296.) Wismar. 2370.

Die Wismarschen Rathmänner kaufen eine Worth an die Stadt.

Consules emerunt a domino Hinrico Steenhus vnam aream, sitam iuxta antiquum similerium beati Georgii, pro XVI marcis denariorum, et pro wara[n]dia promisit dictus miles sic, quod nec ipse, nec sui heredes inpeticionem facere debent in perpetuum, nec aliqui ex parte eorum.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 236.

(1296?) Wismar. 2371.

Die Wismarschen Rathmänner strecken dem Fürsten Heinrich II. von Meklenburg 500 Mark Lübisch vor.

Notandum, quod consules antiqui et noui aquisierunt domino Henrico Magnopolensi quingentas marcas Lubicensium [denariorum] super diem beati Mar-

tini, super quibus compromiserunt dominus Henricus de Mekelborg, Johannes de Sernin, Heino de Stralendorp, Marquardus de Lo, Bernardus de Plesse, Reimarus de Barnequov, Ekehardus de Quicowe, Ludolfus, Hinricus Stenhus, Storm, Benedictus de Rodenbeke, Otto de Lu, Johannes de Suanense, Otto Jesewitz. Jsti promiserunt super diem beati Martini persoluere; quodsi ipso die non persoluerint, sequenti die beati Martini intrabunt inde non exituri, donec [se] redemerint. Jsti compromi[ssor]es debent iacere intra ciuitatem preter dominum H[in]ricum solum. Jnsuper [compro]misit dominus Hinricus Magnopolensis, quod, si aliquis de compromissoribus mortuus [fuerit], alium statuet loco sui ... super debitis et dampnis.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 250.

(1296.) Wismar. 2372.

Die Rathmänner zu Wismar setzen die Zahl des auf die Weide zu treibenden Viehes fest und verbieten das Halten besonderer Hirten.

Anno domini M° CC° LXXXX° VI° conuenerunt consules ciuitatis Wismariensis, tam antiqui, quam noui, et vnanimiter decreuerunt, quod nullus ciuis plures debet ante pastorem expellere vaccas quam VI et XII porcos, duas capras pro vna vacca et duas oues pro uacca. Quicumque isti compromisso contraire voluerit, pro capite dabit ℔ talentum ita sepe, sicut infregerit.

Jtem: Quicumque singularem habuerit pastorem, pro quolibet capite dabit ℔ talentum, nichil sibi dimittendo, etiam quicumque fuerit. Jstud decretum stabit firmum ad VIII annos.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 250. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsalterthümern, S. 11.

(1296.) Wismar. 2373.

Die Rathmänner zu Wismar willküren, dass die Auflassung verkaufter oder vergebener Aecker vor ihnen geschehen solle.

Statuerunt consules, quod, quicumque vendere vel gratis dare suum iuier voluerit, coram consulibus resignabit. Quicumque contra fecerit, talentum consulibus dabit.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 250. — Gedruckt in Burmeisters Wism. Rechtsalterthümern, S. 11. Diese Willküre steht unmittelbar hinter Nr. 2372. — Vgl. Hach, Lüb. R., S. 264, XXXVI.

(1296.) Wismar. 2374.

Heinrich von Hohenwendorf d. ä., Rathmann zu Wismar, und seine Frau stiften letztwillig eine Vicarei in der Georgenkirche daselbst.

Fundacio vicarie Hinrici Howentorp in ecclesia beati Georgii ad altare sancti Martini.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Omnibus presens visuris vel audituris in omnium saluatore salutem. Cum labente tempore facta modernorum labi noscuntur, ideo domino concedente intendimus periculis precauere futuris. Hinc est, quod ego Henricus dictus Hovendorp, adhuc compos mentis, necnon et coniux mea Gertrudis in nostro testamento, karitatis accensi feruore saluti(s)fero, in animarum nostrarum salutarem remuneracionem necnon et progenitorum nostrorum ordinauimus (ad) perpetuam vicariam, quam et ditauimus XII marcarum reditibus annuatim, persoluto debito termino carnis mee. Vxor mea et heredes mei istos reditus de manso, qui iacet in campo Dammenhusen, sacerdoti ad hoc deputato absque ambiguitate libere presentabunt. Quicumque, si accideret, illum mansum emeret a meis heredibus, pro eisdem reditibus tenebitur eidem clerico respondere. Hanc missam, si fieri potest bono modo, in ecclesia beati Georii volumus, ut cantetur; sin autem, consules et mei viciniores de loco alio sibi tenebuntur prouidere. Jnstituimus ad hanc missam decantandam meum sororium T[idemannum] dictum Scheversten, donec puer noster ad annos discrecionis peruenerit. Si autem idem puer de vicaria non curaret vel se religioni traderet aut nuberet, consules et mei viciniores vnum honestum virum instituent tamdiu, ut ipsis complacebit. Jdem vero vicarius satisfaciet ad altare sibi seruienti de eisdem reditibus annuatim. Vt ergo tam salubris ordinacio nullo obliuionis obscurata velamine iugis memorie obtineat firmitatem, presentem litteram conscribi fecimus et nomina eorum, quos huic facto presentes habuimus. At testimonium perpetue firmitatis commissum est istut testamentum consulibus, qui tunc fuerunt presentes, et committitur supervenientibus futuris.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 237. — Die Ueberschrift stammt erst aus dem 15. Jahrhundert. Hinrick von Howentorp oder Wendorf, wie die Familie später schlechtweg hiess, starb aber nicht 1296, sondern erscheint noch 1300, Sept. 23, als Zeuge. In dem 1387 angelegten Liber missarum fol. 1 findet sich Folgendes über diese Vicarei:

> Hinricus Hoghewentorp in suo testamento sic scribit: Sciendum, quod, si deus annuerit, quod meus filius in sacerdotem promouebitur, tunc habebit vicariam de XII marcis. Jnsuper do sibi centum cum triginta marcis. Si autem ita fuerit, quod idem meus filius Johannes moreretur, tunc eadem vicaria cederet duobus filiis meis Hinrico et Marquardo ad conferendum. Prouisores et testes sunt: dominus Bertoldus Volucris, Thidericus Hozik, Thammo de Bluadze, Johannes Clumpsuluer et Hinricus Boltingh.

Dass übrigens oben wie hier trotz des abweichenden Wortlauts dieselbe Vicarei gemeint ist, geht aus der Aufzeichnung im Raths-Willkörebuche fol. 111 hervor.

(1296.) Wismar. 2375.

Jacob Rodekogel zu Wismar stiftet letztwillig eine Messe in der Marienkirche daselbst.

Fundacio misse Rodekagelen.

In nomine domini. Amen. Hec assignauit Jacobus Rodekogel in testamento suo piis locis et personis. Primo de XX^{u} quatuor iugeribus, que habeo in campis Dargizowe, conueniatur scolaris et sacerdos, ut dicatur missa pro salute anime mee et vxoris mee et parentum meorum in ecclesia beate virginis cottidie perpetuis temporibus. Sacerdoti X marce et scolari II marce. Si qui proventus predictorum iugerum residui fuerint, illi cedent vxori(s) mee et pueris meis. Jtem prouentus de noua domo, quam edificaui in platea Tagmari, dabuntur filiabus meis in Rune ad tempora vite sue pro necessariis sibi comparandis, quibus mortuis aliis pueris meis cedent. Jtem hereditatis medietatem, in qua resideo, do vxori mee ad tempora vite sue, et si maritum alium superduxerit, ipsa mortua pueris meis cedet. Jtem, quidquid vero superfuerit vltra prescriptas elemosinas, vxor mea Cristina et pueri, qui secum sunt in domo, habere debent equaliter, illi videlicet pueri mei, qui non contraxerunt matrimonium et religioni se non dederunt. Tutores eligo Gerlacum fratrem meum, Ludolfum de Buckowe et Volmarum de Warendorp, Hermannum Laske, Nicolaum Willekini, generum meum, ut ipsi premissa omnia regant et dirigant et ad missam dicendam instituant et destituant sacerdotem, quamdiu vixerint. Sed ipsis mortuis consulibus tunc presentibus committo fideliter et iniungo, quod ipsi missam eandem faciant celebrari. Jtem duo filii mei apponentur ad scolas, quorum si quis presbiter factus fuerit, missam dicet eandem, quamdiu se bene rexerit; alias destituatur et alius ydoneus instituatur. Testamentum meum taliter ordinatum stabit, donec personaliter contradicam.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 238. — Die Ueberschrift gehört dem 15. Jahrhundert an.

(1296.) Wismar. 2376.

Marquard von Walmstorf, Rathmann zu Wismar, stiftet letztwillig eine Messe in der Marienkirche daselbst.

Marquardus de Walmerstorp sic scribit in suo testamento: De bonis meis XIII marcas primitus sumendas de manso meo trans piscinam singulis annis in elemosinas pias disposui tribuendas ad dicendas cottidianas missas, deo dignum obsequium in perpetuum, quorum decem dabuntur sacerdoti ad hoc assumpto, due autem ecclesie beate virginis in comparacionem omnium et quorumlibet in-

strumentorum necessariorum ad procuracionem misse, vna vero marca residua custodi eiusdem ecclesie, vt eo magis se reddat beniuolum in amministracionis officio ad eandem missam. Omnes adiutores perpetuitatis misse dedicate mercedem capescant eternam.

Aus dem von dem Stadtschreiber Hinrich von Balsee 1387 angelegten Liber missarum, fol. 2ᵇ. Marquard von Walmerstorf kommt 1296 zuletzt vor. Auf einem theilweise erhaltenen Grabsteine in der Kirche St. Marien liest man noch:

ANNO . DOMI ‖ NI . MCC . L . XXXX — ‖ — ‖ — S . WALMARSTORP

Das Wappen zeigt in einem alterthümlich dreieckigen Schild eine gefiederte Löwenpranke, ein Schwert haltend. Wahrscheinlich ist der Stein diesem Marquard gelegt, wenn auch vielleicht erst in späterer Zeit.

1296. Jan. 4. 2377.

Matthias, Johann, Otto, Gerhard und Heinrich Gebrüder von Axekow verkaufen dem Kloster Doberan das Dorf Kritzemow und verheissen demselben die Verleihung des Eigenthums und der Zehnten binnen fünf Jahren zu erwirken, widrigenfalls aber dann die Kaufsumme zurückzugeben.

Uniuersis Christi fidelibus litteras presentes visuris seu audituris Mathias, Johannes, Otto, Gherardus, Henricus fratres dicti de Axecowe salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi presentes et posteri, quod nos ex mera voluntate et consensu vnanimi ac consilio amicorum nostrorum vendidimus ecclesie Doberanensi villam Criscemowe pro D marcis slauicalium denariorum X marcis minus cum omni iure et vtilitate, qua ad nos pertinebat, preter seruicium duorum equorum; tali interposita conditione, quod infra quinquennium a die venditionis, que incepit anno domini M° CC° XC° VI°, in octaua sanctorum innocentum, de proprietate tam decimarum quam fundi ville totalis Criscemowe Doberanensi ecclesie debebimus prouidere, quam nos de proprio nostro, prece scilicet uel precio uel alia aliqua reconpensa, comparabimus ab hiis, quorum interest huiusmodi conferre proprietatem. Medio autem tempore, quo proprietas tam fundi quam decime ville sepedicte Criscemowe per nos non comparata differtur ab ecclesia Doberanensi, nos stabimus et astringemur pro eadem villa in omni debito et seruitio, quo ceteri vasalli dominorum pro bonis suis feodalibus dominis suis astringuntur. Cum vero proprietatem ville Criscemowe et decime liberam et absolutam ecclesie Doberanensi assignauerimus, tunc, quicquid reddituum in eadem villa retinuimus, sicut seruicium duorum equorum, quod ecclesia Doberanensis foro consimili a nobis comparabit, scilicet ut quinque marcarum redditus pro C marcis denariorum emere teneatur. Si autem, quod absit, proprietatem ville Criscemowe, tam fundi, quam decime, liberam et absolutam non potuerimus ecclesie Doberanensi infra instans quinquennium assignare, tunc euolutis quinque

annis proxima dominica quadragesime, qua cantatur Letare, inmediate summam, quam pro dicta villa recepimus, scilicet quingentas marcas denariorum slauicalium cvrrentis monete X marcis minus, omni tergiuersatione, occasione, dilatione semota, ecclesie Doberanensi integraliter refundemus. Ad quod nos data fide cum testibus, fideiussoribus et compromissoribus subscriptis obligamus, qui sunt: dominus Johannes Molteko, dominus Georrius Molteko, dominus Fredericus Babbo, dominus Henricus de Bulowe, milites; item Johannes Babbo, marscalcus domicelli, Otto Babbo, fratres, Woldemarus Molteko, armigeri; item Mathias, Johannes, Otto, Gherardus, Henricus fratres dicti de Axecowe, armigeri. Hii omnes publice protestantur in hiis scriptis, quod data fide omnes insimul pro predicta summa soluenda, scilicet quingentarum marcarum denariorum X marcis minus, ecclesie Doberanensi promiserunt in manus venerabilis domini Johannis Doberanensis abbatis, domini Ludolfi prioris, domini Johannis de Elvinge camerarii, domini Johannis de Hildensem cellerarii et fratris Heydenrici dicti de Axecowe, hoc insuper adicientes, quod, si quemquam de suprascriptis fideiussoribus medio tempore mori contigerit, nos alium uel alios equipolentes in sex septimanis in locum defuncti substituemus. In cuius rei euidentiam pleniorem presentem paginam sigillo domini Nicolay de Rozstoc, domini Johannis Molteke, domini Georrii Molteke, domini Frederici Babbonis fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M° CC° XC° VI°, in octaua sanctorum innocentum.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen die 4 in der Urkunde genannten Siegel:

1) das grösstentheils erhaltene runde Siegel des Fürsten Nicolaus von Rostock, abgebildet zu Nr. 2277,

2) und 3) die auf Kosten der Freiin Maltzan auf Lenschow, geb. Gräfin Moltke, hierunter (unter 2 und 3) abgebildeten beiden schildförmigen Siegel der Ritter Johann und Georg Moltke mit drei Birkhähnen und den Umschriften:

[✠ S'] IOhANNIS MOLTAKA MILIT'

und [✠ S' G]AORGII MO[LTAKA]N MILITIS

4) das ebenfalls hierunter (unter 4) abgebildete schildförmige Siegel mit einem schrafirten Sparren und der Umschrift:

✠ S' • DNI . FRADARICI BABBAN

2 3 4

1296. Jan. 8. Warin. 2378.

Gottfried, Bischof von Schwerin, verkauft an Hermann von Sparow wiederkäuflich Zehntkorn aus Göhren und Röz.

Hermannus von Sparowe hat guter vom bischoffe G. zu Zweryn gekaufft vermuge des Bischoffes briefes, so hirin gesetzt, alss: Bischoff G. verkaufft Herman von Sparow nachbeschriebene guter vor 80 Mk. pfenninge gewohnlicher muntze, alss: in Gorne den Zehenden von 3 hufen, deren eine iede geben soll 8 sch. rogken, 6 sch. garsten vnd 18 sch. habern; Jtem in Rositz den Zehenden von 5 hufen, die in alles geben 9 sch. rogken, 9 sch. garsten vnd 18 sch. habern. Den widerkauff furbehalten. Datum Warin 1296., dominica infra octauam epiphaniæ.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 28*.

1296. Jan. 9. Böbbelin (bei Rügenwalde). 2379.

Wichard, Abt von Bukow, und der Unter-Kämmerer Matthias in Schlawe schlichten einen Streit zwischen dem Kloster Dargun und einem Wenden Milota über dessen Ansprüche auf das Dorf Bast.

Nos frater Wichardus abbas in Buchouia et Mathias subcamerarius in Slawena vniuersis hanc litteram visuris protestamur, quod dissensio, que fuit inter abbatem et fratres monasterii Dargunensis, ex una parte, et quendam Slauum Milotam nomine, filium Radossu, pro inpeticione ville Bast, parte ex altera, nobis coram (coram) positis in villa Bobelin taliter est sopita. Predicti abbas et fratres Dargunenses eidem Milote vaccam vnam et pannum vnum integrum dederunt, et ipse Milota ab omni inpetitione, quam habuit aduersus eosdem, cessauit, data fide promittens, quod nec ipse, nec aliqui sui heredes nati vel adhuc nasciturі vnquam debeant supradictos abbatem et fratres Dargunenses super dicta causa molestare. Jn cuius rei testimonium presentem litteram exinde confectam sigillis nostris dignum duximus muniendum. Huius rei testes sunt: dominus Johannes abbas tunc in Dargun, Hinricus de Robele, Johannes de Corueiia, Hinricus de Hamborch, sacerdotes et monachi ibidem, Johannes de Reppin, Johannes de Cracouia, monachi in Buchouia; layci: Woyzlaus filius Mathie subcamerarii, Johannes et Hinricus filii Johannis Bluuere, Volzeko villicus in Bobelin et ceteri villani dicte ville. Actum in Bobelin, anno domini M° CC° XC° VI°, feria secunda proxima post epiphaniam domini. Datum in castro Slawena coram castrensibus et aliis quam plurimis fide dignis.

Nach dem Original im Prov.-Archiv zu Stettin. Die beiden Siegel, welche an Pergamentstreifen hingen, sind abgefallen. — Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I, S. 202.

1296. Jan. 13. Crivitz. 2380.

Nicolaus, Fürst von Werle, schliesst mit dem Grafen Nicolaus von Schwerin ein Bündniss gegen den Ritter Ribe und dessen Oheim Ribe von Schlagsdorf.

Nos dei gracia Nicholaus dominus de Werle vniuersis presentem paginam visuris recognoscimus, quod nos propter plurima rerum intollerabilia, que nobis et nostris a domino Rybone milite et suo awnculo Rybone de Slaweckestorp necnon et eorum complicibus cum dampnis cottidianis inferuntur, conpromisimus fidetenus cum nobili viro domino Nycholao comite Cwerinensi, awnculo nostro karissimo, contra ipsos in hunc modum, vt vnusquisque nostrum alteri adhereat obuiando predictis nostris aduersariis, lucro et dampno, sumptibus propriis et expensis. Jtem, si quis dominorum vel militum ipsis in iuuamen venerit, eundem pro nostro inimico debebimus reputare. Ceterum, si nos manu communi et armata ciuitatem seu municionem expugnare aliquam contingerit, res et captiui ibidem obtenti diuidi debent secundum numerum vasallorum; sed ciuitas seu municio acquisita vel expugnata apud dominum manebit, in cuius dominio eo inuito est constructa et possessa. Jtem exactionem dictam thingede secundum virorum armatorum numerum equaliter ininuicem diuidemus; sed cuius terra aduersariis magis est vicina, illi domino a terra sibi proxima hostium pro dampno sibi illato amplior ordinabitur reconpensa. Jtem, si aliquis nostrorum per se vel per suos captiuos aliquos captiuauerit, alii nichil iuris sibi attrahent in eisdem. Ceterum omnes amicos nostros cupientes huic confederacioni interesse sub tenore recipimus prenotato. Promissores vero nostre confederacionis sunt vna nobiscum milites nostri subscripti fide digni: Bernardus de Belyn, Hartwikus de Oldenburg, Ludolfus de Oldenburg, Nycholaus de Malin, Johannes de Golstede, Conradus Buno. Vt autem nostrum factum firmum permaneat, presentem cartulam sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum anno domini M° C° C° XC° VI°, Kriwicz, octaua epiphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegel fehlt an dem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen.

1296. Jan. 13. 2381.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, verkauft den Lübischen Bürgern Johann Keiser und Jacob Goldoge eine jährliche Kornlieferung aus den Dörfern Uppenfelde und Führdorf (auf Pöl), mit Vorbehalt des Rückkaufs nach 3 Jahren.

In dei nomine. Amen. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in

domino. Recognoscimus et tenore presencium protestamur, nos accedente consilio et consensu fidelium et vasallorum nostrorum Johanni Keiser et Jacobo Goldogen, burgensibus Lubicensibus, et eorum veris heredibus in villis Vppenvelde et Vere nominatis redditus quatuor lastarum siliginis et quatuor lastarum ordei et quinque lastarum auene, quolibet anno eis in festo sancti Martini soluendorum (!), pro quingentis et nonaginta marcis denariorum Lubicensium rite et racionabiliter vendidisse, de quibus bonis nobis aut aliis non seruient, nec inde nobis munera seu prestaciones aliquas exhibebunt, sed eis libere perfruentur cum iudicio, sicut in bonis suis ceteri vasalli nostri iudicio perfruuntur. Et si propter karistiam aut aliam causam quamcunque facta fuerit prohibicio, ne de terris nostris educatur annona, ipsi tamen libere dictam annonam educent, quorsum ipsorum fuerit voluntatis. Et si, quod absit, gverre siue dissensiones inter nos et ciuitatem Lubicensem aut alios quoscunque fuerint exorte, tamen hiis non obstantibus ipsi bonis eisdem, vt continet presens pagina, sine quolibet impedimento fruentur; tamen nobis et heredibus et successoribus nostris reseruata plenaria potestate, quod eadem bona a proximo festo purificacionis domine nostre vltra tres annos trium annorum redditibus eis plenarie persolutis pro tanta pecunia prenotata, sicut eam vendidimus, reemere valeamus, et tunc ipsius reempcionis pecuniam ipsis intra ciuitatem Lubeke persoluemus; quam reempcionem si non fecerimus isto modo, tunc ipsa bona semper eorum iustum phevdum, ita quod de eis nobis non seruient, permanebunt. Super hiis omnibus firmiter obseruandis in solidum et fide media promiserunt milites et fideles nostri Johannes de Zernin, Heino de Stralendorpe, Marquardus de Lo, Reinbernus de Barnekowe, Johannes Storm, Ecghehardus de Quitsowe, Bernardus de Plesse, Ludolfus et Ecghehardus dicti Negendhanke et Nicolaus de Gutowe, vt, si defectum aliquem passi fuerint in premissis, omnes coniunctim Lubeke ad iacendum intrare teneantur, non exituri, nisi singula sint eis integraliter obseruata. Loco decedentis, si, quod absit, eorundem promissorum medio tempore quisquam obierit, eque dignum virum, statim vt ammoniti fuerimus, statuemus. Testes sunt dicti fideles nostri. Quare nos in testimonium premissorum et ne premissa a quoquam infringi valeant vel mutari, presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum anno domini M° CC° nonagesimo sexto, in octaua epiphanie.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das in Bd. II, zu Nr. 872, abgebildete Siegel. — Gedruckt in Rudloffs Urk.-Lief. Nr. LV. — Vgl. die Urkunde vom 13. Jan. 1299.

1296. Febr. 12. 2382.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum von 5 Hufen bei der Stadt Goldberg, welche dem Ritter Johann Fineke (Wunke) und zum Burglehn in Richenhagen gehört haben, und 5 Schnesen Aale und 8 Schillinge Pacht aus dem Aalfange zu Plau für 50 Mk. Pf.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, ad quos presens pagina deuenerit, quod nos matura deliberacione prehabita, de consilio consulum ac vasallorum nostrorum, firma voluntate venerabili in Christo domino Arnoldo abbati ac monasterio Noui Campi proprietatem quinque mansorum circa opidum Goldberghe situatorum, qui domini Johannis militis dicti Wunken, quondam ibidem aduocati, fuerant et ad ius feodale castelli aliquando in Rychenhagen, quod vulgo borchlen dicitur, pertinebant, cum paschuis, pratis, paludibus, rubetis et lignis pertinentibus ad eosdem, insuper quinque vncias anguillarum, que vulgariter snesen dicuntur, et octo solidos denariorum monete currentis in captura anguillarum Plawis pro quinquaginta marcis denariorum foro irrefragabili vendidimus, cum iudicio vsque ad solidos sexaginta, volentes omnino, vt iidem quinque prefati mansi nec per nos, nec per heredes nostros aut aliquem officialium nostrorum de cetero funiculo distribucionis debeant mensurari. Vt autem hec firma eternaliter permaneant, sigillum nostrum huic cedule duximus apponendum. Testes huius rei sunt: domini Ludolfus et Hartmannus fratres dicti Oldenborch, Heinricus de Ost marscalcus principis Ruyanorum, Johannes de Goldstede, Joachim tunc aduocatus in Plawis, Heinricus tunc aduocatus in Warne dictus Scade, Ernestus Buddo, milites, et dominus Johannes de Rethze, sacerdos et capellanus curie nostre. Datum anno domini M° CC° LXXXXVI°, dominica qua Jnuocauit decantatur.

Nach dem Original im Prov.-Archiv zu Stettin. Das Siegel fehlt. — Vgl. Nr. 2305.

1296. Febr. 16. (Stralsund.) 2383.

Gottfried, Bischof von Schwerin, bestätigt die von Leo Falke in der Nicolaikirche zu Stralsund gestiftete Vicarei.

Godfridus dei gracia Swerinensis ecclesie episcopus — —. Leo dictus Valcke, ciuis Sundensis, — vicariam instaurauit in ecclesia sancti Nicolai, in honorem sancti Jacobi, in ciuitate predicta — —, nostro super his et Ottonis plebani et consulum predicte ciuitatis consensu et assensu in omnibus requisito, qui per ratihabicionem nostram et Ottonis plebani predicti in persistentia vicarie

illius est vtiliter consu[m]matus. Ceterum de iure patronatus seu collatione vicarie prehabite nobis, sicut premissum est, fauentibus sic statuit, — — —. Nos autem predictam ordinationem tam rationabiliter factam pio animo fauorabiliter attendentes, ipsam auctoritate ordinaria confirmamus —. — Presentes litere sigilli nostri munimine roborantur. Testes autem huius sunt: dominus Hinricus Sluue [1], dominus Hinricus de Sulta, dominus Hinricus de Brema, dominus Hinricus de Borantenhagen, dominus Hayco, dominus Tidericus, dominus Humboldus et dominus Lambertus et alii quam plures viri fide digni. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in die beate Juliane virginis.

Nach einer vidimirten Copie zu Stralsund vollständig gedruckt bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 97. — Daselbst S. 96 ist (aus gleicher Quelle) auch die Genehmigung des Pfarrers Otto Sloor zu Stralsund abgedruckt. Sie ist von gleichem Datum und hat dieselben Zeugen wie die obige Urkunde ([1] Schone st. Sluue) und dazu noch 5 Rathmänner von Stralsund, hat auch das Stadtsiegel getragen. Beide Urkunden sind also ohne Zweifel zu Stralsund ausgestellt.

1296. Febr. 25. (Wittenburg.) 2384.

Burchard von Jesow, Johann von Lützow, Friedrich von Schossin und Hermann von Blücher, Ritter, und die Rathmänner der Stadt Wittenburg bezeugen, dass der Priester Johann von Holthusen dem Kloster Zarrentin die Einkünfte von 2 Hufen in Camin auf 8 Jahre überlassen hat.

Nos Burghardus de Gesowe, Johannes de Lvzowe, Fredericus de Scarzin et Hermannus de Bluchere, milites, necnon Johannes dictus Vorman, Lvdbertus Broyl, Hinricus Slone, Bernardus Wolderi, Bernardus Pistor, consules ciuitatis Wittenburg, recognoscimus et presentibus protestamur, quod dominus Johannes dictus de Holthusen sacerdos in nostra constitutus presencia, pio dei motus zelo, speciali inclinatus deuotione ad sanctarum congregationem Christi ancillarum in Cernentyn, ad habendam sui ac suorum iugiter memoriam eisdem ancillis duorum mansorum redditus in villa Camin sitorum, sicut idem Johannes a domino Hartwico milite de Ritzerowe tenuit et tenet, in calciamenti subsidium per VIII annos tantum et non ultra percipiendos commisit, adiciens, si infra prescriptos annos dominus eum vite de medio sustulerit et fratres sui tam pium factum, quod absit, impedire voluerint, huius tamen ordinationis propositum perseueranti animo de relictis suis mobilibus, prout deus ei dederit, satagit adimplere. Et quoniam iuste petitione (!) ac laudabili iure debent conseruationis aminicula subuenire, idcirco ad petitionem domini Johannis sacerdotis appensione sigilli ciuitatis Wittenburg, ut clarius factum luceat, presens cartula consignatur. Datum et actum anno gracie M° CC° XC° VI°, in die sancti Mathie apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben auf Kosten der Stadt abgebildete grosse Siegel der Stadt Wittenburg von ungeläutertem Wachs: ein Thor mit zwei stumpfen gezinnten Seitenthürmen und einem spitzen Thürmchen über dem Thore, auf jedem Seitenthurme mit einem Lindwurme aus den Siegeln der Grafen von Schwerin. Von der Umschrift ist zu lesen:

✠ S' . BVRGENSIV̄ . D . . . . . NBOR̄Ch

Dies ist dasselbe Siegel, welches bei Milde, Siegel des Mittelalters, H. IV, T. 19, Nr. 50, abgebildet steht; vgl. den Text, S. 37. — Nach dieser Zeit erscheint ein neues Wittenburgisches Stadtsiegel, welches diesem älteren fast ganz gleich, nur ein wenig kleiner und in allen Formen des Siegelbildes zierlicher und schlanker ist. Das Lübeker Archiv besitzt ein Exemplar des zweiten Siegels aus dem Jahre 1395.

(1296.) Rostock. 2385.

Tiedemann von Ibendorf wird zu Rostock verfestet.

Tideman von Ybendorp, do he de vrowen her Johannes von Lubek scloich mittem stocuische, do sprac he, dat he den vish hade ghenomen bi den water, dar men den visch up schepede. Dar worde vmme ghebodet de bedderben lude, de in den straten bezeten waren; de tugetden dat vor dem gansen rade, dat dar nargen ne neyn vis veyle ne ware, noch vp ne scepede. Dar na swor he dar vore mene.

Dat andere dat is dat, dar he spraich de vrowe moyt eme gande in der Cusueldestraten, dar he up ghinc; dat hebet bedderbe lude aver ghetughet, dat he mit er ghinc sprekende von der Monecstrate to der Cusueldestraten. Dar heuet he aver mene vor ghesworen. Dit is witlich den menen rade, dar vmme hebbet se ene ghescreuen laten.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 151ᵇ. — Die Lage des Stadtbuches, zu welcher dieses Blatt gehört, beginnt mit fol. 149 und enthält auf den ersten 5 Seiten vornehmlich Kämmereisachen aus den Jahren 1295 und 1296. Dann folgt die obige Verfestung des Tiedemann von Ibendorf, welche mit zwei unbedeutenden Einzeichnungen die Seite 151ᵇ füllt. Auf Seite 152ᵃ stehen die Verfestungen des Bernhard Schwarz (ohne Datum) und der Mörder des Burchard Braunschweig (vom J. 1296, s. Nr. 2386 und Nr. 2387), und darunter der Beschluss des Rostocker Rathes über den Bernhard Molzan vom Petritage 1298. Dieser ist aber (von anderer Hand) sehr eng und bis an den Rand geschrieben, wie wenn er hier in eine Lücke eingetragen ist. Die Verfestung des Heinrich von Ibendorf und des Hermann von Kurland (1296 — 1298), welche zum Theil wenigstens mit der obigen Nr. 2385 in Zusammenhang steht, nimmt gerade die ganze Seite 153ᵇ ein; daher mochte man jene Lücke lassen. Genau lässt sich aber die Zeit der Nr. 2385 nicht bestimmen. Die Verfestung des Schildmachers Borchard, welche fol. 153ᵃ

füllt, ist nämlich undatirt, und auf Seite 153[b] stehen Kämmereisachen (durch eine Querlinie in 2 Theile getheilt), deren letzte ins Jahr 1300 gehört. — Tiedemann von Ibendorf kommt noch 1294 (nach Nov. 1) im Stadtb. D, fol. 135[b], vor („Arnoldus de Hanekesbeke — — vendidit Thydemanno et Ludikoni fratribus de Ybendorp hereditatem — —").

(1296.) Rostock. 2386.

Vergehen des Bernhard Schwarz.

Dhit is witlich deme gantzen rade, dat Bernardus, filius Bernardi Nigri, wan van Selen, deme Jv̊den, LX mark mit eyme valschen tů̊ghe; dhe tůch heit Johan van Hyldesim vppe deme lorebroke. Dene thuch dhene thugede her Herman van Kurlande unsinnich.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 152. — Der Jude Selen kommt schon im Stadtb. B, fol. 61[b] und 62[a] (um 1270) zu Rostock vor: „Johannes de Vemeren posuit Selen Judeo dimidiam aream in fine platee Wokrenten pro XIX solidis." — „Albertus posuit Nicolao Rapesiluer hereditatem suam pro XVII marcis. Illas XVII marcas, quas Albertus debuit soluere Nicolao Rapesiluer, illas dabit Selen Judeo, in pasca VI marcas, Johannis baptiste VI marcas, Mychaelis V marcas. Post (!) defectum promiserunt Olricus Hencen et Nicolaus." — Die obige Einzeichnung scheint bei der Verfestung gemacht zu sein.

1296. Nach Febr. 26. Rostock. 2387.

Die Mörder des Burchard von Braunschweig werden zu Rostock verfestet.

Anno domini M° CC° LXXXXVI. Nicolaus Hane, Mathias Ketelhod, Heynricus Rozstoc, Johannes Scriptor, Sasse, Henneke de Lipe, Bertoldus de Bodenstede, Croiere, Arnoldus Croie, Nicolaus semifrater Mathie Ketelhodes, Nicolaus Gorowe, Albert Corsne, Hinricus Croie, Albert priuingnus Olesmannes de Lubes per iustas sentencias in ciuitate Rozstoc sunt proscripti pro occisione Borgardi Brunswich, quem in nocturno tempore in ciuitate prescripta, nullis suis exigentibus meritis, crudeliter occiderunt, nocte dominica in XL[a], in qua ca[n]tatur Oculi.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 152.

1296. März 17. 2388.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum der Dörfer Augzin, Below und Zidderich, der Mühlen in Kuppentin, Ahrenshagen, Serrahn und Bök, der 6 Hufen bei der Stadt Goldberg, welche früher als Burglehn zur Burg Richenhagen gehört haben, des Goldberger Sees mit seinen Werdern und 14 Mark Hebungen aus demselben und des Serrahn-Sees.

Nicolaus de[i] gratia [dominus][1] de Werle omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris salutem in Marie virginis filio glorioso. Quia progeni-

torum nostrorum studia imitari et precipue in religiosorum profectibus cupi[mu]s[2], notum facimus presentibus et futuris, quod nos, matura deliberatione prehabita, de consensu et voluntate vasallorum nostrorum dilectis nobis in Cristo fratribus ecclesie Noui Campi, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis diocesis, pro remedio anime nostre necnon eterne felicitatis [premio][3] conquirendo, pro mille et quadringentis marcis viginti marcis minus denariorum monete currentis vendi[di]mus[4] proprietatem villarum videlicet Eutcyn, Belowe, Cedarghe, necnon proprietatem quatuor molendinorum videlicet in Cobbendin, in Arnoldeshaghen, molendini, quod Ceran dicitur, et molendini ad Fagum, quod vulgo to der Boken nominatur, preterea proprietatem sex mansorum iuxta opidum Gholtberch situatorum, qui quondam ad castrum Rikenhaghen pertinebant iur[e][5] tali, quod vulgo borchlen nuncupatur, cum omnibus pertinentiis villarum et mansorum attinentiis integraliter, agris scilicet cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, piscaturis, siluis et rubetis. Postremo etiam proprietatem stagni apud Gholtberch et insularum omnium, que in ipso stagno continentur, necnon et quatuordecim marcarum redditus, quos etiam in eodem stagno habuimus, stagni quoque proprietatem, quod Ceran vocatur, cum iudicio sexaginta solidorum et infra, cum tertia parte iudicii mutilationis et mortis in omnium dictorum bonorum locis et terminis vbicumque situatis, sine dimin[u]tione[6] qualibet, prefatis fratribus vendidimus, vt dictum est, pro mille et quadringentis marcis viginti marcis minus denariorum monete currentis libere perpetue possidendam, nec nostro, nec successorum nostrorum nomine predicta bona omnia de cetero aliquatenus mensurentur; dantes etiam fratribus sepedictis liberam facultatem eadem bona vendendi, permutandi et de omnibus bonis prenominatis ordinare, prout ipsorum placuerit optioni. In cuius rei firmitatem perpetuam presentem cedulam sigillo nostro duximus muniendam. Testes sunt domini et milites: Bruno, castellanus noster in Nouo Castro, Nicolaus de Malin, castellanus noster in Parchym, Ludolfus et H[a]r[t]mannus[7] fratres de Oldenborch, Heynricus de Ost, Johannes de Gholtstede, aduocatus in Pentzelyn, Heynricus [Sc]ade[8], aduocatus in Warne, Joachim aduocatus in Plawis, Godefridus de Oldenborch, Boldewinus de Lobeke, Ywanus de Below, Hermannus de Rumpeshaghen, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, proximo sabbatho ante dominicam in ramis palmarum.

Nach einem feierlichen Transsumt vom 11. Sept. 1423 im Prov.-Archiv zu Stettin, mitgetheilt vom weil. Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Diese Abschrift gibt: [1] de gratia diuina — [2] cupientes — [3] pro nunc (st. premio) — [4] vendimus — [5] iura — [6] diminatione — [7] Hermannus — [8] Rhade. — Vgl. Nr. 2389. — An dem Originale hing nach der Beschreibung des Transsumpts das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel des Fürsten Nicolaus von Werle an rothen seidenen Fäden: „In cuius sigilli medio disposicio capitis vacce cornute, sub ore stelle, supra aurem dextram, similiter supra aurem sinistram medietatis lilii, circa cornu dextrum solis, et circa cornu sinistrum medietatis lune, ac inter cornua lilii integri disposiciones videbantur; litere circumferenciales huiusmodi extiterunt tenoris: ✠ Sigillum • domini • Nicolai • de • Werle."

1296. März 17. 2389.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum der Dörfer Augzin, Below, Zidderich, Woosten, Wendisch-Waren und Kl.-Poserin und der Aecker bei der Stadt Goldberg, welche früher als Burglehn zur Burg Richenhagen gehört haben, mit der Freiheit von allen Zehnten.

Nicolaus dei gratia dominus de Werle omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos proprietatem villarum videlicet Eutcin, Belowe, Cedarghe, Wusten, Wendeschen Warne et ville, que Paruum Putzerin dicitur, et agrorum iuxta oppidum Gholtberge situatorum, qui quondam ad castrum Rikenhagen pertinebant iure tali, quod vulgo borchlen nuncupatur, ecclesie Noui Campi, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis diocesis, cum tanta libertate vendidimus cum omnibus suis attinenciis posssidendum perpetue, ita quod nullus hominum a predictis bonis valeat vel debeat in futurum decimas extorquere, ymmo nec dyocesanus episcopus etiam decimas debeat vel possit ab eisdem bonis exigere, cum noscatur idem episcopus Zwerinensis [nomine][1] sue ecclesie a nostris progenitoribus pro addecimatione eorundem bonorum restaurum sufficiens recepisse. Verumtamen si, quod absit, decimas ipse episcopus vel nostri heredes vel quispiam alius a memoratis bonis conaretur exigere, nos et nostros heredes profitemur debere predictam [ecclesiam][2] Noui Campi ab ipsorum ac aliorum omnium impeticione et instantia decimarum predictarum eripere et facere liberam et securam. Jn cuius rei firmitatem presentem cedulam nostro sigillo duximus muniendam. Testes sunt: domini et milites Ludolphus et Hartmannus fratres de Oldenborch, Johannes Gholtstede, aduocatus in Pentzelyn, Heynricus de Ost, Heynricus [Sc]ade, aduocatus in Warne, Joachym aduocatus in Plawis, Boldwinus de Lobeke, Ywanus de Below, Hermannus Rumpeshaghen, et alii quam plures fide digni. Datum anno gratie M.CC.LXXXX [sexto][3], proximo sabbato ante dominic[a]m palmarum.

Aus dem zu Nr. 2388 erwähnten Transsumpt vom 11. Sept. 1423 im Prov.-Archiv zu Stettin, mitgetheilt von dem weil. Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. In dieser Abschrift fehlt: [1] nomine — [2] ecclesiam — [3] sexto. Die Urkunde ist ohne Zweifel im J. 1296 ausgestellt, und nicht, wie die Abschrift hat, im J. 1290, da die andere Urkunde ähnlichen Inhalts (Nr. 2388) von demselben Datum ist und Fabricius sonst schriftlich und in den Rüg. Regesten II, Nr. 423, das Datum selbst auf 1296 angibt.

1296. April 1. 2390.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Lübischen Bürger Gerhard Friese das Eigenthum des Dorfes Stove im Kirchspiel Dreveskirchen, und behält dem Ritter Reimbern von Barnekow das Recht des Kaufes für einen bestimmten Preis auf 5 Jahre vor.

In nomine domini. Amen. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium salutari. Ne gestarum rerum temporis obliuioni senium incurrat, necessarium est, ut ea scriptis perhennentur, que tam a nobis, quam a posteris nolumus aliquatinus ignorari. Nouerint ergo vniuersi, quod nos, accedente consensu et consilio vasallorum nostrorum, dilectis nobis Gerhardo Frisoni, burgensi Lubicensi, et suis heredibus villam Stoue, in parrochia Odeskerken sitam, cum omnibus suis terminis et attinenciis ac fructu inde prouenientibus resignamus et damus cum omni proprietate, libertate, hereditate ac commoditate, in omni iure, sicut ceteri canonici uel claustrales eorum ecclesiastica bona in terra nostra generaliter perfruentur, ita quod ad nulla nobis seruicia sint astricta. Si autem inter nos et ipsos, cum quibus mansionem habuerint, dissensio exoriri contingerit uel quacunque culpa egerint, eo non obstante prefata bona prorsus nullum obstaculum pacientur. Sed inter cetera sciendum est, quod concessione nostra preuia Reymbernus de Barnecowe, miles, et sui heredes ista bona emere possunt pro mille et quadraginta marcis slauicalis monete infra quinque annos proxime nunc instantes; si autem empcionem in hiis quinque annis neglexerint, de cetero ad empcionem ipsi non admittentur; tunc ipse Gerhardus et sui ueri heredes retencione, donacione, vendicione seu translacione, quoscunque uoluerint, semper in proprietate ecclesiastica bona libere possidebunt. Vt autem hec rata, firma et inconuulsa permaneant et a nemine valeant irritari, presentem paginam scribi, sigillo nostro fecimus inuiolabiliter communiri. Testes huius rei sunt: Jo[hannes] de Cernin, Heyno de Stralendorpe, Marquardus de Lo, Bernardus de Plesse, Benedictus de Rodenbeke, milites, et alii quam plures. Datum et actum Wismarie, anno domini M° CC° XC° VI°, Quasi modo geniti.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rothen Seidenfäden hängt das Siegel des Fürsten Heinrich von Meklenburg. — Der Abdruck bei Leverkus, Urk. des Bisth. Lübeck I, S. 376, nach dem Reg. Ep. II, 26, stimmt mit dem Original überein. Mit Recht macht Leverkus darauf aufmerksam, dass diese Urk. ebenso wie die über Güstow, Bd. II, Nr. 1210, sehr mangelhaft abgefasst ist. Der Schrift nach könnte das Original echt sein, obgleich sie etwas jünger zu sein scheint; aber das mit Firniss überzogene Siegel ist sehr flach und verbogen, und die Siegelschnur brüchig und anscheinend verbrannt, so dass die Urkunde schwerem Verdachte der Unechtheit unterliegt. Vgl. die Anm. zu Nr. 1210.

1296. April 5. 2391.

Burchard, Bischof von Lübek, ordnet das Vermächtniss des Dompropstes Nicolaus, Fürsten von Meklenburg, an das Dom-Capitel zu Lübek.

Borchardus dei gratia episcopus ecclesie Lubicensis omnibus in perpetuum. Cum sit equissimum, pia decedentium vota, quibus aliud uelle non superest, diligenti fidelitate fidelique diligentia adimplere, nos, ad quem tum ex auctoritate generali nostri officii, tum ex commissione speciali a nobili viro domino Nicolao Magnopolensi, quondam Zwerinensis ac Lvbicensis ecclesiarum preposito [1], nobis facta pertinet, eiusdem domni Nicolai testamentum taliter duximus ordinandum, consensu ac cooperatione totius nostri capituli accedente. Cum curia dicti prepositi cum communi estimatione ducentarum marcarum pretio uendi potuisset, ordinauimus ad felicem prenominati prepositi memoriam, ut dicta curia domno Volrado, qui dicto domno Nicolao in prepositura successit, pro centum marcis denariorum Lubicensium venderetur, quarum medietatem in structuram ipsius curie impendit et reliquam exhibuit executoribus testamenti. Similiter et quiuis futurus successiuis temporibus prepositus, antequam dictam curiam ad inhabitandum ingrediatur, centum marcas denariorum decano et capitulo exhibebit in annuos redditus conuertendos, qui redditus, prout singulariter de singulis centum marcis fuerint comparati, in anniuersario cuiuslibet prepositi mortui inter canonicos in vigiliis et missa animarum tunc presentes equaliter diuidentur. Ceterum de redditibus unius chori salis in salina Luneburg, quem sepedictus prepositus Nicolaus pro ducentis marcis denariorum comparauit sua industria conquisitis, eiusdem memoria taliter peragetur, videlicet si uel quando de pretacto choro salis duodecim marce denariorum Lubicensium prouenerint, in festo apostolorum Philippi et Jacobi cedent tres marce cum dimidia pro seruitio refectoriali, et cantabitur: „Alleluia. Non uos me elegistis“, cum sequentia: „Celi enarrant“, et marca denariorum inter presentes tunc canonicos equaliter diuidetur. Jn anniuersario vero dicti prepositi quatuor marce denariorum inter canonicos, exceptis quatuor solidis, quorum tres pro candelis et victualibus offerendis expendentur, vnus campanario proueniet, vna autem marca inter vicarios in vigiliis et missa animarum presentes equaliter diuidentur, due uero marce cum dimidia residue de duodecim pro eiusdem diei refectoriali seruitio impendantur. Quodsi de dicto choro minus quam duodecim marce prouenerint, de singulis pretactis partibus pro rata diminutionis prouentuum minuetur. Si uero plus prouenerit, dictis partibus pro rata augmenti prouentuum apponetur, eo tamen moderamine, quod deputatum ad seruitium refectoriale in die apostolorum Philippi et Jacobi quinque marcarum, ad seruitium uero refectoriale in die anniuersarii trium marcarum, ad consolationem vicariorum iam dicte diei duarum marcarum summam aliquatenus non excedat; et si quid excreuerit, inter

canonicos in die apostolorum Philippi et Jacobi et in die anniuersarii, ut predictum est, equaliter diuidetur. Ut igitur hec nostra ordinatio inconcussam optineat firmitatem, inhibemus in uirtute sancte obedientie, ne quisquam in preiudicium defuncti ipsam presumat modo quolibet perturbare. In cuius rei euidentiam nostrum et nostri capituli sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in crastino beati Ambrosii episcopi et confessoris.

Nach Leverkus, Urk. des Bisth. Lübek I, S. 379, aus dem Registr. Cap. Lubic. I, 288. Leverkus theilt dazu zwei Stellen aus dem „Lib. memoriarum eccl. Lubic." mit:

1) Kal. Maii. Dominus Nicolaus dux (!) Magnopolensis, prepositus, dedit canonicis vnum chorum salis sic distribuendum, ita quod ante omnia debent recipi X marce, quarum IX debent reseruari et distribui ipso die beatorum Primi et Feliciani, prout ibi est expressum. Et nunc isto die debet distribui vna marca inter canonicos et livones ad sequentiam: „Celi enarrant" presentes. Et quicquid de dicto choro salis vltra predictas X marcas poterit prouenire, hodie inter canonicos capitulares presentes debet distribui. Et nota, quod salinarius exponit XV marcas. Thesauro nichil datur de illis XV marcis.

2) V. Idus Junii. Dominus Nicolaus dux (!) Magnopolensis, Lub. et Zwerin. ecclesiarum prepositus, dedit novem marcas de vno choro salis recipiendas, prout supra in die Philippi et Jacobi est expressum, nunc hic pro memoria sua distribuendas, videlicet canonicis III marcas, de quibus III solidi pro victualibus offerendis et campanario I solidus exponuntur. Et II marce vicariis, et reliquo III marce diuidentur inter canonicos capitulares presentes loco consolationis, dummodo chorus salis valeat XII marcas; si vero plus, distribuetur in dicto festo Philippi et Jacobi, prout ibi est expressum. Salinarius exponit.

Auch in dem Verzeichniss der Sülzgüter der Domkirche zu Lübek auf der Sülze zu Lüneburg (Bd. I, S. 450 f., ca. 1300) wird erwähnt: „pro memoria prepositi Nicolai de Mekelemburg unus chorus."

Der Propst Nicolaus starb am 8. oder am 9. Juni (Nr. 2025), und zwar nicht vor 1289 (Nr. 2015) und nicht nach 1290, da am 6. Mai 1291 schon Volrad Propst zu Schwerin war (Nr. 2116). Dies ist in der Note zu Nr. 2025 übersehen.

1296. April 13. Neuenkamp. 2392.

Wizlav, Fürst von Rügen, bestimmt die Dotation des vom Kloster Neuenkamp auf Hiddense anzulegenden Klosters zum h. Nicolaus.

— — Huius rei testes sunt: venerabilis dominus Godefridus Zwerinensis ecclesie episcopus, illustris dominus Buckguslaus dux Stetinensis, Reimfridus de Peniz, Johannes Morderus, Hermannus Metzecowe, Heinricus de Ost, quondam marscalcus noster, et Bertoldus de Ost frater suus, tunc noster marscalcus existens, Johannes de Wokenstede, Heinricus et Arnoldus fratres de Vicco, milites, necnon Johannes de Sale plebanus in Stekeborch, noster tabellio et capellanus, et alii quam plurimi milites et clerici fide digni. Datum in Nouo Campo, anno domini M°CC° nonagesimo sexto, proxima feria sexta post dominicam, qua cantatur „Misericordia domini".

Nach Fabricius, Rüg. U.-B. II (III), S. 99 (Nr. CCLIV), aus dem Orig. im Prov.-Archiv zu Stettin.

1296. April 14. Neuenkamp. 2393.

Wizlav, Fürst von Rügen, und seine Söhne Wizlav und Zambor schenken dem Cistercienser-Kloster zu Bergen auf Rügen in sämmtlichen Klostergütern die ihnen zuständige Gerichtsbarkeit an Hals und Hand.

— — Testes, qui aderant, hii sunt: dominus noster Ghotfridus episcopus Zwerinensis, Arnoldus abbas Novi Campi, prepositus Nycolaus de Montibus, domini clerici; dominus Reynfridus de Penicz, Johannes Morder, Hinricus et Bertoldus de Ost fratres, marscalci nostri; Hermannus Mez[e]kowe, Nycolaus de Kaland, Lodewicus Kabold, Matheus Molteke, Conradus Dotenbergh, Johannes Wokenstede, domini milites, et quam plurimi alii nychilominus fide digni. Datum in Nouo Campo etc., anno dominice incarnacionis M° CC° XC° sexto, in die Tyburcii et Valeriani martirum beatorum.

Nach Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 100 (Nr. CCLV), aus der Berger Matrikel. — Gedruckt bei Thorkelin, Diplomatar. Arna-Magn. I, p. 304, mit der falschen Jahreszahl 1246.

(1296. Mai 5.) Treiden. 2394.

Johann, Erzbischof von Riga, schenkt dem Dome zu Schwerin ein Stück von der in Riga aufbewahrten Reliquie vom heil. Kreuze, und gewährt denen, welche es besuchen, 40tägigen Ablass.

Johannes, Ertzbischoff zu Riga, hat vff Dietrich von Funffhausen, Canonici zu Zwerin, bitte von dem heiligen holtze, so in der Rigeschen Kirche ist, ein stuck der Kirchen zu Zwerin bey demselben vberschicket; die ess besuchen, werden vff 40 tage Ablass vertrostet. Datum in Thoreyda, 1396., sabbato post ascensionem domini.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 263*. — Wahrscheinlich hat Clandrian die Jahreszahl verlesen oder verschrieben. Von Beziehungen des Erzbischofes Johann V. (v. Wallenrod) in Riga (1393—1418) zum Dom-Capitel in Schwerin wissen wir sonst nichts; 1296 aber war der Graf Johann von Schwerin Erzbischof zu Riga, und von diesem wird die Schenkung der Reliquie gemacht sein. Der Schweriner Domherr Dietrich von Vifhusen kommt um 1296 öfter vor; z. B. 1294, Dec. 7, bei Leverkus I, S. 370: „domnus Thidericus de Quinque Domibus, canonicus Zwerinensis"; 1299, Aug. 15 und Sept. 29; 1301, Jan. 12. Dagegen ist ein solcher aus dem Ende des 14. Jahrhunderts bisher nicht bekannt. — Hederich berichtet in seinem Index aus dem Registr. eccl. Suerin.:

„Joannes archiepiscopus Rigensis mittit ecclesiæ Suerinensi de ligno sanctæ crucis ad conce-
„dendas indulgentias 177 b, 128 b."

Von fol. 128 b citirt Hederich sonst die Urkunde des Erzbischofs Johann (Grafen von Schwerin) d. d. 1299, Nov. 25, über die Schenkung des Hofes auf der Schelfe an den Dom zu Schwerin (s. u.). — Gedruckt in Jahrb. XIV, S. 263.

1296. Mai 13. Wittenburg. 2395.

Nicolaus, Graf von Schwerin, verkauft dem Kloster Zarrentin die Mühle zu Wittenburg.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Nycolaus dei gracia comes Zwerinensis in perpetuum. Certiora fiunt ea et minori possunt calumpnia perturbari, que vigorem trahunt a testimonio litterarum, quia res gesta ideo litteris inscribitur, ne per obliuionis rubiginem deformetur. Eapropter ad noticiam uniuersorum, tam presentium, quam futurorum, volumus peruenire, nos de maturo fidelium nostrorum consilio et heredum nostrorum consensu pro trecentis et quinquaginta marcis denariorum monete Lubicensis rite et rationabiliter vendidisse dilectis nobis et in Christo deuotis . . preposito, . . abbatisse et conuentui sanctimonialium in Zernetin, Cysterciensis ordinis, Raceburgensis dyocesis, molendinum nostrum in Wittenburg cum omni iure et proprietate, cum fundo, ripis et alueo, cum aquarum accursibus et decursibus et omnibus aliis ad perfectionem utilitatis et operationis ipsius molendini pertinentibus et plane cum omni commoditate et fructu, sicut ipsum dinoscimur possedisse; resignantes illud pro nostra, liberorum ac omnium progenitorum nostrorum remediis animarum, voluntate libera et deuota dicto cenobio Zernetin et sanctimonialibus ibidem deo famulantibus presentis et futuri temporis perpetuo possidendum et eius pacifice perfruendum in ecclesiastica libertate. Nec per nos aut nostros vel successores nostros in fundo, ripis, alueo vel aqua seu aliis ad hoc molendinum necessariis, intra, supra vel infra idem molendinum positis, aliquid inedificari, innouari vel instaurari debebit, unde utilitas presentis aut futuri temporis ipsius molendini valeat impediri. Tollent enim ipse sanctimoniales in eodem monasterio Zernetyn pro tempore degentes aut earum prouisores, officiales aut nuntii de sepedicto molendino quolibet anno septem choros brasii ordeacei et septem choros brasii auenacii per vices temporum, sicut exegerit comoditas et utilitas ipsius cenobii sepedicti. Si vero molendinarius in ipso molendino residens, cum requisitus fuerit, dictum brasium expedite non exposuerit et adhuc infra quindenam, postquam nunciatum ei fuerit, erogare neglexerit, . . prepositus, . . abbatissa et conuentus predicti habent liberam et plenariam potestatem, nobis et nostris et successoribus nostris et quibuslibet aliis irrequisitis, per se vel per officialem aut nuncium suum ad hoc missum, quotiens opus est, per impignorationem aut ipsius mole, ne moueatur, obstructionem excipiendi et recuperandi brasium sepedictum. Testes sunt: magister Hildebrandus thesaurarius ecclesie Raceburgensis, Hermannus de Bluchere, Marquardus de Jesowe et Thidericus de Ritserowe, Raceburgensis ecclesie canonici, Hermannus de Bluchgere, canonicus Bremensis, Luderus de Melenteke, canonicus Zwerinensis,

Luderus plebanus in Wittenburg, Hermannus de Lesen capellanus noster, et Nycolaus notarius noster, clerici; item Wipertus senior, Borchardus de Jesowe et Heinricus frater eius, Johannes de Luzowe, Henricus de Marzowe, Hermannus de Sikkermarke, Fredericus Wiperti filius, Olricus de Bluchgere iunior, milites; item Thethardus de Balghe, Fredericus de Warschowe et frater eius, Luderus et Hasecop frater suus, famuli, et alii quam plures, tam clerici, quam laici fide digni. Ut autem omnia premissa stabilia perseuerent et a nemine mutari valeant vel infringi, presens scriptum sigillis nostro scilicet et fratruelis nostri comitis Gunzelini duximus muniendum. Datum Wittenburg, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in die beati Seruatii epischopi et confessoris.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren von rother und gelber Seide hangen zwei Siegel:

1) das zu Nr. 2013 abgebildete runde Siegel des Grafen Nicolaus von Schwerin;

2) das hieneben abgebildete runde Siegel des Grafen Gunzelin (V.) mit dem schreitenden Pferde und der Umschrift:

✠ S' . GVNCELINI : DEI : GRA : COMITIS : ZWERINENSIS

Das Schweriner Haupt-Archiv besitzt eine zweite Ausfertigung dieser Urkunde von derselben Hand. Dieselbe hat an rothseidener Schnur das erste der obigen Siegel mit theilweise abgebrochener Umschrift. Das zweite Siegel ist aus den vorhandenen Schnurlöchern abgerissen.

1296. Mai 13. Wismar. 2396.

Heinrich (II.), Fürst von Meklenburg, verkauft an Herbord Landesherr zwei Spanndienste von zwei Hufen zu Robertsdorf und von zwei Hufen zu Blowatz.

In nomine domini. Amen. Hinricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus in perpetuum. Nouercari rerum noticie solent processu temporis delabente, que non sunt litterarum testimonio perhennate. Sciant igitur vniuersi, tam posteri, quam presentes, quod nos vasallo nostro Herbordo Landesherren, ciui Wismariensi, suisque veris heredibus vendidimus seruicia duorum equorum, que nobis de duobus mansis Rodbertestorp et de duobus mansis Bluadze sitis ministrare debebat, dum nostro fuisset nomine requisitus, pro quinquaginta marcis denariorum nummismatis vsualis. Duos mansos idem noster vasallus poterit licite diuidere uel segregare ab aliis mansis, si sibi fuerit oportunum, ita quod pos-

sessor tunc illorum mansorum a nobis feodum teneb[it]ur procurare. Ne autem predictus suique veri heredes pro predictis duorum equorum seruiciis temporibus postfuturis pregrauetur, presens scriptum nostri munimine sigilli firmiter communitum sibi suisque heredibus dedimus perpetuis temporibus ad cautelam. Testes huius rei sunt: domini Johannes de Cernyn, Marquardus de Loo, Heyno de Stralendorp, Eghardus de Quitzowe, Reymbernus de Barnekowe, Johannes Storm et Otto de Lv, milites, Johannes de Krukowe et Johannes de Klvtze, consules nostre ciuitatis Wismarie, et Johannes Trepetowe, noster fidelissimus officialis, et alii quam plures fide digni et honesti vocati ad hoc specialiter et rogati. Datum Wismarie, per manus Hinrici de Kamyn, scolaris nostri, et actum anno domini M° CC° XC° sexto, in festo penthecostes.

Nach der Abschrift im Wism. Privilegienbuche mit dem Rubrum: „De emptione seruicii duorum equorum." — Gedruckt bei Rudloff, Urk.-Lieferung, S. 157.

1296. Mai 13. Wismar. 2397.

Heinrich (II.), Fürst von Meklenburg, verkauft den Brüdern Heinrich und Tamme zwei Spanndienste von je zwei Hufen zu Blowatz und Kl.-Strömkendorf.

In nomine domini. Amen. Henricus dei gracia dominus Magnopolensis omnibus in perpetuum. Forciora sunt omnia, que geruntur, et minori possunt calumpnia perturbari, si vigorem trahant a testimonio litterarum. Sciant igitur tam posteri, quam presentes, quod nos vasallis nostris Henrico et Tammen fratribus duorum equorum seruicia vendidimus racionabiliter et expedite vendidimus pro XLVIII marcis denariorum numismatis vsualis, que nobis de duobus Bluace mansis silis et de duobus mansis Parva Stromekendorp similiter positis ministrare debebant. Ne autem predicti ac ipsorum veri heredes pro premissis duorum equorum seruiciis de cetero pregrauentur, presens scriptum nostri sigilli munimine communitum ipsis dedimus ad cautelam. Testes huius rei sunt: domini Marquardus de Lo, Hecgardus de Quitzowe, Reymbernus de Barnecowe, Johannes Storm et Otto de Lu, milites nostri, et Johannes Trebetowe, noster fidelis officialis. Datum et actum Wismarie, anno domini M° CC° XC° sexto, in festo pentecostes, per manus Henrici de Camin dicti, scolaris nostri.

Nach dem Original im Raths-Archiv zu Wismar. Angehängt ist an einem aus der Urkunde geschnittenen Streifen das Siegel des Fürsten Heinrich, braun überzogen (s. Bd. II, Nr. 872). Auf der Rückseite steht eine Registratur aus dem Ende des 15. Jahrhunderts:

„Vendicio seruicii duorum equorum occasione 4^or^ mansorum in Bluatze et Parua Stromekendorpe situatorum. G[otfridus] P[ersenal]."

1296. Mai 13. 2398.

Dietrich, Lambert und Johann von Büren verkaufen den Einwohnern von Prebberede den Acker und den Ueberschlag daselbst zu einem Jahreszins.

Cum propter successorum futuri temporis[1] preteritorum obliuio frequenter subrepat, prudentis est consilii, vt acta, que stabilia cupimus permanere, scripture ac sigillorum aminiculo maneant incorrupta. Hinc est, quod nos ad presentium et futurorum noticiam deuenire cupimus, quod nos fratres de Buren, milites scilicet dominus Thidericus et dominus Lambertus et Johannes armiger, vna ex consensu nostrorum filiorum ac filiarum, ciuibus nostris fidelissimis in Preberede uendidimus totum agrum ad uille huius (!) pertinentem cum agro superfluo, qui nuncupatur teutonice ouerslach, pro LXX marcis, absque molendino et piscina necnon nemore adiacente, tali adiectione apposita, quod quilibet mansus ibidem pro pensione et censu nobis conferat singulis annis absque contradicto III tremodium siliginis et II modios siliginis et XX modios ordei, insuper et XXVI modios auene, IIII vero solidos de censu porcorum, quod wlgare suinscult dicitur, vnum top lini, et quelibet domus I pullum. Preterea adiectum est, quod, si quisquam horum dominorum seu heredum eorundem casualiter pernoctare contigerit, magister ciuium ipsum teneretur respicere in expensis ipsa hora, proinde idem burmester de censu proprio terre retinebit scilicet IIII modios siliginis et IIII modios ordei et IIII modios auene. Vnde, si quisnam nostrorum successorum, filiorum aut filiarum seu heredum, coinhabitare cum ciuibus uille Prebere iam prescripte vellet, nichil mansionis ibidem deberet optinere, nisi quod propriis denariis emere sibi posset. Vnde, ne hec uenditio rationabiliter a nobis constituta (!) quisquam nostrorum successorum uel heredum infri[n]gere ualeat, litteras nostras contulimus super hec nostri sigilli karactere communitas. Testes huius rei sunt: Johannes et Henricus fratres Cron, Conradus et Bertoldus fratres de Uitzecowe. Datum anno domini M°CC°XCVI., in die pentecoste, kal. Magi. (!)

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. Das Siegelband ist aus dem Pergament der Urkunde geschnitten; ein Siegel hängt nicht mehr daran. Im Datum steckt ein Fehler, denn Pfingsten fiel im J. 1296 auf den 13. Mai; auch die Abfassung ist incorrect ([1] hinter temporis fehlt ein Wort, etwa temeritatem); die Schriftzüge gehören aber dem Ende des 13. Jahrhunderts an.

1296. Mai 29. Vor Hitzacker. 2399.

Otto, Markgraf von Brandenburg, als oberster Richter im Lande Sachsen, (Otto), Herzog von Braunschweig und Lüneburg, Hermann, Markgraf von Brandenburg, Johann und Albrecht, Herzoge von Sachsen, Nicolaus, Graf von

Schwerin, und Heinrich, Graf von Holstein, verfesten den Ritter Ribe (Rieben) und schliessen einen Vertrag wegen der Zerstörung seines Schlosses Hitzacker.

We Otto van der gnade godes van Brandenborch vnde van Landesberghe marcgreue vnt eyn ghemene richtere ghesat in dheme lande zo Sassen van dheme herren Adolfe dem koninge zo Rome, vnde we van dher gnade godes hertzoghe van Bruneswich vnt zo Lunenborch, vnde we Herman van dher selben gnaden iungher marcgreue van Brandenborch, vnde we Johan vnde Albrecht van dher gnade [gode]s dhe iungheren hertzoghen zo Zassen, vnt Nicolaus van derselben gnade greue van Zwerin, vnde we Hinrich van dher gnade godes greue van Holtzete, alle, dhe dissen bref an seyn, heyl an ghode. We sint dhes zo rade worden durch dher not willen, dhe vns gheschen is van Hiddesakere van herren Riben weghene vnt siner helpere, dat we vor dhat benumede slot (slot) sint komen vnt hebben mit ordelen vnt mit rechte dhar na irvaren vnte hebben dhen vor benomeden Riben vnde sine helpere vorvestet vnde dhat slot. Jst, dat we dat slot winnen, so scolet wet breken, beyde hus vnt stat, vnde in dher herscop en scal neman eyn ander bůwen. We scolen ouch den tollen an vere dhelen; swat ouer in dheme tollen were rechtes lenes, dhat scal malken bliuen, dhe dat bewisen mach, also recht is, an dher lenwere; dat gut scolen dhe vere benomeden vorsten lyen. Dhe vrowen van Zassen, dher iunghen hertzoghen můder, dhe scal in dheme vor benomenden tollen twehundert march an lipghedingede behalden. Jst ouer also, dat dhe iunghen herren van Zassen mit beruen oren ridderen oder mit oren del breuen bewisen moghen, so scolen se dat ghelt behalden nach orer muder dode. Dat ander gut, dat an deme stade, dar Hidsakere vp licht, dat scolen dhe vor ghenant vorsten dhelen. Swe gut van dheme aldhen hertzoghen van Zassen hedde vp dheme stade, dar Hidsakere licht, dat scolen dhe ver vorste lyen, vnde scolen dhe man bi erem alden rechte bliuen laten; dhe in dher stat zo Hidsakere beseten sin vnde waren vnde ores rechtes vordhelet sin, hedden dhe gut van greuen Nicolaus oder van anderen herren, dat scal dhen herren zo horen, van dhen seit hadden. Swe heren Riben oder siner helpere vordede oder tho ghesinde nemen, dar scolen de vor ghenant herren alle thů viende werden vnde wesen. Neman scal sich ane dhen anderen enen oder sůnen, wenne malch scal dheme anderen helpen mit alle trůwen. Desse vor ghenant herren en scolen nicht van dheme sloten tho Hiddesakere scheden, se ne důnt mit erer aller willen vnt mit eneme rade. Swe sic desse vor ghenant rede mit gichte an neme, dar scole desse herren alle viende to werden vnde wese[n]. Dit hebbet desse herren alle vn trůwe ghelouet vnde iewelic herre vppen heyligen zworen. Dat desse vor ghenomeden reden gans vnt stede bliuen, so hebbet desse herren alle dessen bref heten scriuen vnde beinghesighelet. Desse bref de is gescreuen vor Hiddesakere, nach dher bort

vns herren godes dhusent iar twe hundert iar vnde in dheme sesten vnde neghentich iare, dhes dhinstemdaghes na sunte Vrbanes daghe.

Nach Sudendorf, Braunschw.-Lüneburg. Urk.-B. I, S. 89, aus dem Original im königl. Archiv zu Hannover. „Es haben nur vier Siegel angehangen; von diesen ist das erste, das des Markgrafen Otto, und das vierte, das des Herzogs Johann, erhalten.“ — Auch gedruckt in Riedel's Cod. dipl. Brand. III, Bd. 3, S. 8.

1296. Juni 21. 2400.

Nicolaus, Fürst von Werle, beurkundet den Vergleich des Klosters Michelstein mit dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow über die Stauung des Mühlwassers vor der Gleviner Mühle.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Recognoscimus presentibus et testamur, quod reuerendi uiri dominus Conradus abbas de Lapide sancti Mychaelis, Cysterciensis ordinis, pro parte sua, et dominus Heynricus prepositus Gustrowensis ecclesie, ex parte eiusdem ecclesie, constituti coram nobis et aliis uiris discretis infrascriptis ad amputandam materiam dissensionis, que fuit inter eosdem propter aquarum nimiam obst[a]uracionem siue exaltacionem contingentem de molendino in Gleuin, conuenerunt amicabiliter in hunc modum, quod profunditas aque a fundo linificii, quod wlgo gruntwerc dicitur, in exitu aque ante asserem, qui scuttebret nuncupatur, altitudinem unius ulne habebit, octaua tamen parte eiusdem ulne amputata, secundum quam aque mensuram in loco positam antedicto pali ad conseruandam equalitatem aque sunt in diuersis locis ipsius aluei situati, ita videlicet quod aqua huiusmodi palos non transcenda(n)t. Presentes erant huic ordinacioni: reuerendus dominus Arnoldus abbas Noui Campi, Ludolphus et Hartmannus fratres dicti de Oldenborch, Heynricus Scade, aduocatus in Warne, Boldwinus de Lobeke, Tesmarus aduocatus in Teterowe, Wlfghir aduocatus in Gustrowe, Heynricus Wlpes, Mathias Ketelhud, domini et milites, et alii quam plures fide digni. Jn cuius rei euidenciam pleniorem nostrum sigillum cum sigillis dictorum uidelicet domini abbatis Noui Campi et domini abbatis Lapidis sancti Mychaelis ac ecclesie Gustrowensis apponi fecimus huic scripto. Actum et datum anno domini M° CC° nonagesimo VI°, feria quinta ante natiuitatem beati Johannis baptiste.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow. — Gedruckt in Jahrb. XII, S. 319; unvollständig bei Schröder, P. M. I, S. 834.

1296. Juni 22. Güstrow. 2401.

Nicolaus, Fürst von Werle, bezeugt seine und seines Bruders Günther Aussöhnung mit dem Dom-Collegiat-Stift zu Güstrow.

[N]os Nycolaus dei gracia dominus de Werle presentibus recognoscimus, quod omnis dissensio inter nos ac fratrem nostrum Gunterum, parte ex una, uiros quoque honorabiles canonicos ecclesie Gustrowensis, parte ex altera, ad plenum est composita amicabiliterque reformata, ita quod ipsos promouere uolumus iugiter ac fouere in omni ipsorum iure. Jn huius euidenciam sigillum nostrum apponi iussimus presenti scripto. Datum Gustrowe, anno domini M° CC° XC° VI°, in crastino beati Albani martyris.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow, Urk. Nr. LXXIII.

1296. Juni 29. 2402.

Nicolaus, Fürst von Rostock, genehmigt den Tausch, durch welchen das Kloster Doberan dem Kloster Neuenkamp die Mühlen zu Gnoien gegen Salzhebungen zu Lüneburg überlässt.

Uniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Nycolaus dei gracia domicellus de Rostock salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod de nostra permissione, voluntate et consensu venerabiles et dilecti nobis in Cristo dominus abbas et conuentus ecclesie Doberanensis molendina sua in Gnoyen situata, que a nobili domino Heinrico pie memorie quondam domino de Werle, nostro consanguineo, legitime emerant et possederant, viris religiosis et in Cristo nobis dilectis abbati et conuentui ecclesie Noui Campi integraliter pro quibusdam redditibus in salina Luneborch ab eisdem in restaurum acceptis dederunt eodem iure, eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidenda, qua noscuntur et ipsi molendina eadem hactenus possedisse. Ne igitur in posterum dicte ecclesie Noui Campi super huiusmodi permutacione a quoquam questio moueatur, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt: Johannes Molteke, Fredericus Molteke, fratres, Georgius Molteke, Hermannus de Snakenborch, aduocatus in Rostock, Fredericus Babbe, Fredericus de Kerckdorp, domini et milites, Johannes Babbe, marscalcus noster, famulus, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CC° LXXXXVI°, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Original im Prov.-Archiv zu Stettin, mitgetheilt von dem weil. Bürgermeister Fabricius zu Stralsund. Das an einer roth und gelb seidenen Schnur hangende Siegel ist sehr beschädigt. Auf einem an dem untern Rand befestigten Affix steht:

Istud priuilegium est domicelli de Rostock super proprietate molendini in Gnoyen. Quamuis tamen nobis inutile sit, debet tamen propter cautelam reseruari.

Vgl. Nr. 2001 und Nr. 2403.

1296. Juni 29. 2403.

Nicolaus, Fürst von Werle, genehmigt den Tausch, durch welchen das Kloster Doberan dem Kloster Neuenkamp die Mühlen zu Gnoien, Parchim und Plau gegen Salzhebungen zu Lüneburg überlässt.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod de nostra permissione, voluntate et consensu venerabiles et dilecti nobis in Christo dominus abbas et conuentus ecclesie Doberanensis molendina sua, que a nostris progenitoribus legitime emerant et possederant, videlicet in Gnoyen, in Parchim, in Plawis, viris religiosis et in Christo nobis dilectis abbati et conuentui ecclesie Noui Campi integraliter pro quibusdam redditibus in salina Lunenborch ab eisdem in restaurum acceptis dederunt eodem iure, eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidenda, qua noscuntur et ipsi molendina eadem hactenus possedisse. Ne igitur in posterum dicte ecclesie Noui Campi super huiusmodi permutacione a quoquam questio moueatur, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt: Ludolfus et Hartmannus fratres de Oldenborch, Heinricus Scade, aduocatus in Warne, Johannes Goldstede, aduocatus in Pencelin, Heinricus de Ost, marscalcus principis Ruyanorum, Nycolaus de Brůsewiz, Joachim aduocatus in Plawis, Boldwinus de Lobeke, domini et milites, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CC° nonagesimo sexto, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An rother und gelber Seide hängt das zu Nr. 1729 abgebildete Siegel des Fürsten. Auf der Rückseite der Urkunde steht die Registratur: „Priuilegium domini Nycolai de Werle super molendinis Gnoyen, Parchim, Plawe."

An diese Urkunde ist folgendes Affix auf Pergament, in nicht viel jüngerer Schrift, als die des Originals ist, angenäht:

Notandum, quod priuilegium istud, licet in eo contineantur molendina in Gnoyen et in Parchim, que nostra non sunt, tamen diligenter seruandum est, quod demonstratio est ad molendinum extra menia ciuitatis Plawe situatum et ad priuilegium super ipso molendino ecclesie Doberanensi aliquando datum, quod privilegium sine isto nobis nullius esset vtilitatis vel valoris; nam permutatio inter ecclesiam Doberanensem et nos facta in ipso priuilegio plenius declaratur.

Vgl. unten Nr. 2405 und 2419. — Gedruckt bei Lisch, Cod. Plaw., S. 41. — Vgl. Nr. 1614, 2234 und 2402.

1296. Juli 11. Röbel. 2404.

Nicolaus, Fürst von Werle, bestätigt auf Grund einer Urkunde des Bischofs Wilhelm von Camin den Sprengel und das Pfarrgut der Kirche zu Malchin mit der Tochterkirche zu Basedow.

Nos Nycolaus dei gracia dominus de Werle recognoscimus et presentibus protestamur venerabilis patris ac domini Wilhelmi Caminensis ecclesie quon-

dam episcopi pie recordacionis vidisse litteras patentes, auctenticas, integras et perfectas, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec ulla sui parte uiciatas, in hec verba: *[Hier folgt Nr. 589.]* Nos uero ecclesiam sepedictam in iure suo seruare cupientes, ob honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie beatique Johannis ewangeliste hanc donationem confirmamus presenti scripto fauemusque eidem ecclesie de proprietate bonorum omnium ipsi appositorum. Jn cuius rei euidenciam pleniorem presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes uero sunt: Henricus prepositus Guzstrowensis, Everhardus decanus ibidem, Gotfridus de Suendorp, perpetuus uiccarius ecclesie in Guzstrov; milites: Johannes et Bernardus de Belyn, Ludolphus et Hartmannus de Oldenborg, Johannes de Goltstede, Conradus Buno, Gerhardus, Bernardus, Nycolaus dicti de Malyn. Datum Robele, anno domini M° CC° XC° VI°, in crastino septem fratrum, per manus Borchardi cappellani nostri, rectoris ecclesie in Wademanneshagen.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. LXXXIII[b]. — Gedruckt bei v. Westphalen III, p. 1489, und bei Lisch, Hahn. Urk. I, S. 171.

1296. Juli 24. Dargun. 2405.

Das Kloster Doberan vertauscht an das Kloster Neuenkamp seine Mühlen vor der Stadt Plau gegen eine Salzhebung aus der Saline zu Lüneburg.

A.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis frater Johannes dictus abbas de Doberan salutem in Marie virginis filio gloriose. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita, de consensu conuentus nostri permutationem fecimus cum venerabili domino Arnoldo abbate ecclesie Noui Campi cum molendinis nostris in Plawis extra menia situatis, ita quod in eisdem molendinis omnes redditus nostros, quos ibidem habuimus et possedimus, videlicet tredecim tremodia siliginis et tres modios, tredecim tremodia ordeacei brasii et tres modios cum tribus marcis denariorum dicte ecclesie Noui Campi abbas et suus conuentus tanta libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidea[n]t, qua nos dinoscimur hactenus possedisse. Pro quibus redditibus iam dictus abbas et suus conuentus vnum chorum salis et dimidium in salina Lunenborch nobis et nostro monasterio assignauerunt in restaurum libere perpetuo possidendum. Jn cuius rei certitudinem ampliorem presentem cedulam sigillo nostro, necnon venerabilium patrum dominorum abbatum Dithmari de Colbaz, Johannis de Dargun, Heinrici de Hylda, Rudigheri de Oliua, qui huic ordinationi et permutationi intererant, sigillis fecimus communiri. Testes sunt fratres: Ludolfus prior noster, Johannes cellerarius, Johannes supprior, Johannes camerarius, Heinricus

magister hospitum, Johannes cantor, Marcolfus magister conuersorum et bursarius, Theodericus subcellerarius, Arnoldus de Goslaria, Bertoldus infirmarius, Johannes de Sywan, Heinricus de Luchowe, Bertrammus de Lubeke, monachi et sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum in Dargun, anno M° CC° nonagesimo sexto, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An Schnüren aus grüner und rother Seide hangen 5 kleine parabolische Siegel aus grünem Wachs, alle mit dem Bilde eines stehenden Abtes, welcher in der rechten Hand den Bischofsstab und in der linken ein Buch vor der Brust hält, mit folgenden Inschriften:

1) ✠ SIGILLVM . ABBATIS : IN . DOBERAN
2) ✠ SIGILLVM : ABBATIS : DE COLBAZ
3) ✠ S' . ABBATIS DE . HILDA
4) ✠ S' . ABBATIS . DE . DARGVN
5) ✠ SIGILLVM : ABBATIS : DE : OLIVA

Auf der Rückseite der Urkunde steht die gleichzeitige Registratur: „Privilegium de permutatione, quam abbates Doberanensis et Noui Campi mutuo fecerunt super molendino Plauuis extra murum et salina in Lunenborg."

B.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis frater Arnoldus dictus abbas Noui Campi salutem in Marie virginis filio gloriose. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita, cum consensu conventus nostri, ob perpetuam tollendam discordiam, quam inter nos et conuentum nostrum, ex parte vna, et inter venerabilem dominum abbatem de Doberan et suum conuentum, ex parte altera, exoriri presumebamus ex disceptatione molendinariorum, nostri videlicet intra menia ciuitatis Plawe siti et sui extra menia eiusdem ciuitatis commorantis, quandam permutationem fecimus cum venerabili domino Johanne abbate Doberanensi, ita ut ipse nobis et ecclesie nostre eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidendos contraderet, quo ipse hactenus possederat, omnes redditus molendini extra muros ciuitatis Plawe siti, videlicet tredecim tremodia et tres modios siliginis, tredecim tremodia et tres modios brasii ordeacii cum tribus marcis denariorum slauicalium. Pro quibus redditibus nos ex beneplacito et consensu conuentus nostri assignauimus dimidiam sartaginem liberam apud nos habitam cum suo dominio libero in salina Luneborch in domo, qu[e] vocatur inferior Derntsinghe, ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gungpanne wlgariter nuncupatur, sepedicto domino Johanni abbati et conuentui suo de Doberan in restaurum libere perpetuo possidendam. In cuius rei certitudinem ampliorem presentem cedulam sigillo nostro necnon venerabilium patrum dominorum abbatum Dithmari de Colbaz, Johannis de Dargun, Henrici de Hylda, Henrici de sancto Nycolao in Hiddense, qui huic ordinationi et permutationi intererant, fecimus sigillis communiri. Testes huius sunt: fratres

Henricus prior, Henricus cellerarius, Johannes supprior, Gerhardus bursarius, Petrus camerarius, Hermannus scriptor, Nicolaus de Bart, Gerhardus magister operis. Datum Dargun, anno domini M° CC° nonagesimo sexto, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Nach dem Diplomatar. Doberan. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1550.

1296. Juli 27. Wismar. 2406.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, überlässt der Stadt Wismar eine Worth bei der Burg daselbst.

Anno domini millesimo CC° LXXXXVI. dedit dominus H[inricus] Magnopolensis ciuitati et consvlibus feria sexta post Jacobi vnam aream iuxta novvm murum prope castrum, in consistorio svperiori, presentibus svis militibus Marquardo de Lo et Ravven de VVsten, Ekehardo de Quiczov, domino Cristoforo sacerdoti et Henrico suo notario, et mar[s]chalco suo Johanni de Svanense.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 231.

(1296.) Wismar. 2407.

M. Hermann, Schulmeister, kauft eine Worth zu Wismar.

Magister Hermannus, rector scolarum, emit aream a Marquardo molendinario pro XL marcis denariorum, sitam infra hereditatem Johannis Dargezowen et cimiterium beate virginis in angulo, quam sibi coram consulibus resignabat. Consules quoque consenserunt ita videlicet, quod predictus magister Hermannus omnia facere teneatur, que ceteri ciues de suis hereditatibus facere consueuerunt.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 232. — Gedruckt in Burmeisters Gesch. d. Schulen in Wismar, S. 9.

(1296.) Wismar. 2408.

Aufzeichnung über den Kauf eines Hopfengartens zu Wismar.

Johannes Burmester emit a Stephano super fossam et a Herbordo pistori vnum ortum humuli, situm iuxta molendinum domini Hanenstert ad ventum edificatum, et resignauerunt sibi coram eis. Hoc notum est consulibus.

Nach dem Wism. Stadtb. B, p. 234.

1296. Aug. 29. Rostock. 2409.

Andreas und Dietrich zu Rostock erklären ihren Vater, den Mönch Peter, und sein Kloster Doberan von allen Ansprüchen von ihrer Seite frei.

Venerunt ad presenciam consulum Andreas et Tidericus, filii fratris Petri cenobite in Dobran, et cum eis Rotgerus Horn, tutor ipsorum. Recognouerunt publice, quod idem frater Petrus, pater ipsorum, satisfecisset eis de omnibus, dimittentes ipsum liberum et solutum. Nec ecclesiam Dobranensem modis aliquibus infestabunt. Actum anno domini M° CC° nonagesimo VI°, circa decollationem beati Johannis baptiste.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 43 b.

1296. Rostock. 2410.

Die Stadt Rostock hat aus dem Vermögen der Kinder des Borwin 200 Mark Pfennige empfangen und zahlt dafür an die Vormünder aus der Stadtcasse jährlich 20 Mark Pfennige.

Ciuitas habet CC marcas denariorum ex parte puerorum Borwini, de quibus CC marcis XX marce denariorum dabuntur singulis annis in festo natiuitatis beati Johannis baptiste tutoribus dictorum puerorum, Hermanno Lise videlicet, Henrico de Arena et Bertramo Dame, ad vsus eorundem puerorum de cista ciuitatis. Ludolfus Pes, Th[idericus] Friso, Ludbertus de Lagenstrata tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 44. — Getilgt. Ebenso der Zusatz: „Item ciuitas vendidit eisdem pueris duarum marcarum redditus pro XX marcis, quos ciuitas reemere poterit denariis pro eisdem."

1296. Sept. 17. Lüneburg. 2411.

Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg, und Johann und Albrecht, Herzoge von Sachsen, ernennen für ihre, ihrer Unterthanen und Vögte vorkommende Irrungen ein Schiedsgericht von sechs Rittern und zu dessen Obmännern die Grafen Adolf von Schauenburg und Nicolaus von Schwerin.

— — Si vero dicti milites in iure discordarent et hoc per fide[m et iuramentum] eorum dixerint, quod medium amicicie non possent in dicta causa inuenire, tunc nos Otto, Johannes et Albertus duces nobiles uiros dominum Adolphum comitem de Scowenborch et Nicolaum comitem de Zwerin mediatores sev diffinitores predictarum causarum statuimus, qui nobis data fide promiserunt, quod ipsi infra XIIII dies omnia ad eos per prefatos sex milites deuoluta in iure diffinient et component; quorum diffinitioni plenius erit standum, et de hoc

restaurum fiet infra tempus, prout superius est expressum. — — Datum Luneborch, anno domini M° CC° XCVI°, in die beati Lamberti martiris.

Nach dem vollständigen, vom Original im k. Archiv zu Hannover genommenen Abdruck in Sudendorf's Br.-Lüneb. Urkundenbuch I, S. 90. — Früher gedruckt bei Scheidt, Nachrichten vom Adel, S. 122, Schlesw.-Holst.-Lauenb. U.-S. I, S. 520; unvollständig bei v. Aspern, Cod. dipl. hist. com. Schauenb. II, S. 349.

1296. Sept. 21. Lübek. 2412.

Ingeburg, Herzogin von Sachsen, und ihre Söhne Johann und Albrecht ermässigen den Zoll zu Herrenburg auf den Zollsatz zu Mölln und gewähren den Lübischen Kaufleuten Schutz gegen Belästigungen der Zöllner.

In dei nomine. Amen. Dei gracia Jngeburgis Saxonie, Angarie et Westfalie ducissa eiusque filii Johannes et Albertus ibidem duces omnibus, ad quos hoc scriptum peruenerit, salutem et noscere veritatem. Licet dicant et constanter affirment consules et burgenses Lubicenses, quod debeamus habere quoslibet mercatores per Herenborgh transeuntes a prestatione thelonei subportatos, tamen nos aliter sentientes et pro certo scientes, quod ius ad ipsum theloneum habeamus, eo quod ad nos ex parte patris et aui nostri sit deuolutum, transitum facientibus ibidem parcere decreuimus, isto modo scilicet, ut aliud ibi theloneum accipi non sinamus, nisi prout in ciuitate Molne hactenus est acceptum. Nec ibidem amodo debent angariari mercatores, quod bona deponant vel ea dissoluant ad ostendendum eorum pondus, numerum vel mensuram, sed credendum est mercatoribus quibuslibet, quodcunque de quantitate ponderis, numeri dixerint vel mensure; et si forte officiales nostri simplici verbo mercatoris alicuius credere noluerint in hac parte, iuramentum de veritate talium recipient ab eodem, et tunc, dato de talibus premisso theloneo, liber et absque vara, quo voluerit, declinabit. Consules eciam et burgenses Lubicenses de dampno, quod aliquibus annis theloneum in dicta villa non percepimus, quitos omnino dimittimus et liberos ac solutos, confirmantes eis omnia priuilegia, libertates et iura, quecunque a patre et patruo et progenitoribus nostris eis hactenus sunt concessa. Testes sunt: nobilis dominus Adolfus comes de Scowenburgh, milites quoque nostri: Otto Wakkerbard, Dhetleuus de Parkentin, Ludeke Scakke, Albertus Wulf, Hartwicus de Ritzerowe, Hinricus et Johannes fratres de Crummesse, Reinfridus Scorlemorle, capellanus quoque noster dominus Johannes Caluus et alii quam plures clerici et layci fide digni. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presenti pagine duximus apponenda. Datum et actum Lubeke, anno domini M° CC° nonagesimo sexto, in die sancti Mathei apostoli.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 584, aus „dem auf der Trese befindlichen Original. Das eine Siegel fehlt, das andere ist dagegen ziemlich wohl erhalten."

1296. Sept. 26. Eberswalde. 2413.

Albrecht und Otto, Markgrafen von Brandenburg, verkaufen der Stadt Friedland das Dorf Schwichtenberg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Cvm sepe cursu fiat temporis, vt res clara presentibus obscura reddatur posteris et ignota, de scripture suffragio prouidit memorie industria sapientum. Proinde nos Albertus et Otto dei gracia marchiones Brandenburgenses recognoscimus, volentes in publicam deuenire noticiam singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod villam Swychtenberghe cum omnibus agris suis cultis et incultis, pratis et pascuis, siluis et lignis, et generaliter cum omnibus suis appendiciis eo iure et ea libertate, qua personaliter ipsam hactenus habuimus, fidelibus nostris et dilectis . . consulibus ac vniuersitati ciuium ciuitatis nostre Vredeland vendidimus libere perpetuo possidendam. Libertatem quoque dicte ville et bonorum ad ipsam spectantium dicte vniuersitati dicte ciuitatis dedimus, ita quod ipsam villam cum omnibus suis appenditiis sine precaria libere perpetuis temporibus possidebunt. Pro qua villa et eius libertate predicta consules tunc temporis dicte ciuitatis nomine vniuersitatis centum et octoginta quinque talenta Brandenburgensium denariorum nobis integraliter persoluerunt. Ne igitur hec nostra venditio et donatio rite facte per aliquem successorum nostrorum violari in posterum valeant aut infringi, presentes inde confectas conscribi et sigillorum nostrorum appensionibus iussimus roborari. Huius eciam rei testes sunt: vir nobilis Bodo de Yleborch, Wilhelmus Soeneke, Cristianus et Busso fratres de Dolle dicti, Wilhelmus de Lubbrechzstorp et Heinricus So°neke, milites nostri, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Datum Everswalde, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, qvarta feria ante diem beati Mychaelis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Friedland. An grünen seidenen Schnüren hangen die Siegel der Markgrafen. Das des Markgrafen Albrecht ist beschrieben zu Nr. 1390 und 1984, das des Markgrafen Otto ist um ein weniges grösser, enthält aber dasselbe Bild; Umschrift:

✠ S OTTON[I]S — — ⱯRCⱨIORIS . BRⱯ — — a͡nS

Abgedruckt bei Rudloff, Urk.-Lief. S. 159; Beilage zu den Rostocker Nachrichten 1821, Stück 5, S. 20; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 1, S. 216 und 491; Boll, Starg. I, S. 326.

1296. Oct. 9. 10. Rostock. 2414.

Die Städte Lübek, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald verlängern ihr Schutzbündniss auf drei Jahre.

A.

Vniuersis Jhesu Christi fidelibus presencia visuris seu audituris . . consules et commune ciuitatis Rozstoc salutem in domino. Ad cuiuslibet noticiam

tenore presencium volumus peruenire, quod, nunciis ciuitatum Lubec videlicet, Wismarri, Stralessund et Gripeswald ob bonum pacis et vtilitatem mercatorum communium cum pleno mandato apud nos congregatis, deliberatione sufficienti prehabita tandem decreuimus cum eisdem, quod unaqueque ciuitatum predictarum — — *[wie Nr. 2248 bis:]* — — propositum retardante. Si uero ciuitatum predictarum aliqua sponte a confederacione huiusmodi resiliret, nec aliis assisteret modo prehabito, secundum quantitatem ipsam respicientem expensas, si quas alie ciuitates iuuando se inuicem facerent, deberet ciuitatibus refundere et insuper in penam quingentarum marcarum argenti puri cadere eliminataque fore ab omni iure Lubicensi, quousque ciuitatibus satisfecerit de premissis. Ceterum, si premissarum ciuitatum aliqua, habens supra se dominum singularem et hereditarium, ceteris ciuitatibus contra dominum proprium cum armatis subuenire et seruire non posset publice, cum pecunia saltem iuxta quantitatem expensarum ipsam tangentem iuuabit reliquas et inculpabilis permanebit. Ne autem factum hoc rationabile immutari possit aut infringi, presens scriptum inde confectum sigillo ciuitatis nostre duximus muniendum. Actum et datum Rozstoc, anno domini M° CC° nonagesimo VI°, in die beatorum Dyonisii et sociorum eius.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 586, aus dem Original „auf der Trese, mit fast ganz erhaltenem, anhängendem Siegel." — Von demselben Datum sind auch die, bis auf ganz unwesentliche Abweichungen gleichlautenden, correspondirenden Urkunden der Städte Stralsund und Greifswald („aduocatus, consules et commune ciuitatis Stralesundensis", und „aduocatus, consules et commune ciuitatis Gripesuualt"), welche nach den Originalen auf der Lübischen Trese ebendaselbst, S. 585 und 586, auszugsweise gedruckt sind, während die Stralsunder Urkunde vollständig bei Fabricius, Rüg. Urk. II (III), S. 102, und die Greifswalder nach dem Original im Rostocker Stadt-Archiv vollständig bei Schröter, Beiträge I, H. 1, steht. Vgl. Sartorius II, S. 186. — Einen Tag später als die genannten Urkunden ist die entsprechende Wismarsche datirt:

B.

Vniuersis Jehsu Christi fidelibus presencia visuris vel audituris consules ciuitatis Wismarie salutem in domino. Notum esse volumus et presenti publico instrumento recognoscimus protestando, quod, nunciis ciuitatum videlicet Lubec, Rostoc, Stralessund, Gripeswold et nobis ob bonum pacis et utilitatem mercatorum communium cum pleno mandato congregatis, deliberatione sufficienti prehabita tandem decreuimus cum eisdem, quod — — *[wie A. bis:]* — — muniendum. Datum Rostoc, anno domini M° CC° LXXXXVI°, feria quarta post festum Dyonisii.

Nach dem U.-B. der Stadt Lübek I, S. 586, aus der „Urschrift, mit dem wohl erhaltenen Siegel, auf der Trese" zu Lübek.

1296. Oct. 14. Röbel. 2415.

Nicolaus, Fürst von Werle, und seine Brüder verleihen der Johanniter-Comthurei Mirow das Dorf Qualsow, welches sie von den Brüdern von Lehsten erworben hat, mit dem Eigenthum und aller Freiheit der geistlichen Güter, mit dem See Gusteke und dem halben Kenhorst-See, sowie 2 Hufen zu Leussow frei von Lasten und Diensten.

A.

Nicolaus dei gratia dominus de Werle et sui fratres vniuersis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod tam [ad] presencium, quam ad futurorum volumus noticiam peruenire, quod nos de bono matris nostre ac nostrorum fratrum consensu ville Qualezowe proprietatem, que fuerat Brusekini et suorum heredum, qua idem a nobis extiterat inpheodatus, damus sancte domui hospitalis Jerosolimitani ordinis beati Johannis baptiste in Mirowe, cum agris cultis et incultis, pascuis, lignis, nemoribus, piscationibus, cum [omn]i vtilitate, libertate, aduocacia ac pleno iure, videlicet manus et colli, donamus perpetuo possidendam. Volumus eciam, vt predicta villa ab illo, quod vnrecht dicitur, libera maneat et infra scedhe siue mensura, qua per nostros grauari poterat, sit exempta; insuper ab omni exactione, precaria et molestia, qua per nostros officiales grauari poterat, reddimus absolutam. Constituimus [etiam] sepedictos fratres a tempore et die huiusmodi donacionis nostre memoratorum bonorum cum omni eorum vtilitate dominos et patronos. Stagnum eciam, quod vocatur Kenhorstesse, dimidium ad predictam villam sine contradictione qualibet et stagnum integrum, quod Gusteke dicitur, sicut idem Bruseke et Gerhardus de Lesten et eorum heredes antiquitus possederant, pertinebit. Duos eciam mansos in Loysow ab exactione, precaria, seruiciis iustis et iniustis donamus liberos et exemptos. Hanc donacionem frater Allexander suis temporibus ordinauit. Ne autem hec ab aliquibus valeant irritari in posterum, presens instrumentum super hoc confectum damus predictis fratribus sigilli nostri et matris nostre munimine roboratum. Actum et datum Robele coram testibus infrascriptis, videlicet domina nostra domina terre Sophia, matre domini Nicolai, domino Alberno de Redere, domino Conrado Bunne, domino Ottone de Rezow et fratre suo Gotmar, domino Johanne de Goltstede et aliis fide dignis. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXXXVI°.

B.

Nos Nycholaus dei gratia dominus de Werle et sui fratres vniuersis presentia visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Que geruntur in

tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in li[n]gwa testium uel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentis, quam futuri temporis hominibus, commendatorem et con[uen]tum fratrum sancti Johannis baptiste cenobii in Mirowe consensu unanimi manuque communi villam quandam, que vocatur Qualezowe, cum stagno dimidio, quod vocatur Kenhorst, et stagno integro, quod Gusteke dicitur, erga Brusekinum de Lesten, vasallum nostrum fidelem, et heredes suos rite et rationabiliter emisse et ab aliis suis amicis quibuslibet libere consentientibus, pro C° C° C° C° [marcis] denariorum slauicalis monete totaliter persolutis, prout infra terminos suos et per terminos suos cum omnibus pertinentiis et finibus suis in latum protenditur et in longum, cum agris cultis et incultis, lignis, siluis, rubis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis aquarumque decursibus, nemoribus, virgultis, paludibus, montibus, collibus, planis, asperis, viis et inviis ac aliis omnibus locis infra limites et metas dicte ville actenus et adhuc contentis, nostra voluntate legitima et nostrorum fratrum et beneplacito accedente, et generaliter cum vtilitate, libertate omni et ecclesiastico beneficio ac pleno iure. Nos igitur, intuentes dictorum fratrum vitam celibem, bonorum operum frequentiam, ordinis sanctitatem, sperantes in anima et corpore apud deum piis ipsorum adiuuari meritis, ad laudem dei et beate virginis Marie ac sancti Johannis baptiste, pro salute animarum nostrarum videlicet et progenitorum nostrorum ac filiorum, heredum et successorum nostrorum, proprietatem dicte ville Qualezow fratribus in Mirowe et ordini sancti Johannis baptiste dedimus et presentibus damus de bona nostre matris dilecte et nostrorum fratrum voluntate, cum omni vtilitate suprascripta, volentes nichilominus, ut ab hominibus eandem villam inhabitantibus exnunc et deinceps per nos uel per nostros successores aut nostros aut ipsorum aduocatos uel bodellos uel ipsorum nuncios numquam precaria, numquam curruum seruicia, numquam denarii monete, numquam agrorum mensura uel aliqua seruicia petitionum requirentur et ad custodiendum castra et propugnacula, uel quod wlgariter landwere dicitur, numquam de cetero tenebuntur; set quicquid dicti fratres ordinis sancti Johannis baptiste cum ipsis hominibus fecer[i]nt uel facere decreuerint, gratum tenebimus atque ratum, utpote prenominatus Bruseke et Gerardus frater eius dicti de Lesten cum suis heredibus dictis fratribus de Mirowe eandem villam Qualezowe, ut est superius scriptum, nostra uoluntate accedente vendiderunt. Damus dicto cenobio et fratribus in Mirowe proprietatem duorum mansorum etiam in Loysowe, ab omni precaria et seru[iciis] iustis et iniustis cum omni vtilitate et fructu liberos et exemptos, ea libertate, qua villa[m] Qualezowe predicta[m] eisdem fratribus pro C marcis denariorum slauicalis monete coudonauimus, cum omni iure prenotato, sine aliquo seruicio, propter dilectionem, [quam] ad fratrem Alexandrum commendatorem habuimus et [h]abemus, integraliter possidendos. Ut igitur dicta nostra donatio firma nostris temporibus et perpetuis in[uiolabiliter] permaneat, nos super eo scriptum nostrum sepedictis

fratribus dedimus et sigilli nostri appensione iussimus [commun]iri. Huius rei [testes] sunt: domina Sophia de Werle, Albertus de Redere, Conradus Buno, Otto de Retzowe et Johannes de Goltstede, milites, Gotmarus de Retzowe famulus, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini M° CC° LX° X° X° X° VI°, pridie idus Octobris.

Nach den beiden Originalen im Staats-Archiv zu Berlin, welche beide gelitten haben und schwer zu lesen sind. Das Original von A. trägt noch 2 Schnüre von rother und gelber Seide, aber die Siegel sind abgefallen; das Original von B. trägt an einer Schnur von grüner und weisser Seide noch einige Spuren vom Siegel. — Gedruckt in Jahrb. II, S. 237 und 235.

1296. Oct. 28. Rostock. 2416.

Volmar Runge schenkt zu einem Altar eine Rente aus seinem Hause zu Rostock.

Wolmarus Runghe saluti anime sue intendens, necnon ob remedium anime vxoris sue defuncte, C marcas denariorum legauit ad altare quondam, conferens domino Johanni de Warne sacerdoti X marcharum redditus, qui ad dictum altare celebrabit. Quos X marcharum redditus dictus dominus Johannes in domo lapidea prefati Volmari transuersa habebit annis singulis, quousque certos redditus cum dictis centum marchis valeat comparare. Hec inscripcio ad vnius anni spacium a consulibus est admissa. Actum anno domini M° CC° nonagesimo VI°, circa Simonis et Jude, Renikino de Lawe, Lu. Pede (!) et Henricus Menrici tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1295 — 1304, fol. 40*. — Vgl. Nr. 2325.

1296. Nov. 13. 2417.

Nicolaus, Fürst von Werle, verkauft, mit Zustimmung seiner Brüder Günther und Johann und seiner Mutter Sophie, dem Kloster Michelstein das Eigenthum des Dorfes Glevin mit dem niederen und dem dritten Theil des höchsten Gerichts.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum pace et iusticia habundare. Veritas scripture et testium auctoritas acta presentium posteris lucidius notificat et declarat. Eapropter presentibus recognoscimus et testamur, quod nos de consensu dilectorum fratrum nostrorum scilicet Gunteri et Johannis matrisque nostre predilecte domine Sophye, necnon de consilio vasallorum nostrorum [1], vendidimus domino abbati et conuentui monasterii in Lapide sancti Mychaelis, Cysterciensis ordinis, Haluerstadensis dyocesis, pro trecentis et octoginta marcis denariorum slauicalium integraliter totam

proprietatem ville Gleuin cum omnibus suis attinentiis, siluis videlicet, rubetis, agris, pascuis, pratis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, cum iudicio sexaginta solidorum et infra, cum tercia parte iudicii mutilacionis et mortis et omnibus aliis, quocumque nomine appellentur, que infra dicte ville terminos et limites continentur, qui quidem termini villarum circumiacencium terminis scilicet Resin, Gutowe, ac stagnis videlicet Gutowe et Tebeszin, necnon fluuio Nebule cinguntur, libere et quiete perpetuo possidenda. Nec cuiquam homini liceat nostro uel heredum nostrorum nomine agros prefate ville Gleuin denuo mensurare; sed ipsi fratres, qui pro tempore fuerint, eadem bona permutandi, vendendi ac in ipsis bonis ordinandi in omnibus liberam habeant facultatem, prout ipsorum placuerit optioni[2]. Vt autem hec perpetuo maneant inconwlsa, presentem cartam sigillo nostro fecimus communiri. Testes huius rei sunt: venerabilis dominus Arnoldus abbas Nouis Campi; domini milites: Johannes et Bernardus de Belin, Henricus Scade, aduocatus in Warne, Ludolfus et Hartmannus de Oldenborch, Gotscalcus, Johannes de Goltstede, Wlfgir[3], Conradus Buno, Mathyas Ketelhot, Nicolaus Gallus, Machorius de Scene, Michael, Wlfinc, Bernardus de Belin, famuli, et multi alii fide digni. Datum anno domini M°C°C° nonogesimo VI°, feria tercia post festum beati Martini episcopi.

Nach einer Original-Ausfertigung im Stadt-Archiv zu Güstrow. An einer Schnur von rother Seide hängt des Fürsten Nicolaus Siegel, abgebildet zu Nr. 1729.

Eine zweite Original-Ausfertigung (ebendaselbst), auf grösserem Pergament, in grösserer und weiterer Schrift, mit demselben Siegel an rother und gelber Seide, zeigt (ausser orthogr. Verschiedenheiten: Guthowe, Tebbeszin, Cena, Wlsinc) folgende Abweichungen: [1] quod nos de consensu et consilio vasallorum nostrorum (die Worte: „dilectorum — — necnon de" fehlen ganz!) — [2] Hinter „optioni" ist folgender Satz eingeschaltet:

> Preterea, ne sepedicti fratres a quoquam molestentur in futurum, trium mansorum proprietatem, quam ecclesia Gustrowensis iam dudum possederat, acceptis triginta marcis denariorum a sepedictis fratribus supra prefatam summam, tenebimur eisdem perpetuo libertare.

[3] Wlfgir, aduocatus in Gostrowe. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. I B, S. 172; Jahrb. XII, S. 320.

1296. Nov. 25. 2418.

Werner von Schwerin, Ritter, und seine Brüder Otto und Gebhard verkaufen dem Propste Hartwig im Kloster Medingen ihre Güter in Vorwerk.

Der Wortlaut dieser Urkunde ist uns nicht bekannt. Aber Gebhardi (III) registrirt nach dem Archiv des Klosters Medingen:

> „Consentientibus nobilibus viris dominis Nycholao et Gunzelino comitibus de Zwerin verkaufen Wernerus, miles, Otto et Gevehardus, famuli, fratres de Zwerin universa bona in villa Vorwerke Hartwico praeposito Medinge. Datum a. d. 1296., Caterine."

(Angeführt in der Zeitschr. des hist. Vereins f. Nieders. 1857, S. 50.) Und Lyssmann, Kloster Medingen, S. 11, berichtet:

„In eben demselben Jahre [1296] kaufte Propst Hartwicus [von Medingen] auch für dasselbe [Kloster Medingen] von den Rittern Wernero und Gevehardo von Schwerin alle deren Güter in Vorwerk, samt allem Zubehör, die Advocatia oder Schutzgerechtigkeit aber wurde erst Ao. 1302. von den beyden Grafen Nicolao und Guncelino darüber ertheilet."

1296. Dec. 6. Lüneburg. 2419.

Die Rathmänner zu Lüneburg beurkunden, dass das Kloster Neuenkamp eine halbe freie Salzpfanne zu Lüneburg gegen eine Mühle vor der Stadt Plau an das Kloster Doberan vertauscht hat.

Nos consules ciuitatis Luneborch: Johannes de Melbeke, Thidericus Zabel, Verdewardus, Andreas, Adeloldus, Nycolaus de Molendino, Thidericus Volcmari [1], Johannes Beue [2], Johannes Albus, Hartwicus Volcmari [1], Thidericus de Cunis, Albertus Holle [3] iunior, tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod venerabilis dominus Johannes abbas in Doberan [4] venit ad nostram presentiam, recognoscens manifeste, se vnanimi consilio et consensu conuentus sui [5] super molendino suo habito ac sito extra ciuitatem Plauue permutationem inisse cum venerabili domino Arnoldo abbate in Nouo Campo ac suo conuentu pro dimidia sartagine libera apud nos habita cum suo dominio libero in salina Luneborch in domo, que vocatur inferior Derntsinghe, ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gungpanne wlgariter nuncupatur, ita ut prehabitum molendinum cedat ecclesie et conuentui in Nouo Campo, memorata vero dimidia sartago cum suo dominio cedat ecclesie et conuentui in Doberan ordine e conuerso libere ac iure perpetuo possidenda, vtraque bona ab angariis, exactionibus et peticionibus quibuslibet libera penitus et exempta. In premisse permutationis euidentiam testimonii pleniorem presentem litteram prenominato domino Johanni abbati in Doberan [6] ac suo conuentui sigillo nostre ciuitatis dedimus insignitam. Datum Luneborg, anno domini M° CC° LXXXX° VI°, in die sancti Nycolai confessoris atque pontificis.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXXI. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1549. — Vgl. Nr. 2405.

Von einer zweiten, für das Kloster Nouonkamp bestimmten Ausfertigung findet sich im Prov.-Archiv zu Stettin eine alte Copie auf Pergament (angeführt bei Fabricius, Rüg. Regesten III, S. 67, Nr. 434, und uns in Abschrift von demselben mitgetheilt), welche folgendermassen abweicht: [1] Volcman — [2] Bene — [3] et Albertus Holle — [4] dom. Arnoldus abbas in Nouo Campo — [5] Von hier an heisst es: super dimidia sartagine libera cum suo dominio libero, habitis apud nos in salina Luneburgh in domo, que vocatur inferior Drentsinghe (?), ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gvnchpanne wlgariter nuncupatur, permutacionem inisse cum venerabili domino Johanno abbate in Doberan ac suo conuentu pro molendino suo habito ac sito extra ciuitatem Plawe, ita ut prehabita dimidia sartago cum suo dominio cedat ecclesie et conuentui in Doberan, memoratum vero molendinum cedat ecclesie et conuentui in Nouo Campo ordine o conuerso, libero —

[6] dom. Arnoldo (!) in Nouo Campo.

1296. Dec. 9. Colberg. 2420.

Der Rath zu Colberg beurkundet einen Vergleich, welchen Ulrich, Pfarrer zu Bork und Verwalter der Doberaner Klosterdörfer Bork, Gross- und Klein-Jestin, für seine Bauern mit Nicolaus von Jestin abgeschlossen hat.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis consulum in Colberg vniuersitas salutem in Jhesu Christo. Sepius elabitur a memoria, quod nec scriptis, nec uiua voce testium fuerit eternatum. Quapropter notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod, inito domini Frederici militis de Beuenhusen pariter et discretorum nostrorum burgensium consilio maturo, dominus et frater Olricus ordinis Cysterciensis, plebanus in Borke et ville prouisor, amicabilem iniit compositionem et concordie sonam, ex parte suorum rusticorum vel ciuium in hiis duabus villis, scilicet Antiquo et Magno, Nouo et Paruo Yestin commorantium, cum Nycolao dicto de Yestin, talem videlicet, quod idem frater Olricus pro omni dampno, quod prefati ciues et rustici eidem Nycolao in suis commiserant et fecerant frugum messibus et annona, vnam vestem duplicem et tunicam simplicem et marcas denariorum sex, sed Reymaro de Jndagine, eiusdem Nycolai sororem habenti, vnam tunicam simplicem, quam sibi dominus et frater Arnoldus et frater Theodericus promiserant, erogabat; et ita inter prefatos villarum incolas et similiter prenotatum fratrem Olricum et suam ecclesiam, ex vna, et inter supradictum Nycolaum, parte de altera, facta est causa sopita et ex toto terminata. Pro hac autem concordia et causa, que lentsake dicitur in communi, parte ex vtraque firmiter et perpetuo tenenda fideiusserunt hii: scilicet ipse Nycolaus et prefatus Reymarus, habens eiusdem sororem, et Theodericus Bese de Jndagine, manu iuncta. Jn cuius rei testimonium patens presens scriptum nostre ciuitatis signo cum appensione sigilli domini Frederici de Beuenhusen roboramus. Acta sunt hec Colberg, anno domini M° CC° nonagesimo sexto, in proxima die dominica post festum sancti Nycolai episcopi, per manum Amelungi.

Nach dem Diplomatar. Doberan., fol. CXII[b]. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1550.

(1296—1297.) 2421.

Lehnrolle der Grafen von Schwerin über ihre Besitzungen auf der linken Seite der Elbe.

§ Hec sunt bona sita ultra Albiam, que comes Helmoldus de Zwerin mortuo patre suo comite Gunzelino in pheodo suis hominibus porrexit. §

[§ 1.] Hermannus Ribe de Thune recepit ab eodem duas villas tantum, videlicet Grabowe et Moyzliz.

[§ 2.] Jtem dominus Olricus de Thune villam Sulendorpe et vnam domum et decimam in Bretze et decimam in Thodemannesborh et villam Rokestorpe.

[§ 3.] Jtem Lud.' de Eueringe vnum mansum in Reinestorpe.

[§ 4.] Jtem Hillemarus et Hinricus de Lintlo supra sultam IIII^{or} marcarum redditus et in Suthdorpe decimam.

[§ 5.] Jtem Hunerus de Odem IIII^{or} Slauos in Redemutzle et vnum mansum in Rethmere et duas domos in Wesende et decimam in Dreinlinge et villam Scirencken et vnam domum in Hintberge.

[§ 6.] Jtem Hermannus Leo curiam in Reinestorpe et duo sunder ibidem.

[§ 7.] Jtem Johannes et fratres sui de Lobeke III domos in Hobere et vnam domum in Jerstorpe et vnam domum in Versene et vnam domum in Sustede et decimam in Berkewinkele et decimam in Solekestorpe et dimidiam villam Cholme.

[§ 8.] Jtem Johannes Bintreme IIII^{or} domos in Soreve et vnam domum in Hombroke.

[§ 9.] Jtem Bertoldus de Vllesen curiam in Lideren cum attinenciis suis omnibus et duas domos in Soltendike et duas domos in Hamerstorpe inpheodatas et villam Cozebode.

[§ 10.] Jtem Lud.' Moltzan vnam domum in Berscampe, que soluit annuatim chorum vnum.

[§ 11.] Jtem dominus Jerricus de Berscampe villam Geithin et villam Riddereschen.

[§ 12.] Jtem Wipertus de Moldessem duas domos in Hanhusen et piscationem ibidem et mast ad LX^{a} porcos.

[§ 13.] Jtem Wernerus de Edendorpe decimam in Rodestorpe.

[§ 14.] Jtem Bertoldus de Thodemannesborh III Slauos in Gorenthin.

[§ 15.] Jtem Paridam et Wasmotus de Knesbeke decimam in Widdorpe prope Bardewic et villam Dolene et III viros in Tolzeuanze.

[§ 16.] Jtem Hinricus de Meltzinge III domos ibidem et tres domos in Honbenekestorpe et tres domos in Bernhusen et dominium siluarum per has tres villas.

[§ 17.] Jtem Elyzabeth relicta Frederici Aurifabri et filius eius decimam in Melbeke.

[§ 18.] Jtem dominus Manegoldus de Estorpe villam et decimam et molendinum in Versene et villam Brodesende et decimam in Bercdorpe et villam Suthdorpe et villam Stockem.

[§ 19.] Jtem dominus Hinricus de Dannenberge villam et molendinum in Stretze.

[§ 20.] Jtem Conradus balistarius vnum mansum in Eylesleue.

[§ 21.] Jtem Johannes de Brunesrode decimam et duas domos in Holecsem.

[§ 22.] Jtem dominus Ecbertus iunior de Asseborh officium in Edemessem et VIII mansos in Minori Hakenstede.

[§ 23.] Item Bertoldus et Arnoldus de Velthem villam Swalendorpe.

[§ 24.] Item dominus Bertoldus Coz IIII^{or} mansos in Biscopestorpe prope palus.

[§ 25.] Item Hinricus Perzeuale villam Suthene et duos viros in Malsleue.

[§ 26.] Item Johannes et Aluericus de Donstede IIIf mansum in Paruo Wanzleue et If mansum in Remekeresleue et VI areas ibidem, quas archiepiscopus Magdeburgensis comiti porrexit in restaurum VIII mansorum in Paruo Hakenstede, quos donauit ecclesie in Helmestede.

[§ 27.] Item Eckehardus de Boyceneborh aduocaciam in Kethelendorpe et decimam in Telligmere et vnam domum in Stockem.

[§ 28.] Item dominus Johannes de Bodendike decimam in Holzele et decimam in Hasle et decimam in Ekkendorpe.

[§ 29.] Item dominus Geuehardus de Bortuelde IIII^{or} curias in Volcquerdessem.

[§ 30.] Item Wernerus et frater eius de ..... duas domos in Gruwinge et vnam domum in Bodense et duarum domorum aduocaciam in Morthusen.

[§ 31.] Item Conradus de Honekesbutle III mansos in Holdenstede.

[§ 32.] Item dominus Hinricus de Widdorpe IIII^{or} mansos in Thomene cum omni iure et IIII^{or} Slauorum aduocaciam in Gromazle et VI Slauorum aduocaciam in Nendorpe et vnius uiri aduocaciam in Holekesne et vnum uirum in Gruwinge et vnum uirum in Boltesne et II viros in Hanhusen et II viros in Meltzinge et vnum uirum in Edendorpe et vnum uirum in Svnstorpe et XVIII uiros in Berme.

[§ 33.] Item Guntherus de Hoya dimidiam decimam in Lutthen et vnam domum.

[§ 34.] Item Johannes Balch villam Sacheue.

[§ 35.] Item Lippoldus de Doren villam Coleve et decimam in Merschene.

[§ 36.] Item Druthleuus de Benesholte decimam in Merschen.

[§ 37.] Item Johannes Greuing decimam in Nendorpe.

[§ 38.] Item Bernardus Sprengere VIIf wich. in Suthdorpe.

[§ 39.] Item Wernerus et Olricus de Dalenborh decimam unius domus in Wichmannestorpe et decimam trium domorum in Bonestorpe.

[§ 40.] Item Anthonius de Thune villam Hintberge et villam Ayendorpe in pignore.

[§ 41.] § Item Hinricus de Borh in Harena Vriborh XX modios fabarum Stad[ensis] mensure et bona et lithones in Vrentvlethe et in Haselwerdere et decimam in Dobenvlete et decimam in Berge.

[§ 42.] Item Segebandus de Elstorpe vnum mansum in Luwe et vnam domum in Szesenze.

[§ 43.] Item Aluericus et Geuehardus Scocke decimam in Ozstede et dimidiam decimam in Elstorpe et decimam in Graft et decimam in Horethvlete et

decimam in Bramhorste et decimam in Heinboke et decimam trium mansorum in Querenvlete et trium mansorum decimam in Twilenvlete et decimam in Mothemore et decimam in Rimeringe.

[§ 44.] Jtem Wernerus Cuuesten decimam in Glindensore et decimam in Byhusen et scult supra Teche, que soluit annuatim XV wich. siliginis, et decimam in Sustede, curiam ibidem, quam ab ipso tenet Albertus de Lutthere, et medietatem decimarum in Wezstede et Suthdorpe et decimam in Berenvelde et IIII^{or} domos in Hobere et vnam domum in Jerstorpe et vnam domum in Vitzendorpe et vnam domum in Wezstede et duas domos in Coldendorpe et vnam domum in Hilderdinge et duas domos in Golderdinge et vnam curiam in Nordorpe, quam ab ipso tenet Wernerus ibidem manens, et vnam curiam in Remestede, quam ab ipso tenet Helmericus ibidem manens.

[§ 45.] Jtem filii Geuehardi de Berenvelde aduocaciam V domorum in Bodenhusen et duarum domorum in Holthusen et duarum domorum in Boltessen et V domorum in Hanhusen.

[§ 46.] Jtem Crucemannus villam Wopoyse.

[§ 47.] Jtem Rodolfus miles de Haren villam Gorenthin.

[§ 48.] Jtem Theodericus de M̊le vnam domum in Westerwemede.

[§ 49.] Jtem Borchardus et fratres sui Hermannus et Theodericus de Luchowe II villas Cetene et Ketzin.

[§ 50.] Jtem Theodericus et Segebandus de Widdorpe dimidiam decimam in Oselerestorpe et decimam in Wethelenborstele et villam Ganzeve et villam Jergevisle et decimam et iudicium ibidem et vnam domum in Golderden et II^{as} domos in Nendorpe et vnam domum in Tangendorpe et vnam domum in Wedessem.

[§ 51.] Jtem Christianus de Vllesen villam Moylinge.

[§ 52.] Jtem Johannes de Weya curiam in Bodegen cum omnibus attinenciis suis et vnam domum ibidem et duas domos in Hemese et II^{as} domos in Leslem.

[§ 53.] Jtem Johannes de Bachtenbroke decimam in Edestorpe et decimam in Clecke.

[§ 54.] Jtem Dethardus et Bolto et Gerhardus milites de Wozstrove et fratrveles ipsorum villas Naulitze, Zebelin, Kove, Moltzin, et II^{os} mansos in Bernebeke et in Hemehuse decimam et duos choros siliginis in terra Vllesen, qui regis tributum nuncupantur.

[§ 55.] Jtem Borchardus Lupus de Luchowe et fratres sui villam Szweput.

[§ 56.] Jtem Gerhardus Lupus villas Kardizstorpe et Nouenthin.

[§ 57.] Jtem Theodericus ..... decimam in Bodenstede et III domos ibidem.

[§ 58.] Jtem Theodericus Gir decimam in Wenhusen et vnam domum in Godingestede et molendinum ibidem.

[§ 59.] Jtem Geuehardus Magnus decimam in Lu et in Rodelemestorpe.

[§ 60.] Jtem fratres de Monte dimidiam decimam in Jefstorp et integram decimam et aduocaciam in Cethen.

[§ 61.] Jtem Conradus Lorbere villam dimidiam in Mankemus.

[§ 62.] Jtem Geuehardus ..... decimam in Hoseringe.

[§ 63] Jtem Theodericus de Hiddesaker villam Colderdem cum omni iure preter decimam et Tasbroke cum omni iure et in Zelus IIII^{or} domos, que adiacet (!) ville decusse, et III Slauos in Guriz et II^{as} domos in Eldessem.

[§ 64.] Jtem filius Hinrici de Grabowe decimam in Dortmůt et IIII^{or} domos ibidem et aduocaciam IIII^{or} domorum ibidem.

[§ 65.] Jtem Alart dictus Nagel vnam curiam in Masendorpe.

[§ 66.] Jtem dominus Wineke de Brůme villam Witzemer.

[§ 67.] Jtem dominus Wedeko de Garsenbutle decimam in Cornessen.

[§ 68.] Jtem Clitzing IIII^{or} homines in Wetwersen.

[§ 69.] Jtem Ludolfus de Wort decimam in Vnderstede.

[§ 70.] Jtem Rodolfus Clenkoc vnam domum in Stederhusen.

[§ 71.] Jtem Wasmotus Kint decimam in Nendorpe iuxta Smalenowe.

[§ 72.] Jtem Albertus de Edessem decimam ibidem.

[§ 73.] Jtem Segebandus de Widdorpe decimam in Emessem.

[§ 74.] Jtem dominus Daniel de Bliderstorp dimidiam decimam in Hamelwo^{r}rde et decimam in Etemen et decimam in Vsle.

[§ 75.] Jtem Theodericus Perleke decimam in Wiuerkote.

[§ 76.] Jtem Lambertus de Lideren curiam in Euerlo prope Honouere.

[§ 77.] Jtem dominus Ludolfus de Merewede decimam in Hagen et decimam in Wasselstorpe et decimam in Etendorpe et decimam in Bůlendorpe.

[§ 78.] Jtem Hinricus Weder decimam duarum domorum in Wildestorpe.

[§ 79.] Jtem dominus Conradus de Ost XXX^{a} frusta reddituum in Wildestorpe.

[§ 80.] Jtem Hillemer dictus Leveke aduocaciam in Hofstede.

[§ 81.] Jtem illi de Edzelendorpe decimam in Wedele et decimam in Heluessen et decimam in Minori Vredekeke et dimidiam decimam in Hamelwerdere et decimam in Wildestorpe.

[§ 82.] Jtem Johannes et Conradus de Wodenswege XI mansum in Bardeleue.

[§ 83.] Jtem dominus Otto de Stendal VI mansos in Scinden et Paruum Swartelose villam dimidiam.

[§ 84.] Jtem Conradus de Reuelde X mansos in Scinden et medietatem ville Swartelosen.

[§ 85.] Jtem Conradus de Eluelinge prope Hild', quam adhuc non recepit, dimidiam decimam ibidem.

[§ 86.] Item Johannes de Plothe Holewege et Gusene et Tessen et Lubechune et Tetershagen et Resene.

[§ 87.] Item Czabele de Stendale VI mansos in Scinden.

[§ 88.] Item Geuehardus de Liderde curiam in Euerlo.

[§ 89.] Albertus de Wodenswegene in villa Bardeleue VII mansos et VII areas.

[§ 90.] Arnoldus Sak villam Veten.

[§ 91.] Nos Guncelinus contulimus bona, que Hinricus Heymewidhe a nobis tenet, filiis sororum suarum.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. In dem umgeschlagenen unteren Rande hängt noch das durchgezogene Pergamentband mit Flecken von dem Wachse des bereits abgefallenen Siegels. Das Pergament war von Anfang an zu klein geschnitten, der Schreiber benutzte daher die Rückseite, um § 84 — 86 aufzuzeichnen. Bis dahin scheint Alles in einem Zuge geschrieben zu sein; wohl zu anderer Zeit, aber noch von demselben Schreiber sind die Worte: „Item — — Euerlo" (§ 87 u. 88) hinzugefügt. Dagegen sind die §§ 89, 90 und 91 von einer andern, aber gleichzeitigen Hand nachgetragen; beide Handschriften gehören dem Ende des 13. Jahrhunderts an. Die Handschrift des ersten Schreibers, dem also der bei weitem grösste Theil der Lehnrolle angehört, ist im ganzen deutlich, doch scheint er die Namen der Orte nicht allemal gekannt, und daher das ihm vorliegende Original nicht immer richtig gelesen zu haben, besonders sind u und n einige Male nicht gut unterschieden. Wir bemerken darüber Folgendes mit Bezug auf den durch treffliche topographische Forschungen erläuterten Abdruck der Lehnrolle bei dem Freiherrn v. Hammerstein in der Zeitschrift des histor. Vereins für Niedersachsen, Jahrg. 1857, S. 6 figd., und in d. Mekl. Jahrb. XXV, S. 132 figd. In § 20 ist Eyleslene, nicht Eyleslene zu lesen. — In § 32 vermuthet v. Hammerstein statt des unauffindbaren Thomene: Thornene (= Thörve im A. Oldenstadt), und Brnstorpe (= Kl. Bünstorf im A. Medingen) statt Svnstorpe (= Sinstorf im A. Hittfeld?). — In § 37 steht bei v. Hammerstein irrig Stendorpe st. Nendorpe. — [In § 41 ist Vrentvlethe = Urentfleth = Wöhrdenfleth (Kspl. Twilenfleth), und Dobenvlete = Damvleto (in Hof Nindorf untergegangen), wo Hinricus de Borch nach dem Stader Erbbuche vom J. 1286 Besitzungen hatte. S. Krause in der Zeitschr. des histor. Vereins f. Niedersachsen 1863, S. 393, 394.] — In § 44 erlaubten die Schriftzüge statt Cunesten auch allenfalls Cirnesten oder Cirnesten zu lesen, wenn dann die Deutung gelingt. — In § 51 wird Moylinge ein Schreibfehler für Moyslingo sein, wie in § 54 Homehusen für Helmehusen (= Hilmsen bei Distorf in der Altmark). — § 60 steht im Orig. deutlich Jofstorp (nicht, wie v. H. hat, Josstorp). — In § 75 ist nicht Winerkote zu lesen, sondern Winerkote; denn nach dem oben angeführten Stader Erbbuche vom J. 1286 (Krause S. 390 figd.) besass Thidericus Parleke zu Stade den Zehnten in Wiberquot oder Wiberkote (= Wiepenkathen bei Stade, A. Himmelpforten). — § 81 hat das Orig. fehlerhaft Vredekeke, wofür v. H. Vredebeke verbessert, indem er Kl. Fredenbek im A. Stade versteht. Hamelwerdere ist vielleicht gleichfalls ein Schreibfehler st. Hamelworde. Vgl. § 74. — In § 85 hat v. H. irrig qui st. quam und vermuthet, sehr abweichend vom Original, „Conradus de Elvebu propo Hild[agesburg]", wiewohl ihm aus Lüntzel's Gesch. von Hildesheim II, S. 25, ein „Evelingeroth" im Stifte Hildesheim, und aus dem Walkenrieder Urkundenbuche ein „Lodewicus miles de Eluelingerode" (1296 — 1302), und dessen Geschlecht auch sonst bekannt ist. — In § 30, 57 und 62 hat der Schreiber für unleserliche Namen Lücken gelassen.

Die Abfassungszeit der Lehnrolle in ihrer uns vorliegenden Gestalt ist nicht leicht festzustellen. Denn wenn man aus dem Eingange freilich schliessen möchte, dass sie in der ersten Regierungszeit des Grafen Helmold, also 1274 oder 1275, geschrieben sei, so ist doch bekannt genug, dass man in derartigen Registern, so oft ein Besitz auf einen neuen Lehnsmann überging, den Namen des vormaligen Besitzers tilgte und dafür den des neuen hineinsetzte; und wir haben es hier offenbar mit der Abschrift einer solchen Rolle zu thun. Dies beweist schon die verschiedene Fassung des Einganges und des Schlusses. Hätte der Graf Helmold selbst die Rolle ausstellen lassen, so würde er ohne Zweifel im Eingange ebenso gut in erster Person eingeführt sein, wie nachher der Graf Gunzelin. Ueberdies trat kein Graf Gunzelin zugleich mit Helmold 1274 die Regierung an. Denn seinem Bruder, dem Grafen Gunzelin IV., war,

vermuthlich weil er dem geistlichen Stande angehörte, nach urkundlicher Angabe (s. Nr. 1406) kein Land vermacht; als er später jedoch Ansprüche erhob, trat ihm sein Bruder Helmold in dem Vergleiche vom 2. August 1276 kein anderes Gebiet ab, als das Land Daber mit Neu-Schwerin in Pommern (s. Bd. II, Nr. 1406). Ob Gunzelin sich je dieses Besitzes erfreut hat, steht dahin. 1278 holten Helmold und Nicolaus, der nun schon an der Regierung Theil nahm (in unserer Lehnrolle aber gar nicht genannt ist!), den Consens ihrer Brüder, der Domherren Gunzelin und Johann, zu Verkäufen aus Warnitz und Cramon ein (Nr. 1461 und 1472), 1279 zu einem Verkaufe aus Schaliss (Nr. 1492), 1280 zum Verkaufe des Dorfes Holthusen (Nr. 1526), 1283 zu einer Schenkung aus Pingelshagen, Grevenhagen und Böken (Nr. 1672). 1279 wird Gunzelin noch Domherr genannt, und 1283 steht er noch unter den Geistlichen. Wir haben keinen einzigen Beweis dafür, dass er sich überhaupt bei Regierungsgeschäften betheiligte oder eine Urkunde ausstellte, woran ihn, wenn es ihm seine Brüder überall verstatteten, vielleicht schon seine bald eintretende Erblindung verhinderte. Wir wissen nur, dass er Zehnten aus dem Lande Schwerin einnahm, die ihm aber vielleicht von seiner Dompräbende her verblieben (Nr. 1766). Schon aus diesem Grunde möchte man unter dem in der Lehnrolle genannten Grafen Gunzelin nicht diesen vormaligen Domherrn verstehen, um so mehr, da es dann auffallen müsste, hier nicht auch den Grafen Nicolaus zu finden. Es kommt aber noch ein Umstand hinzu, welcher dafür spricht, dass die Lehnrolle in ihrer gegenwärtigen Gestalt viel später als um das Jahr 1280 entstanden ist. Es ist nämlich schon durch v. Duve und v. Hammerstein hervorgehoben, dass in § 18 der Lehnrolle die Dörfer Versen und Brodesende als Besitzungen der v. Estorf erscheinen, aber erst im Jahre 1292 in den Besitz dieser Familie gelangt sind. Bei Pfeffinger I, p. 440, ist die Urkunde abgedruckt, in welcher Jürgen van Hitscher und sein Sohn Dietrich (vgl. Lehnrolle § 63) mit ihren Verwandten an „Hern Eggerde van Estorp" verkauften: „unse borch tho Versen unde dat dorp tho Versen unde dat gericht binnen dem dorpe und den Lha unde den Nienhoff, unde dat dorp Brodesende unde dat gerichte in dem sulven dorpe unde de frien how in dem holte tho Versen unde de frie drifft in dem sulven holte vor druddehalf hundert mark Lun. penn. — na godes geborth dusent twe hundert darna in dem tweundnegentigesten jare, in aller gades billigen dage" (= Nov. 1). — In unserer Lehnrolle wird freilich nicht Eckhard, sondern Mangold v. Estorf als der Inhaber genannt, und der Name Mangold findet sich in der Familie v. Estorf häufig vor und nach dem Jahre 1292. Z. B. lesen wir noch in der Urkunde vom 2. Aug. 1289 (Leverkus I, 344, Urk.-B. des Lün. Mich.-Klosters S. 97 [und mit falscher Jahreszahl auch S. 112]): „Manegoldus de Estorpe", aber am 2. April 1300 verkauft auch der Ritter Ludolf v. Estorf Güter „consensu filiorum nostrorum Manegoldi et Hinrici" und stellt dabei „Eckehardum de Estorpe militem" als Bürgen. Vgl. auch oben Nr. 2346. Will man sich nun nicht der fernliegenden und durch kein urkundliches Zeugniss unterstützten Vermuthung hingeben, dass die Dörfer Versen und Brodesende ursprünglich dem (älteren) Mangold v. Estorf gehört haben, auf kurze Zeit im Besitze der v. Hitzacker gewesen und durch Eckhard v. Estorf 1292 für seine Familie wiedererworben seien (was ohne Zweifel in der Urkunde von 1292 irgendwie angedeutet wäre), so bleibt nur die Annahme übrig, dass Eckhard v. Estorf die beiden Dörfer nach 1292 an Mangold v. Estorf überlassen hat, unsere Lehnrolle in der vorliegenden Gestalt also auch nach 1292 geschrieben ist. Andererseits aber darf man sie auch nicht später als 1299 setzen. Denn in § 16 wird Heinrich v. Melzingen noch als Lehnsmann aufgeführt; in einer Urkunde vom 6. Oct. 1300 aber liessen schon seine Erben den Grafen von Schwerin die Lehngüter in Melzingen auf, nachdem sie dieselben an das Kloster Ebstorf verkauft hatten. Auch die Urkunde liegt noch vor, in welcher der Graf Gunzelin der Wittwe und den Kindern des genannten Heinrich von Melzingen die Lehngüter desselben bestätigte; aber leider ist sie undatirt, so dass nicht zu ersehen ist, wie lange sie vor dem 6. Oct. 1300 ausgestellt ist; jedenfalls fällt sie aber frühestens ins Jahr 1296, da wir in diesem (Nr. 2395) zuerst den Grafen Gunzelin als regierend antreffen, und am 24. Juni 1295 (Nr. 2346) der Ritter Heinrich v. Melzingen noch lebte. Beachtenswerth ist auch, dass der Graf Helmold († 1299) hier noch nicht die Bezeichnung eines Verstorbenen (pie memorie oder dergl.) empfängt. Alles erwogen, kommen wir zu dem Schlusse, dass die Lehnrolle, wie sie uns vorliegt, nicht lange nach dem Regierungsantritte des Grafen Gunzelin V., also Ende 1296 oder im J. 1297, als die Vasallen zur Muthung ihrer Lehne geladen wurden, zur Instruction aus der Lehnscanzlei zusammengetragen, oder (was uns der Form nach viel wahrscheinlicher dünkt) aus einem älteren, durchcorrigirten Exemplare abgeschrieben und am Schlusse vom Grafen Gunzelin fortgesetzt ist. In Uebereinstimmung mit dieser Angabe steht, dass die Zehnten aus Lehmke, Bohlsen und Hansen, welche Dietrich v. Bergo und Werner v. d. Schulenburg 1294 dem Kloster Ebstorf verkauften und den Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin aufliessen (Nr. 2276,

2284 und 2286), in der Lehnrolle nicht mehr als Schweriner Lehne verzeichnet sind. Es fehlt hier auch Johann v. Oberge, der die Vogtei in Rieste, ein Schweriner Lehn, bis zum J. 1295 besass und sie dann dem Kloster Oldenstadt verkaufte (Nr. 2346). Wir treffen in der Lehnrolle ferner die Güter zu Vorwerk nicht mehr, welche die v. Schwerin im J. 1296 an das Kloster Medingen verkauften und auflicssen (Nr. 2418). Doch würden diese Wahrnehmungen freilich allein zur Begründung eines Schlusses nicht ausreichen, da die Lehnrolle schwerlich vollständig ist.

Durch den Druck veröffentlicht ist die Lehnrolle zuerst von Masch in dem Vaterländ. Archiv für Niedersachsen, Jahrg. 1838, Heft 1, S. 96—104; die Abschrift, welche Masch zu Gebote stand, war aber sehr ungenau. Den ersten Abdruck aus dem Original, mit sehr werthvollen Ortsbestimmungen ausgestattet, gab, wie oben erwähnt ist, der Freiherr v. Hammerstein in der Zeitschr. des histor. Vereins für Niedersachsen, Jahrg. 1857, und im Mekl. Jahrb. XXV.

(1296—1307.) Juni 19. 2422.

Gunzelin, Graf von Schwerin, verleiht dem Kloster Eldena das Patronat der Kirche zu Brötelin mit dem Eigenthum von 3 Hufen in Milow.

Guncelinus dei gracia comes Zwerinensis omnibus presens scriptum uisuris salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod nos de bona nostra uoluntate dedimus ius patronatus in ecclesia Brotelin cum proprietate trium mansorum in Milowe cum fructibus et omnibus prouentibus rite et racionabiliter et pure propter deum conuentui seu ecclesie in Eldena libere perpetue possidendum. Actum et datum in die sanctorum martirum Geruasii et Prothasii.

Nach dem Original im Haupt-Archiv zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das Bruchstück eines runden Siegels mit einem rechtshin schreitenden Pferde. Die Umschrift ist abgebrochen. Nach der Grösse und Gestalt des Pferdes gehört dieses Siegel dem Grafen Gunzelin V. (1296—1307). Die Schrift der Urkunde hat einen alten Charakter.

(1296—1298.) Rostock. 2423.

Heinrich von Ibendorf und Hermann von Kurland werden wegen Meineids zu Rostock verfestet.

Dit is dhe erste broke heren Heinriches van Ybendorpe. Dit is deme rade witlich, dat ses ammete vor sie quemen vnde segeden, dat her Heinric van Ybendorpe im den rat louede in to kesende vnde to besittende. Do sulues sande dhe rat boden her Heinrike van Ybendorpe, vnde sprachen ome dar vmbe to. Do dede he sin recht dar vore deme rade. Do sprachen dhe ses ammete, he dede, dat he dede, se wolden io war hebben vnde wolden sines rechtes nicht; wante sie mochten ene des vor tugen wol mit vertich mannen.

Dit is de ander broke sin. Wante her Heinric van Ybendorpe den rat vore gesworen hande, do quam he vppe dat hus vnde dichte ene logene vor

deme gantcen rade vppe ene bewernisse der stat, also sich de rat sunt vorsan, vnde segede, dat he hern Reyneken, hern Reybernes sone, sprochen hande bi Bolekowe, des nicht ne was. Dat tugenden dhe rat vnde dhe stat vnde de riddere von Nikopinge mit eren breuen vnde eren ingesegele, dat he dar tlof (!) wechen was vnde ni van dennen quam to dher suluen tit, do he en dar sprechen solde.

Umbe dene man Johen van Hildesum, den Herman van Kurlande unsinnech tugende, des heft sich de rat bi eren edhen beliget, dat de man ni vnsinnech ne warth, vnde ni kunden dat vornemen, dat he vnsinliche dinc dede, ne wider vore ifte na.

Vmbe dhene menech steit he hir gescreven dor dat, dat desse meine dhe deme rade witlich sint, hern van Ybendorpe vnde her van Kurlande, so ne mogen sie nenen manne anme Lubescheme rechte sines rechtes helpen.

Nach dem Rostocker Stadtbuch D, fol. 152. — Zum Theil gedruckt in Jahrb. XXI, S. 18, Anm. — Vgl. oben Nr. 2385, mit der Note, und Nr. 2386, auch die Note zu Nr. 2003.

(1296—1300.) Rostock. 2424.

Vergehen Borchards, des Schildmachers.

Dit is witlich deme menen rade, beyde olde vnde nyie, dat her Borgart dhe scildere wan seue perdhe mit eneme valschen tughe. Deme tughe ghinc och sin recht ouer, also stades recht is; vnde dhe sulue thuch de warh och des ein bekant man, dat he was do ouer der se, do dhe kop scude vmme dhe perdhe. Hir war ouer die gantze rat, dhe dit scriven liet: her Heinric dhe Wise, her Gherardus die Tolnere, her Conradus van der Lawe, her Thideric dhe Frese, Bernardus Kopman, Johannes Ruffus, Heinricus Meynrici, Gher. Ekhorn, Marcwardus de Ribeniz, Christianus prope sanctum Nicolaum, Johannes Pape, Reyneke prope quatuor rotas, Godeke Kopman, Ludeke Pes, Heinricus Gotlandesvare, Heinricus Miles, Arnoldus Quast, Otberto (!) de Selow, Hermanno Lysen, Johanni Thelonario, Wulberno Humulario, Gotscalco, Heinrico Monago, Lutberto in Laghestrate, Alberto de Kosvelde, Johanni domine Wibeken et domine Yken, Reyneke prope antiqum forum, Johanni Wesende, Johanni prope sanctum Spiritum, Gerwino, Thiderico fratri Gher[ardi] Thelonarii. Jtem [1] Thi[dericus] Kokemester et Johannes de Argillea Domo et Reyneke de Lawis, Conradus Dubbe, Sosat.

Nach dem Rost. Stadtb. D, fol. 153. — [1] Jtem bis Sosat ist von anderer Hand nachgetragen.

(1296—1300.) Wismar. 2425.

Testament des Goldschmieds Eberhard zu Wismar.

In nomine domini. Amen. Ego Euerardus aurifaber ordino testamentum meum in hunc modum. Primo assigno ecclesie beate Virgini[s] vnam marcam, plebanis (!) ibidem VIII solidos, item ecclesie beati Georgii VIII solidos, item hospitali IIII solidos, item domui sancti Spiritus IIII^{or} solidos, item ecclesie beati Nicolai VIII solidos, fratribus maioribus IIII solidos, fratribus minoribus VIII solidos. Jtem assigno ad vicariam in ecclesia beate Virginis XII marcas, ita quod sacerdos tollat X et scolaris II marcas. Jtem assigno sorori mee V marcas.

Ego Euerardus teneor soluere Nicolao filio Nicolai Daci et sororibus suis X marcas. Jtem Laurencius textor tenetur eisdem pueris XII marcas. Jtem Henricus de Lubeke, carpentarius, et vxor sua tenentur eisdem pueris XXV marcas, item Johannes Duuelscop eisdem pueris II marcas. Jtem Hinricus Bucowe et filius Josep de Pole tenentur eisdem pueris XIIII marcas. Jtem (e)idem pueri habent in domo mea II punt de cupro.

Nach einem zu Stadtb. B, p. 159, gehefteten Pergamentblättchen. Heinrich von Lübek erhielt die 25 Mark im Jahre 1296 (B, p. 232), wonach das Testament gegen das Jahr 1300 errichtet sein dürfte. — Gedruckt in Burmeisters Alterth. des Wism. Stadtr., S. 41.



Digitized by Google

Digitized by Google

Berichtigungen.

a. Im Texte.

Nr. 1569, Z. 5, lies: eandem (statt eandum).
Nr. 1895, Z. 11, ergänze Fre]derico (st. Theo]derico).
Nr. 1907, Z. 22, setze hinter clerici ein Semikolon.
Nr. 2045, Z. 8, lies: minoribus (st. minoribns).
Nr. 2083, Z. 4, verbessere: valea(n)t.
Nr. 2389, Z. 8, lies: possidendum (st. posss).

b. In den Ueberschriften.

Nr. 1698 lies: 1283 (st. 1282).
Nr. 1717 lies: Nach Febr. 6 (st. 7).
Nr. 2025 setze: 1289 — 1290; vgl. Nr. 2391, Note.
Nr. 2116 lies: Schwerin (st. Gadebusch).
Nr. 2234 lies: dasselbe (st. derselbe).
Nr. 2257 tilge das Komma hinter Ludolf.
Nr. 2309 lies: Roggenhebung (st. Weizenhebung).

c. In den Noten.

Nr. 1656, Z. 2, lies: derselben (st. desselben).
Nr. 1719, Anm.: Korner setzt das Treffen bei Gadebusch, wohl richtig, auf den 7. Mai 1283. (Eccardi Corp. II, p. 934.)
Nr. 1720 gehört in eine viel frühere Zeit; s. Bd. IV, Nachträge.
Nr. 1894, Z. 2, lies: Erzbischof (st. Erbbischof).
Nr. 2148, Z. 1, lies: Inschrift und der, welche . .

Digitized by Google

Digitized by Google